



Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

- + *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.
- + *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.
- + *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.
- + *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter <http://books.google.com> durchsuchen.



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

Hi 9585



UNIVERSITÄT ZÜRICH BIBLIOTHEK GENT



ACTA
ERUDITORUM
ANNO
M DC XCVII

publicata.

*Cum S. Cæsareæ & Regiæ Polonicæ Maje-
statum privilegiis,*

L I P S I Æ,

Prostant apud JOH. GROSSII Hæredes
& JOH. THOM. FRITSCHIUM.

Typis JOHANNIS GEORGII
MDC XCVII.

SERENISSIMO POTENTISSI-
MOQVE DOMINO

DOMINO

FRIDERICO

AUGUSTO,

REGI POLONIÆ, MAGNO
DUCI LITHUANIÆ, RUSSIÆ,
PRUSSIÆ, MASOVIÆ, SAMOGITIÆ, KYOVIÆ,
WOLHYNIÆ, PODOLIÆ, PODLACHIÆ, LIVONIÆ,
SMOLENSCIÆ, SEVERIÆ ET CZERNICHOVIÆ; DU-
CI SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ, MONTIUM, AN-
GRÆ ET WESTPHALIÆ, SACRI ROMANI IMPERII
ARCHI-MARESCHALLO ET ELECTORI, LANDGRA-
VIO THURINGIÆ, MARCHIONI MISNIÆ ET SUPE-
RIORIS INFERIORISQVE LUSATIÆ, BURGGRAVIO
MAGDEBURGI, COMITI PRINCIPALI HENNEBERGI-
CO, COMITI MARCÆ, RAVENSBERGI ET
BARBYÆ, DYNASTÆ IN RAVEN-
STEIN, &c.

DOMINO NOSTRO INDUL-
GENTISSIMO.



Edecim fluxerunt anni, ex quo Tibi,
Rex Augustissime, & recordationis gloriosissimæ Fratri, Actorum horum primitias subjectissima veneratione nuncupavimus. Princeps eras ea tempestate floris vernantissimi, duodecimum ætatis annum non ita pridem egressus: sed in divinarum animi corporisque dotium, quas supremi Numinis indulgentia cumulatisimæ in Te effuderat, admirationem jam tum rapiebas omnes, ac ad summa quæque Te natum universis comprobabas. Nec quisquam tamen fortasse tum existit futurorum adeo præfagus, ut tam brevi spatio isti Te fastigio admotum iri auguraretur, in quo hoc tempore Majestatem Tuam collocatam suspicimus. Superstes nempe adhuc erat æternæ memoriæ Pater, cujus integra ætas & vividæ corporis vires seram illi canitiem Nestorisque annos pollicebantur. Isto autem Heroë inter ipsas excubias, pro salute S. Romani Imperii fortissime susceptas, præmature extincto, ad capesendum Electoratus Saxonici regimen Frater Tuus natalium prærogativa vocabatur, Princeps floridissimæ juventutis, in itoque mox connubio Sobolem opinione omnium suscepturus, quæ ad solium Electorale Tibi, *Rex Potentissime*, aditum præcluderet. Enimvero secus visum fuit supremo, quod summorum Principum fati liberrime moderatur, Numini, quod Fratris Serenissimo improli ac inopinata morte rebus humanis

nis exempto, Electorali Te tunc quidem purpura, nuper etiam Regio diademate indutum ornatumque voluit. Nimirum augustior multo erat virtus Tua, quam ut Principis alieno obnoxii imperio sortem diu sustineret: neque Saxonice illa provinciis, ut cunquē insignibus, quarum regimen felicibus auspiciis susceperas, coerceri poterat, sed vastiorem anhelabat campum, in quo vim suam illustrioribus factis laureisque proderet. Nec minus fortissimæ Polonorum Gentis salutis asserendæ, quam promovendis honoribus Tuis, *Rex Serenissime*, Divina Providentia censei debet invigilasse. Orbata illa erat Rege incomparabili, cujus prudentia ac dexteritate, propulsata, certe sublevata, videri mala poterant, quæ atrocissima olimbella Regno invexerant: augebant ærumnam publicam ex Principis desideratissimi obitu, diversa Procerum de novo Rege decernendo studia; quæ in eas jam simultates exarserant, ut citra prævium civilis funestique belli experimentum, transactum iri haud pauci diffiderent. Quo rerum statu, dubio utique & ancipiti, cum Tu, *Rex Augustissime*, velut Deus ex machina, auspiciato intervenire, atque a suscipiendis, si offerrentur, Regni habenis haud alienum Te ostenderes; Inclytissimi ipsius Senatus Polonici, & Nobilitatis Generosissimæ audemus compellare conscientiam, annon omnem expectationem suam vota que superata tum agnoverint? Hanc certe mentem nisi propitia Poloniæ Fata Tibi subdidissent, quid causæ, quæsumus, fuisset, ut cum ipse Electorali

rali dignitate, quæ Regiæ proxima est, effulgeres, avitasque terras ab omni turbarum quarumcunque metu immunes fortunate pacateque gubernares, externum disfitumque ambires Regnum, non hæreditariis accessurum provinciis, sed Tuis opibus & victore exercitu, cum validissimæ Gentis viribus amicissime conjunctis, in pristinum decus atque florem, Deo Ter Maximo justissimis ausibus optulante, asserendum liberandumque a gravi Barbarorum vicinia? Et vero Saxones, quibus Tua, *Indulgentissime Princeps*, ceu Solis sui præsentia privari malum est intolerabile, fortunam eam Polonis invideremus merito, nisi dextra nunc potius illis, velut Fratribus communem Patrem pari nobiscum obsequio & subjectione venerantibus, porrigenda foret; certa que spe foveremur, æquissimo vicissim animo laturam esse Gentem inclytam, ut ubi in Polonia firmatæ res fuerint, exoptatissimæ lucis Tuæ radiis ex cælo Saxonico in nos iterum effusus reficiamur, communiaque nobis sint partitis vicibus tanti Principis solatia. De Tuo ipsius enim, *Clementissime Domine*, paterno in nos affectu nefas foret vel minimum ambigere aut angere, metuereve ne aliquando animo Tuo memoria amorque nostri decedat, qui cunas jam Tuas sumus venerati; qui post improvisum prorsus Serenissimi Fratris excessum, Te velut cœlitus delapsum munus excepimus; qui imperanti devotissimam & ne ulla quidem sinistra cogitationis macula contaminatam subjectionem nunquam non præstitimus. Inter hæc vero, dum

ĉum Regium culmen Majestati Tuæ gratulatum undique concurratur, dumque Regni Polonici Magnates Heroicarum virtutum Tuarum, quas non nisi fama, sed minime fallaci, rerum in Hungaria præcipue adversus Turcas strenue gestarum, cognitas ante habuerant, exempla cominus capiunt quotidie, atque incredibile Tuum pro salute sua studium, regnandi prudentiam summam, & inusitatam illam omnium animos conciliandi devinciendique vim, domi magis indies magisque admirantur; nobis etiam, qui Eruditi Orbis Acta ad posteros propagare studemus, quod devotissimæ gratulationis atque pietatis qualecunque pignus ad Majestatis Tuæ pedes deponere audeamus, non futurum arbitramur reprehensionem. Postquam enim præsens operis istius volumen, post alia numero septendecim, divino adjutu absolvimus, illius nunc quidem anni, quem, præter pacem publicam Europæ Christianæ restitutam, delata Majestati Tuæ Poloniæ Corona in omnem ætatem memorabilem reddidit, gesta litteraria complexum; Augustissimo Nomini Tuo idem humillima reverentia sacrum esse cupimus, Supremum Numen ardentissimis precati suspiriis, ut faustum porro atque fortunatum Poloniæ pariter ac Saxoniam regimen, & præter ea omnia, quæ Regiis ipse desideris complecti unquam potes, Turcarum & Tartarorum Chersoneso Taurica omnique Europa depulsorum gloriam clementissime Tibi largiatur, Serva interim, *Rex Augustissime*, nobis & subditis tuis universis

inversis animum pristinum, & si e throno Regio Mu-
sas respici a Te fas est, Acta etiam hæc nostra, quæ Divi
Parentis auspiciis olim coepta, in aliquam jam molem
succreverunt, gratia Tua & Regio patrocinio tueri por-
ro ne dedignare. Dabamus Lipsiæ exeunte anno
M DC XCVII

Regiæ Majestati Vestræ

devotissimi

Actorum Eruditorum Collectores,

N. I.
ACTA
ERUDITORUM

publicata Lipsia

Calendis Januariis, Anno M DC XCVII.

PRINCIPIES DE PHYSIQUE.

Hoc est:

PRINCIPIA PHYSICÆ, AUCTORE NICOLAO HARTSOECKER.

Parisiis apud Joh. Anisson, 1696. 4. plag. 32.


UT Clarissimus Auctor principia causasque præcipuorum phaenomenorum naturalium explicet, substantiam, hoc universum replentem, neque ex omni parte duram, neque totam absolute liquidam esse posse censens, duo rerum naturalium elementa esse statuit, quorum primum infinite sit extensum, perpetuo in omnibus suis partibus agitatum, unde quaque homogeneous absoluteque liquidum, ita tamen ut dividi nequeat in partes plane a se invicem separatas; alterum vero finite sit extensum & perfecte durum, h. e. constans ex corpusculis numero infinitis, figura & magnitudine differentibus, actu indivisibilibus & impenetrabilibus. Atque hæc quidem corpuscula elemento primo ita innatare supponit, ut ab eodem undique cingantur, nec se invicem contingere possint, nullaque proinde corporum talis detur contiguitas, qualem omnes adhuc Philosophi admittere non dubitarunt. Quæ quidem prolixius exponit *capite primo, secundo* agens 25 propositionibus de motu ejusque quantitate, quam cum Cartesianis vocat productum ex numero qui magnitudinem corporis designat, & illo qui denotat ejus celeritatem. Utitur autem hoc quoque axiomate, quodlibet corpus manere in statu vel motus vel quieti, nisi externa causa illud ab eodem depellat, æquilibriumque corporum ex eo deducit, quod corpora, quæ sibi occurrunt mutuo æqualibus momentum, rediguntur ad quietem, & corpora libræ affixa spectari possunt,

A

ac

ac si directe se mutuo percuterent, cum uno moto alterum quoque moveatur. *Tercio* capite formationem terræ planetarumque describit, hac assumpta hypothefi: Divinum Numen principio rerum ætætarum elementis motum impressisse, quo factum, ut secundi elementi, confuse innatantis elemento primo, particulæ minores plus motus acquisiverint majoribus, secessionemque facientes a majoribus lentius motis, & versus circumferentiam tendentes, has ad centrum depulerint, ita ut sphæram, & illam quidem, cum valde different figuræ & magnitudine, ex diversis stratis constantem componeret: fortassis etiam circa centrum ita concurrisse putat moléculas, fornicem ut constituerent subtiliori materia repletum, perinde ut stratorum, hinc inde partes, cum residerent, fornicatam indueriat formam, sicque ortum globum vallibus, montibus, & cavernis subterraneis instructum, qualis terra nostra est, ruinisque valde obnoxium, si ab ignibus in cavernis subterraneis excitatis ei vis inferatur. Eodem modo reliquorum planetarum & annuli Saturnii originem concipi posse existimat, & *capite quarto* ex hoc corpusculorum subtilium recessu a centro descensum gravium corporum derivat, ac proinde, cum ille percussioni debeat suum ortum, contra Galilæum & Borellum concludit, vi primi statim ictus gravia determinatam spatii longitudinem percurrere tempore determinato. Speciatim aerem gravem esse comprobatur experimento barometri, rationemque eum tempore pluvio levior deprehendatur, hanc reddit, quod tum vapores aquei adsendant & quodammodo sublevent aereas particulas, in quas impingunt. Hinc *capite quinto* transit ad naturam & proprietatem plurimorum corporum, tam solidorum quam liquidorum indagandam. Præcipua huc redeunt: soliditatem ex gravitate seu pressione subtilioris materiæ nasci, eamque eo majorem esse, quo altiores sunt columnæ incumbentes, planaque, quibus se contingunt partes corporum, ampliora; hinc & difficilius liquari & maleo tenuari hujus generis corpora, præsertim si plana partium non sunt polita, sed asperitatibus prædita; eidem quoque causæ elasticitatem acceptam referendam esse; fluidorum partes esse sphæricas aut sphæroideas vel etiam polyedras, magnitudine soliditateque differentes, prout ipsa fluida pondere, aut fluiditate sunt diversa, ut v. g. mercurii partes sint sphæricæ solidæ, aquæ cavæ, aeris ex armillis quasi contextæ, & sic porro;

TAB. I. ad A. 1697. pag.



MENSIS JANUARIII A. M DC XCVI.

ex parte configuratione proprietates corporum esse arcessendas. Quod quæ sit ratione faciendum postquam variis speciminibus ostendit in auri, mercurii, aeris, soni, ferrique proprietatibus. *capite sexto* describit formationem Solis stellarumque fixarum, ortarum nimirum ex elemento primo, abeunte, cum secundum in planetas coalesceret, in plurimos globos igneos. Horum natura ut eo rectius intelligatur, de igne pluribus agit, ejusque ortum fermentationi tribuit, exemplo usus aquæ fortis limaturæ ferri affusæ; flammam vero purat excitari, cum corporum partes irregulares levesque in aerem abreptæ, & cum salis aerei particulis fermentantes, primo elemento innatant; pondus autem atmospheræ terram ambientis flammamque comprimentis efficere, ut ex ea rivuli primi elementi promanent, quos radios luminis appellamus. Supponit ergo, cum fixæ conderentur ex elemento primo, cinctas illas fuisse diversis quasi stratis aut atmospheris crassioris subtiliorisque materiæ, ignesque illos majores minoresque factos, pro quantitate materiæ combustibilis circumstantis, aut prout gravitate sua magis minusve apta fuit, ut in hos ignes incideret: ipsam autem materiam fixas ambientem pondere suo infinitos rivulos elementi primi seu radios luminis exprimere. Manere porro eadem magnitudine fixas censet, quia fumi partes, qui continue ex illis egreditur, atque nutrimento ipsis fuit, in certa distantia denuo collectæ graviioresque factæ, quam ut viam suam continuare possint, in astra illa recidunt, fermentantesque cum salibus aeris, qui illa cingit, flammam suscitant, novumque stellis alimentum suppeditant. *Septimo capite* Cl. Auctor explanat motum terræ & planetarum eadem feneratione, quam in *Tentamine novi Systematis Mundi anno 1692 Parisiæ edito* ipse tradidit anonymus, cujus hæc brevis summa est: si ponamus (Fig. 1.) punctum T fuisse locum æquilibrium telluris, eam æqualiter impulsam a radiis Solis non ad B usque solum propelli debuisse, in quo resistentia impulsui æqualis, sed ritu omnium corporum ad æquilibrium tendentium, ulterius ad D usque procedere, atque hinc fere usque ad T regredi, sicque plures oscillationes peragere, antequam in B quiesceret; cum vero æqualis illa impulsio locum non habuerit, ob partes telluris heterogeneas, ex quibus fluidæ tantum non recipiunt impetum, quantum solidæ, multumque difficilius telluri fuerit a T procedere usque ad D, quam circa

TAB. I.
Fig. I.

Solem gyrum describere, hinc ipsam viam percurrere cœpi-
 que quasi compositam, circulum nimirum eccentricum. Hoc
 in cursu tellurem secum abripuisse materiam cœlestem, & circa Solem
 vorticem effecisse, adeoque viam quasi munivisse reliquis planetis,
 ut impulsus a radiis solaribus ab occidente versus orientem move-
 rentur. Hinc effici, majorem olim fuisse telluris eccentricitatem,
 eamque sensim minui, donec tandem tota evanescat. Aphelium
 locum mutare, quia materia cœlestis a planetis in motum concitata
 tellurem a suo cursu aliquantum abripit. Planetas aphelios tardius,
 perihelios velocius revera moveri, quia in hos major agit radiorum
 solarium quantitas quam in illos, quamvis in tellure id non admo-
 dum sit sensibile, quoniam in aphelio terras, in perihelio maria Soli
 obvertit, atque ita dicta inæqualitas quodammodo compensatur.
 Tantum motus imprimi a radiis solaribus planetis, quantum imper-
 tiuntur materiæ cœlesti ipsis resistenti, ac proinde motum ipsorum
 non amplius augescere. Planetas olim non determinatos fuisse a ra-
 diis solaribus, ut in eodem moverentur plano, sed cum unus alterum
 quasi secum abripuerit, factum, ut fere in uno plano moverentur, seu
 ut orbis illorum se interfecarent, & tanto quidem obliquius, quo
 majori vi cientur, seu quo Soli propiores. Lunam circa Solem qui-
 dem primum motam, statim vero cum propior facta fuisset atmosphæ-
 ræ ætheræ telluris, a radiis solaribus propulsam circa hanc gyrare
 cœpisse, cumque secum abriperet materiam cœlestem terram cingentem,
 ab hac tellurem, alias jam impulsam a Solis radiis circa axem,
 qui per centrum gravitatis ejustransit, in orbem fuisse motam. Jo-
 vem citius converti circa suum axem quam terram, quoniam atmo-
 sphæra ejus a quatuor satellitibus propellitur, longe velocioribus no-
 stra Luna. Lunam eandem faciem ad nos semper convertere, quia
 cum fortassis in parte averfa mera sint maria, solidiores autem par-
 tes hemisphærii nobis conspicuum componant, gravior pars semper
 deorsum versus nos propendet. *Capite octavo* fluxus & refluxus
 maris causa petitur a motu Lunæ, mediante materia cœlesti telluris
 atmosphære æreæ communicato, quæ deinde aquas oceani non ex
 illis tantum locis, quibus Luna imminet, sed oppositis quoque, pro-
 pellat. Quod autem fluxus major contingat in noviluniis & pleni-
 uniis æquinoctialibus, eæ dispositione marium litorumque deriva-
 tur

tur. Porro ut naturam proprietatesque magnetis explicare possit Cl. Auctor, sumit *capite nono*, in terra circulari mollem limum triangularibus prismatibus eodem ordine sicut repletum, ita tamen ut axis circulationis differat ab axe motus terræ diurni, perinde ut contingit in sphaera vitrea aqua repleta, cui injecti cylindruli cavi ejusdem cum aqua gravitatis specificæ (Fig. 2.) prismata vero illa intrus cava, illisque ex quibus ferrum componitur similia esse, nisi quod strictioribus gaudeant canaliculis materia subtili repletis, quæ dum terra ab occidente versus orientem convertitur, magno impetu ex illis erumpat, reflexaque a circumstantibus corporibus per circulum redeat in prismata, continuoque circa tellurem gyretur: magnetem autem nihil aliud esse, quam limi prismatibus ferreis repleti partem induratum, commodeque terrellam vocari, cum non secus ac terra a materia subtili, quæ magnetica dici solet, ambiatur & pervadatur. Censet ergo, declinationem magnetis propterea variari, quod poli magnetici limi convertantur ab oriente versus occidentem circa polos motus terræ diurni A & B, in circulo v. g. *ac*, ex succedentium temporum observationibus determinando: ferrum ad magnetem ideo accedere, quod materia, dum magnetem ingreditur, viam brevissimam affectans in solidas prismatum ferri partes impingat: vim magneticam ferro tribui a magnetis contactu, dum partem aliquam atmospheræ magneticæ recipit & secum aufert, atque hinc quoque magnetes optimæ notæ fieri debiliores, si plura iisdem frustra ferri admoveantur virtute donanda. Quam plurima quoque alia singulariaque experimenta ex sua hypothese declarat, quæ ex ipso Auctore cognoscere non pigebit Lectorem rerum naturalium curiosum. Ita quoque deprehendet *capite decimo*, ignes subterraneos & terræ motus derivari ex fermentatione analogâ illi, quæ contingit, quando limatura ferri cum sulphure mista humectatur aqua, dum dilatat aerem inclusum subterraneis cavitatibus: *capite XI* ventorum causam ordinariam statui motum terræ diurnum, quæ tamen turbetur a radiis Solis nunc hic nunc illic aerem rarefacientibus, ab occursumontium, vaporibus ex terra marique ascendentibus, fermentationibusque in aere factis, & hinc ventorum statorum rationes afferri: *capite* vero *duodecimo* de meteoris, & *decimo tertio* tandem de origine fontium & fluminum doctè breviterque tractari.

TAB. I.
Fig. 2.

DISSERTATIO DE NOMINE PATRIARCHÆ JOSEPHI A
Pharaone imposto, in defensionem vulgata Editionis, & Patrum, qui
Josephum in Serapide adumbratum tradiderunt, Auctore Fra-
tre GUILLELMO BONJOUR Tolosano,
Ordinis Eremitarum S. Augustini.

Romæ, typis Francisci de Rubeis, & Francisci Mariæ Acsamitek
a Kronenfeld, 1696. plag. 81.

VExatissimum est cognomen ZAPHNATH-PAHANEACH, quo
Josephum a Pharaone condecoratum legimus Gen. XLI. 45, mul-
tumque in eo explicando variant Interpretes. Receptissima est senten-
tia, quæ istis vocabulis arcanorum revelatorem innui contendit. Ast
versio vulgata per *Salvatores mundi* ista transtulit. Sed cum a non
paucis hætenus ostensum fuerit, quod dicta modo expositio vix ulla
ratione alia, quam prævio Hieronymi exemplo nitatur, hinc trans-
lationis non minus vulgatæ ac Hieronymi auctoritatem vindicaturus
hic viginti quinque annorum Juvenis haud indoctus, Joanni ante
omnia Gregorio contradicit, qui asseruerat, eum, qui Hieronymo
glossam de vocibus istis per *τὸ* Salvator mundi exponendis revela-
verit, satis ipsi imposuisse. Non enim fugisse perhibet Hieronymum
notitiam linguæ Ægyptiacæ, e qua sola tamen clavis interpretationis
heic petenda veniat. Atque hoc assertum inde stabilire nititur, quod
epistolas, quas Pachomius, Cornelius & Syrus Ægyptio sermone,
sibi scripserant, & quarum mentionem Gennadius facit in Pachomio,
Hieronymus Latinas fecerit, seque Ægyptii sermonis simplici-
tatem imitatum ipse fuerit professus; id quod manifeste satis edoceat,
quam idoneus ipse testis sit significationis vocabulorum hujus lin-
guæ, ac illis omnino præferendus, qui nulla Ægyptii sermonis ratione
habita, nomen hoc revelatorem arcanorum interpretentur. Sed ut
paulo penitus vocabulorum eruat significationem, per vocem **רַבֵּי**
servatorem notari, primo loco ostendit. Radicem namque **רַבֵּי** idem
esse vult ac servare, custodire & conservare, unde Prov. XIII, 22,
tam in paraphrasi Chaldaica, quam in versione Syriaca, reddatur per
verbum **רַבֵּי**, servavit, eandemque significationem & in aliis, quæ
affert, locis obtinere commemorat. Porro Chaldaicum **רַבֵּי** id esse
ait, quod Hebraicum **רַבֵּי**: sicut ergo hoc sexminata terminatione
שמרת

מַשׁוּׁוּ sit servator, conservator, custos, ita quoque מַשְׁׁוּׁוּ idem de-
 notare existimat. Quod interim Ægyptius sermo foeminam in ma-
 sculis terminationem admittat, alibi se demonstraturum dicie, ubi de
 veteri Ægyptiorum lingua sit acturus. Deinde akero vocabulo מַשְׁׁוּׁוּ
 mundum innui secundum Ægyptios sic probat, ut præ cæteris alle-
 get Ægyptium Orphicorum Phanera, qui ex ovo profusus hierogly-
 phice dicatur; ovo autem mundum adumbrari ostendit. Pana-
 porro esse mundum dicat, interque alia id inde probat, quod eum
 nomine quoque Chemmis donarint Ægyptii; istud ipsum vero mun-
 dum significare, prolixis usus deductionibus docere satagit. Ad hæc He-
 rodotum testari, quod Pan Ægyptiase quoque Mendes vocetur: sicut
 ergo Græcorum τὸ πᾶν sit universum, ita τὸ Mendes ipsi idem est,
 quod Latinorum mundus. Tandem vocem מַשְׁׁוּׁוּ asperrima literarum
 enunciatione adhibita proferri posse *phonghanc*, cui vicina sit Japo-
 nica vox *phongacu*, quæ omnes mundi partes significet. Eo autem
 nomine ideo insignitum refert Josephum, quod custos fuerit & cu-
 rator thesauri totius orbis. Nam LXX Interpretes Hebraico verbo
 מַשׁׁוּׁוּ sæpe substituere verbum Ἰσαυρίων: ut adeo Servatoris mundi
 nomine quæstorium Josephi munus, quo pro orbe terrarum a fame
 liberando donarit eum Pharao, quam optime expressum fuerit.
 Quid? quod & dicta hæcenus ex nomine uxoris Josephi illustrare
 liceat. Virorum quippe officia dignitatesque in uxores ut recidant,
 atque inde iis nomen fiat, haut ait esse infrequens. Ast nuncupa-
 tam ejus conjugem מַשְׁׁוּׁוּ Gen. XLI, 45. hoc est, reconditricem
 seu coacervatricem, a Syro themate מַשְׁׁוּׁוּ, coacervavit; sicuti & re-
 conditum esse Hebraico dicatur מַשְׁׁוּׁוּ ab inusitata radice מַשְׁׁוּׁוּ.

Hæc primi capitis in Tractatu isthoc contenta sunt. Nunc in
 secundo Auctor probat, quod in allata quadam ex Grutero inscripti-
 one Serapis Servator Josephus sit. Serapis enim, qui & Sorapis, no-
 men habere ipsi videtur ab Hebraico מַשְׁׁוּׁוּ, bos, & מַשְׁׁוּׁוּ, quod sit spica.
 Id vero omnium optime quadrare in Josephum, de bobus & spicis in-
 terpretem. Huc pertinere dicit Serapidis natalitia diebus septem ab
 Ægyptiis acta, & procul dubio bovem spicamque septuplicem in-
 nuentia. Porro Osirim quosdam Serapim existimasse edocet. Ægy-
 ptios autem vaccam sub solstitium hybernum septies circa templum
 circumferre solitos, quem ritum vocarint indagacionem Osiridis, cir-
 culum

culumque Solis; jam Solis circulum notare ait cursum annum, unde cum septem boves septem annos olim denotarint, indagatum fuisse ista solennitate Osirim sive Josephum Servatorem mundi, thesauros pro universo a fame per totidem annos liberando facientem. Nec male in eum quadrare Osiridis nomen, quandoquidem Hebraicum, ~~ΩΝ~~ thesaurizantem seu thesauros facientem indiget, Osirim, quoque cum Pana multi esse existimant, occasionem apprehendit Auctor explicandi istum nummum, in quo describendo Rigordus atque Graverollus jam ante desudarunt, prout nos Tomo II. Suppl. p. 369. seqq. dixisse meminimus, ubi & ipse nummus aeri incisus potest conspici. In anteriori nempe parte apparere putat Osirim imberbem & cornutum: figuras autem, quæ in postica parte conspiciuntur, crescentis puta Lunæ cornua super tripodem variis æniis exornata, una cum globulo papillato & quatuor punctis interstincto, similem in modum Osiridi vindicat. Literas adjectas Λε interpretatur *Λυκάβατος* 'σ anno ducentesimo. Hunc annum accipit de anno periodi Julianæ 4589, V.C. 629. & ante Christi epocham 125, quo consulatum gesserint M. Plautius Hypsæus & M. Fulvius Flaccus. Hoc ipso autem maximam sterilitatem in Africam intulisse ingentem locustarum numerum, quæ occasionem nummo isti præbuerit, dum Ægyptii, seu consternatione ob istam famem affecti, seu salutem Africæ suis divitiis consulturi, ad Josephum servatorem & nutritium orbis confugientes eundem cudi fecerint. Deinde, quod Ægyptus fame laborantium asylum, ejusque Serapis istorum Servator habitus fuerit, ostendit: hieroglyphicam quoque simulacri Serapidis expressionem a Macrobio lib. I. Saturn. c. 20. delineatam ita explanat, ut cuncta in Josephum haud difficulter quadrare evincat. Serapæum canem Anubim vulgo nuncupari dicit, procul dubio quia Joseph fuerit *יוסף*, progerminans, frugifer, fructum proferens. Inscriptionem apud Reinesium, ubi frugifero Sarapi fortuna adjungatur bonusque eventus, optime quoque de Josepho capi posse, totus sibi persuaderet.

Serapidis comes individua Isis est: quamobrem, posteaquam Auctor per Serapim Josephum Servatorem adumbratum fuisse ostendit, ulterius, quod in eundem quoque Isis recidat, capite tertio evictum dare conatur. Potissimum autem in eo est, ut probeat, Isidem dictam fuisse salutarem, pictamque eam bovis habentem cornua, utpote

utpote cui vaccas etiam consecrare Ægyptiis placuerit. Nobile hinc argumentum peti posse autumat, quod Isis fructiferum Josephum, boum somnii Pharaonis interpretem retulerit. Spicas eam capite circumtulisse, e testimoniis antiquis monstrat; has ergo non alium in finem ipsi tributas conjicit, quam ut spicarum a Pharaone visarum imaginem exhiberent. Filium Isidis dictum legi Consum, ideo, quia Josephus fuerit **סנס** hoc est colligens seu congerens. Munus Consi fuisse, salutaria & fida suggerere consilia: idem fecisse Josephum. Isidi addi Bubastin sive Dianam: hanc vero exhiberi multimammiam spicasque manu præferentem; quod quilibet ad Josephum facile queat trahere. Fabulatos veteres, Dianam aprum immisisse magnitudine & robore insignem, qui terram coli & in ea sata fieri minime siverit, pecoraque omnia & obvium quemvis e medio sustulerit, usquedum Meleager transfosso latere beluam interfecerit. Apro sterilitatem denotari; quia vero sepositis ad usum famelicorum frugibus inopie occurrerit Josephus, hinc traditum, quod is aprum interfecerit, dictumque eum Meleagram, quod Hebræis **מלח** sit multitudo, & **קנן** significet congregare, congerere. Isidem dici Inachi filiam; qua fabula respectum credit ad amnem, unde emergentes boves Pharaon viderit, ac cum Josepho locutus dixerit: **הנה הנה**, *Inneachu*. Argum centum oculorum vacca Ius sive Isidis custodem refert ad centum conjectores sive prophetas atque sacerdotes Ægyptios, quos Pharaon super suo somnio consuluerit. Nec male in eos quadrare ait nomen Argi, quia Hebræis **ארג** comitatum seu cohortem significet.

Ita illustrata Iside, Isiorum tempus in obscuritate latere Auctor noluit, præsertim cum Gemini, nobilissimi Scriptoris, ætas exinde possit detegi. Isia videlicet solennia erant Ægyptiorum in honorem Isidis celebrata. Annis vero 120, postquam hæc inciderunt in solstitium hibernum secundum Eudoxum & Ægyptios notatum, Geminus se scripsisse dicit elementa sua Astronomica, librum antiquitatis studiosis pernecessarium. Nisi ergo Isiorum tempora recte determinaveris, nunquam etiam Gemini ætatem determinare certo poteris. Isia proinde Auctor noster in prima Appendice neutiquam cum Scaligero in VI Paophi, nec cum Petavio in XVII mensis Athyr conjicit, sed a prima die mensis Athyr ad quintam inclusive, hoc est,

V, IV, III, prid. & Kal. Novembris celebrata ostendit. Iis autem, quibus in hoc negotio nitatur, rationibus late deductis, eo tempore, quo scribebat Geminus, quod ante annos 120 Isia inciderint in solstitium hibernum, (Ægyptii enim annum isto ævo vagum adhuc in usu habebant,) necessario actum fuisse annum ante Christi epocham 137, decimum nempe Ptolemæi Evergetis secundi, concludit, mentemque hanc suam pluribus, quam heic referre liceat, declarat.

Sed & alia Appendix superest, in qua de tempore celebratorum ab Ægyptiis Serapiorum disquirat Auctor, idque refert ad octavum anni ipsorum mensem, Pharmuthi nomine insignitum. Quod autem ad diem mensis attinet, observat, Ægyptios diem ad Solis occasum facere, & ad alterum occidentem terminare. Serapia ergo celebrari cœpta perhibet die mensis Pharmuthi vigesimo nono, hoc est, VIII Kal. Maji. Eodem tempore passum fuisse S. Marcum Evangelistam, eumque ipso illo vigesimo nono Pharmuthi die comprehensum, ac trigesimo subsequenti martyrio coronatum statuit. Annum Christi assignat sexagesimum octavum, cyclo Solis XXI, litera Dominicali B, pridiano die in Dominicam elapso. Annum vero Marci tempore apud Ægyptios saltem occidentales, quos inter & Alexandrini, vagum non fuisse perhibet. De Orientalibus autem usque ad Diocletiani tempora longe aliter hoc in capite sentiendum esse demonstrat.

*WILHELMI ERNESTI TENZELII HISTORIOGRAPHI
Ducalis Saxonici Epistola de Sceleto Elephantino Tonna nuper effosso, ad
Virum totò orbe celeberrimum, ANTONIUM MAGLIABE-
CHIUM, Serenissimi Magni Hetruria Ducis Bibliothe-
carium & Consiliarium.*

• Editio secunda. Jenæ apud Bielkium, 1696. in 8. Plag. 2.

Post debitas illustrissimo MAGLIABECHIO laudes, describit Auctor clarissimus locum, ubi sceleton istud repertum est. Tonna, inter Thuringiæ Dynastias haud postrema, Serenissimo Duci Saxo-Gothano hodie subiecta, binos præ cæteris habet pagos ejusdem nominis, quorum alter *Burg-Tonna*, alter *Grafen-Tonna* appellatur. Priori adjacet mons sive collis arenosus, arenam in fundo præbens purissimam albissimamque, in variorum artificum usum longe lateque transpor-
tari

tari solitam : quam effodientes anno 1695, ossa quædam maxima reperiunt, ad pedes posteriores spectantia, unum novendecim librarum pondere : deinde globum sive caput rotundum acetabulo insertum, capite viri majus, novemque librarum : hinc majus os femori simile, triginta duarum librarum : mox spinam dorsi cum costis adhaerentibus, profundiusque in arena abditos globos longe majores binos, una cum ossibus eo pertinentibus, pedum nempe anteriorum ; tum os humeri, quatuor pedes longum, duasque spithamas latum cum dimidia : inde vertebrae colli cum vertice acuminato : denique caput prægrande cum quatuor dentibus molaribus, quorum singuli duodecim libras pendebant, & duobus maximis dentibus sive cornubus, duarum & dimidiæ spithamæ crassitie octoque pedum longitudine ex capite prodeuntibus. Dolendum vero, & caput & dentes, exceptis maxillaribus, quos integros ferme acceperunt, & reliqua ossa adeo fragilia, consumpta carie, situque corrupta jacuisse, ut nullum eorum ex omni parte incontaminatum erui potuerit, sed in plurimas particulas disjecta fuerint. Cum primum fama emanaret, vulgarem simul opinionem de ossibus gigantis circumferebat, quæ tamen viso capite statim evanuit. Postea duæ opiniones emerferunt, quarum altera pro elephanti sceleto, temporis diuturnitate maximam partem petrefactò ; altera pro unicornu fossili, ut vulgo vocant, seu minerali jocantis naturæ foetu, habet. Prior sententia Tenzelio nostro cum primis placet, quam ita defendere aggreditur, ut primo ostendat, sceleto Tonnenis omnia convenire, quæ ad vera elephanti ossa requiruntur ; deinde evincat, non esse minerale fossile, sed animale petrefactum ; denique inquiret, quomodo in has terras ipsumque locum pervenerit elephantis.

Primum ostendit ex collatione sceleti Tonnenis cum anatomia elephanti, ab A. Mouliino in Hibernia suscepta & descripta, quam & in Actis nostris A. 1684. mense Decembri memoravimus. Refert Moulinus, in cranio existare magnum cellularum numerum, plerumque triangularium, membranulis obductarum &c. Has cellulas in fragmentis cranii Tonnenis monstrat Tenzelius, modo oblique, modo directe cranium transeuntes ; membranulas autem, vasibus sanguineis exsiccatas, firmissime agglutinatas, colore flavo subrubicundo tinctas, scalpro forte tentatas in frustula dissilire, simulque co-

lorem istum auferre, ut cranii albedo emineat: meatum quoque medullæ spinalis & posticam cranii partem, in duos prægrandes sinus seu lobos ita dividi, ut clunes humanos referre videatur; quod Raius in Synopsi Animalium Quadrupedum de elephantis notavit. Porro duos maximos dentes, singulos centum & amplius librarum pondere, duarum & dimidiæ spithamæ crassitie octoque pedum longitudine ex capite prodire, simulque referre nativum lævorem, colorem subflavum, nigricantibus maculis subinde conspersum, curvaturam, & strias nullis aliorum animalium dentibus cornubusque communes: imo quod maxime notari meretur, superesse adhuc cuspidem dextri dentis, apertissimo limationis signo conspicuam, de qua Plinius libri XIIII initio. Allegat etiam Tenzelius mercatoris cujusdam apud Indos diu versati testimonium, secundum regulas Indorum ex dentibus illis judicantis, elephantum nostrum plusquam ducentos annos vixisse: idque ex Cadamusto confirmat, simulque ex aliis scriptoribus ac itinerariis docet, nec pondus, nec longitudinem dentium Tonnenfium insolita esse. Veterem disputationem, cornua dentesve sint appellandi, non definit; placere tamen sibi innuens Aldrovandi Bochartique de media illorum natura sententiam, applicat Raii observationes de interna illorum constitutione, quod ex conjunctis iisque admodum exilibus tubulis constat. Dehinc ad quatuor dentium molarium massas Tonnenfis elephantum progreditur, evictaque illorum cum definitione Raii similitudine, inquirat causam differentie, quod alii elephantum quatuor, alii octo dentes habeant molares. Brevioribus absolvit reliquorum ossium collationem, quoniam pauca ex illis fragmenta supersunt; varia tamen profert indicia, magnitudinem elephantis Hibernici Tonnensem bis æquasse. Situm denique totius animalis non naturalem vel ordinarium, sed extraordinarium plane violentumque attendit, quod cornua sive dentes maximos versus ortum ac septentrionem protendebat; pes anterior sinister lateri capitis adiacebat extensus; dexter sub corpore deorsum inclinatus; sinister posterior in acetabulo incurvatus; dexter initio statim repertus & hinc inde distractus fuit.

Alterum disquisitionis caput ita tractat Tenzelius, ut primo ex Kircheri Mundo Subterraneo describat rationem fossilium seu mineralium, calvariarum prægrandium, dentium ossiumque specie-
effictio-

effictorum : & cum Kircherus discrimen eorum a veris ossibus in eo ponat, quod hæc semper tibiæ canales fistulososque meatus olim medulla refertos retineant, illa vero solidum lapidem sine ulla tibiæ concavitate mentiantur ; Tenzelius ostendit, quæcunque in elephantis sunt ossa concava & fistulosa, medullisque referta, ea in Tonnenfi etiam sceletio paria fieri, nec reliqua Kircheri observata omittit, probatque ex Conringio, non posse naturam sibi relictam, sine omnibus ad ossa, ossa undiquaque perfecta condere. Multo igitur verisimiliorem censet Anselmi Boëtii sententiam, qui tradit, margam lapidescente aqua irrigatam lactis instar fluere per terræ cavitates, & si in ligna vel ossa vetustate arefacta incidat, ea transmutare eorumque partes sibi assimilare. Hoc sceletio Tonnenfi competere prolixè contendit Tenzelius, scrutiniumque chymicum advocat, & varia ossium elephantinorum petrefactorum exempla ex Bartholino, Lambécio Ciampinoque producit: addens conjecturas de elephantis Tonnenfis sedecim pedum altitudine, quo tamen multo majores dari, & nonnullos ad 24 vel 27 pedes ascendere docet.

Tertium caput exorsus Tenzelius removel aliorum conjecturas, qui elephantum quondam Tonnæ delatum ibique tumulatum finxerunt, iisque cum alia argumenta opponit, tum ipsam maxime moratis arenosi rationem, qui diligentius inspectus nunquam se perfossum & deinceps rursus repletum, manifestissime prodatur. Primum stratum suppeditat humus atra quatuor pedum; succedit glareæ friabilis duorum & dimidii pedum, cujus medium osteocollæ tofaceique lapides duorum pedum altitudine explent, ut & sub ea dimidii pedis spatium: sequitur argilla arenosa sex circiter pedum, in qua iterum osteocolla duorum digitorum, & infra unius pedis altitudine occurrit: hanc excipit alterum glareæ stratum sex circiter pedum, eique demum subjacet arena alba & pura, cujus profunditas nondum explorata est, quod in ea vix tres pedes effossa elephantis sceleton apparuit. Enimvero si unquam perfossum, injectoque elephantis repletus iterum fuisset hic collis, minime strata stratis ordine imposita, sed omnia illa arenarum genera terræ nigræ permixta inveniremus, ut quotidie in tumulis fodiendis fieri solet: multo minus tofacei lapides in hanc duritiem coalescere, aut osteocollæ radices suas venasque, per totum montem ad ipsam usque superficiem conspicuas spargere, tan-

tave quantitate crescere potuissent, ut statim in medio primæ glareæ, quæ atram humum proxime contingit, duos pedes, & sub ea dimidium explerent, seque inferius in argillam arenosam extenderent, spatium duorum digitorum & sub ea pedis unius occupantes. Nihil igitur superesse dicit Tenzelius, præterquam universale diluvium, in quo perierit cum aliis sui generis diversisque animantibus elephas noster, undisque immanibus raptus & jactatus, aquis tandem crescere incipientibus fundum petierit, cui aquæ ista diversarum stratarum strata induxerint, iisque in superficie exsiccatis atra tandem humus sensim accreverit. In subsidium itaque vocat celeberrimum Medicorum Stenonis & Grandii de diversis illis stratis, Rudbeckii de atra humo, & Conringii de variis in Germania diluvii indicii, observationes, iisque ad propositum applicatis concludit, Magliabechii aliorumque in Italia eruditorum, Ciampini præsertim, judicio omnia submittens, & collationem cum sceleto elephantis Florentino fieri exoptans.

Atque hac de celeberrimi Tenzelii sententia retulisse suffecerit, quam pulchre cum nova clarissimi Angli Joannis Woodwardi circa Naturalem Historiam Telluris hypothesis (quam nuperrime in Sectione I Tomi III Supplementorum pag. 7-19. prolixius exposuimus) congruat, non injucundum erit Lectori Benevolo expendere.

**EPISTOLÆ ANATOMICÆ PROBLEMATICÆ IV, V, VI, AD
Virum Clarissimum FREDERICUM RUTSCHIIUM M. D.,
Anatom. & Botan. Professore; una cum hujus
eisdem Responsionibus.**

Amstelodami apud Joh. Wolters, 1696. in 4. plag. 6. Fig. tab. 4.

Tres exercitatissimi in arte anatomica Ruysschii Responsiones, ad epistolas problemáticas Dn. Joh. Gaubii datas, A. 1696 mense Junio p. 270 recensuimus, Postmodum ad novas tres aliorum Auctorum epistolas idem accurate, ut solet, respondere voluit. *Quarta* nempe in ordine Responsio ad Dn. Joh. Jac. Campdomercum dirigitur, qui accuratissimam glandularum, fibrarum atque cellularum lienalium ab experientissimo Ruysschio efflagitaverat explicationem. Liene humano hinc methodo consueta præparato, & valis sanguineis turgidis factis, substantiam ejus non nisi congeriem arteriarum, venarum, lymphæ ductuum & nervorum, quæ membranis ambi-

tibus

tibus coerceantur, Ruyschius esse vidit. Molles vero vasorum sanguineorum propagines, glandulas, quæ nullæ tamen adsint, repræsentare, plurimisque præclaris Anatomicis, sibi que ipsimet imposuisse, quod fasciculatim disponantur, & in corpuscula molliora, succosa magis, ac rotunda redigantur, ad oculum in TAB. IV. fig. 4. lit. C. (nobis TAB. I. fig. 4.) ostendit. Has inter nullas esse intercapedines aut cellulas, nisi violento modo producantur, comprobatur; admitit tamen illas in liene vitulino, quas fibræ, quæ in humano non adsint, innumeræ variaque serie dispositæ, loco ramorum venosorum, ut ex Fig. 3. patet, constituent. *Quinta* scripta est ad Dn. Gerhardum Frenz Med. D. in qua totius corporis perioestia vasis scaterere sanguifluis evincit, oculisque TAB. V. Fig. 1. & 2. (nobis Tab. I. Fig. 5. & 6.) exponit. Oriri illa docet, in primis perioestii anticnemii, ab utroque latere uniuscujusque ossis tibiæ, & præsertim e vasis furalibus, tamque numerosa detexit, ut infarcta sanguine aut materia ceracea perioestium totum sistima tingant rubedine. Explicationem viæ, qua billis ad vesiculam felleam descendat, jungit, eamque appellat cum celeberrimo Bohnio ductum cysticum, glandulas tunicæ interioris vesiculæ eidem scopo inservientes adjiciens, quas in collo plures, circa fundum rariores fig. 7. lit. E. E. delineatas exhibet. Radices quasdam e vesiculæ felleæ fundo emergere negat, satis in eo confirmatus, quod vesiculas bilis repletas lustraverit, quæ hepatis fundo suo nequaquam connatæ, cervicem tamen hepatis adhererint. Arterias cysticas non tantum vesiculæ inservire, sed per duplicaturam membranz hepatis ambientis copiose quoque disseminari declarat, jureque eas accenseri posse vasis hepatis communibus non ambigit, idem de venis sanguiferis & lymphæ ductibus harum partium judicans. Ligamentum umbilicale in homine adulto, & in foetu humano venam umbilicalem arteriis scaterere, ac lymphæ ductibus conferi, ultimo demonstrat. Petitis D. Joh. Henr. Grætz satisfactorius, in *Sexta* arteriam bronchiale, quam 31 fere annorum, spatio elapso in vitulo primus invenit Noster publicique juris fecit, in homine diligentius scrutatur. Exortum hujus, circa quem Naturam sæpius luisse vidit, frequentiore in infima parte, & quidem in arteriæ intercostalis superioris trunculo locat, ut Tab. VII. Fig. 2. (nobis Tab. I. Fig. 8.) lit. C. notatur. Hanc anastomosis associari ramusculis arteriæ pulmonalis minutissimis Fig. 9. (nobis 9.) lit.

TAB. I.
Fig. 4.

Fig. 3.

Fig. 5. 6.

Fig. 7.

Fig. 8.

Fig. 9.

lit. CCC exhibet. Illam vero an vena comitetur, dubius est, cum nedum eam lustrare oculis potuerit; minime tamen necessariam credit, quod in hepate arteria hepatica nullam sibi sociam vendicat venam. Vasa pulmonalia tussi ejici posse, ut alii credunt, sibi non persuadet, polypofasque concrectiones fuisse, quæ vasa mentiebantur, judicat: quarum quasdam domi sibi reservari, solaque cavitatis absentia ab arteriis venisque distingui posse, fig. 4. (nobis 10.) ad oculum exprimere voluit.

TAB. I.
Fig. 10.

Explanatio Figurarum.

Figura tertia.

- A. Portio lienis vitulini, post fasciculorum eductionem ac demum incisionem, oblata.
B. Fibræ transversæ.
CC. Fibrarum intercapedines, quæ cellulæ audiunt, & in liene humano in statu naturali nequaquam inveniuntur.

Figura quarta.

- A. Ramulus arteriæ splenicæ.
B. Ramulus venæ splenicæ.
C. Fasciculi ceu penicilli, circa quos notandum, eos a se invicem esse deductos, ut distinctius sese videndos exhiberent: in statu autem naturali sibi invicem impositi sunt.

Fig. 5.

- A. A. dextri, B. B. sinistri lateris ramus arteriosus per periostium anticonemii ossis tibiæ distributus,

Fig. 6.

- A. dextri, B. sinistri lateris vasa sanguiflua, per patellæ periostium tendinosum disseminata.

Fig. 7.

- A. Superficies vesiculæ interior inæqualis atque reticulata, quæ non inepte comparari potest cum superficie melonis reticulati, cujus textura reticularis inæqualitatem meloni conciliat, id quod faciei internæ vesiculæ quoque evenit.
B. Portio ductus hepatici.
C. Portio ductus communis.
D. Ductus cysticus,

E. E.

MENSIS JANUARI A. M DC XCVII. 27

E. E. Glandulæ per vesiculam disseminatæ, quæ haud solum inhaerent parti inferiori jecori coanatae, verum etiam oppositæ, ut & vesiculæ collo, ductui cystico, nec non hepatico. Notandum autem, dictas glandulas aliquanto majores esse delineatas, ut melius conspici possint. Præterea in omni vesicula humana non æque distincte conspiciatur, quam quidem in suilla, aut bovina, idque ob dictam reticulatam faciem internam.

F. Valvulosa & cellulosa dispositio in ductu cystico existens. Notandum autem, vesiculam hanc esse secundum longitudinem dissectam, & viculisque expansam, unde justo major apparet.

Fig. 8.

A. A. Trunculi arteriæ bronchialis e corpore infantis.

B. B. B. Ramificationes ejusdem arteriæ.

Fig. 9.

A. Portio trunci descendens arteriæ magnæ.

B. B. B. Trunculi arteriarum intercostalium abscissi.

C. Exortus arteriæ bronchialis e tertia arteria intercostali.

D. Portio venæ azygos.

Fig. 10.

A. Truncus polypi ex aspera arteria reiectus.

B. B. Ejus ramuli.

Fig. 11.

A. Ramulus arteriæ pulmonalis.

B. Ramulus arteriæ bronchialis.

C. C. C. Inosculationes ramulorum arteriæ pulmonalis cum ramulis arteriæ bronchialis.

SAMUELIS SCHELGUIGII, S. S. THEOL. D. PROF. P. ATHENAI Gedanensis Rectoris & ad S. S. Trinitatis ibidem Pastoris,
QUAKERISMUS CONFUTATUS.

Francos. & Lipsiæ apud J. A. Plener, 1696. in 4. Alph. 2. pl. 18.

Cum Quakerorum colluvies majora subinde augmenta capiat, non male de Ecclesia orthodoxa merentur, qui absurdas, quibus Quakerismus scætet, opiniones orbi Christiano ad vivum repræsentant, easdemque solide refellunt. In quorum numerum suo merito referendus celeberrimus Schelguigius, qui in præsentis Tractatu pri-

TAB. I.

Fig. 8.

Fig. 9

Fig. 10.

Fig. 11.

primum Quakerorum hypothesen ex illorum scriptis, quæ haberi poterunt, summa fide excerpfit, & convenienti ordine, filo quasi historico, contexuit, dein orthodoxas antithesen accurate demonstravit, & tandem objectiones nervose discussit. In prolegomenis, præmissa onomatologia, primo omnium de origine Quakerorum dispicit, observans, Hornium ad Novam Angliam, Americæ provinciam; Lassenium autem ad Scotiam eorundem natales referre: initium Quakerismi a Lassenio anno 1655; a Catone vero anno 1694 vel 1650 alligari, hujusque sententiam verosimiliorem videri, cum anno 1656 Quakeri jam in Hibernia nidificasse a Schledero perhibeantur, in Anglia autem James seu Jacobus Naylor, unus e Quakerorum primiceriis anno 1656 Bristolæ se pro Jesu Christo, mundi Salvatore, suis adorandum exhibuerit; propter quod facinus in carcerem conjectus, & altero post anno virgis cæsus, litteraque B, ad castigandam blasphemiam, ope ferri candentis in fronte notatus, quin imo & macilento equo sine ephippio, facie ad caudam reflexa, impositus ac circumductus, debitam vesaniæ poenam luerit. Quakerismum porro simbras suas longe lateque extendisse tradit, ac quamplurimas provincias invasisse, ita ut Quakeri palam multitudinem suam deprædicent, seque populum magnum multis hominum millibus constantem jactent. Incrementorum vero horum *causam* non esse instituti veritatem & bonitatem, nec patronorum in defendendo instituto suo scientiam & prudentiam; sed *a parte Dei*, justam in contemtores veritatis Divinæ iram; *a parte nostri* ignorantiam sanæ doctrinæ, propensionem ad novitatem, aversionem peccatorum palam grassantium: *a parte Quakerorum* gloriationem de donis eminentioribus, speciem pietatis in verbis & factis, querelas de persecutione, sugillationem orthodoxorum, inprimis Ministerii Ecclesiastici, æqualitatem inter complices, largitiones in egenos, impudentiam in propagando errore. Doctrinam Quakerorum difficile agnoscere, quia dictione utantur obscura & perplexa; terminos Theologicos in alia plane significatione, quam hæctenus accipi consueverunt, usurpent; dogmata, ex quibus sibi aut factioni suæ incommoda suboriri posse prævident, inprimis de loco de Deo, Persona Christi, Magistratu, regni novi a Christo in terra erigendi conditione, callide occultent; Scholastica studia, adeoque & modum procedendi Logicum aversentur, si Barclajum exceperis, qui

qui Scholastico ordine in Theologia sua egerit, quam vi *revelatione*, facto contrarius, protestetur. Nec a Quakeris sua Systemata luculentata obijci posse, cum in iisdem exponatur quidem, quid Quakeri se credere profiteantur, non vero, praesertim in articulis maxime controversis, & in quibus a veritate longissime discedunt, quid revera credant: quod speciatim e Barclaji Catechismo & Confessione probatur, eosque libros cothurno esse simillimos ostenditur. Quibus ita praemissis, ad ipsorum dogmatum examen procedit, ac in primo articulo Quakerismi principium cognoscendi perlustrat, ostendens, Quakeros de *verae* religionis principio ante ipsos deperdito haud leviter conqueri: juxta ipsos principium cognoscendi esse internam & immediatam revelationem, eandemque hodie adhuc in rebus spiritualibus dari, ac per lumen aliquod internum fieri; adeoque per revelationem immediatam ab iis, non omne prorsus medium, sed duntaxat externum excludi. Et cum lumen hoc toties & tantopere deprædicent Quakeri, paulo curatius illud sibi contemplandum sumit Rever. Auctor, idemque quoad nomina pariter atque rem ipsam ex scriptis illorum luculentissime pertractat, in antecessum monens, neminem debere mirari, si contradictoria sibi que mutuo adversantia nonnunquam offendat, quoniam ut veritas semper una, sic e contrario falsitas circa idem objectum frequenter multiplex sit. Agit autem primo de luminis hujus *essentia*, & quidem tum *negative*, ostendendo, lumen illud adversariorum non esse accidens, nec *essentiam* aut naturam Dei, neque partem aliquam hominis aut facultatem animæ, vel residuum boni post lapsum superstitis: tum *positive*, monstrando istud describi ut (1.) substantiam realem, spiritualement & qua animam, sensibilem: (2.) quippiam divinæ naturæ particeps, imo ipsum Deum: (3.) aliquid non solum in corde hominis, sed etiam extra cor subsistens, quod ante omnes creaturas fuerit; (4.) inseparabile quid a Deo & Christo. Ab *essentia* hujus luminis ad ejusdem *principia tam essendi quam operandi* progreditur, docens, quod *illa* attinet, Quakeros ad unum omnes consentire, lumen a Deo provenire; pro Christi autem ac Spiritus Sancti dono non posse ab omnibus agnosci, quia nonnulli lumen hoc pro ipso Christo ac Spiritu S. venditent. Qua occasione, circa quaestionem, utrum Deus lumen suum immediate hominibus impertiat, an mediante natura? sive, quod eodem redit, num lumen, de quo

gloriantur Quakeri, ratione originis sit naturale, an supernaturale? notat adversarios (1.) concedere, præter lumen supernaturale dari etiam naturale: (2.) negare lumen suum esse ex reliquiis imaginis divinæ, post lapsum superstitibus, aliove modo ratione originis naturale: (3.) invehi in eos, non absque bile, qui idem illud pro naturali lumine venditent: (4.) quosdam fateri esse lumen naturæ, videlicet ut subjecti, non tamen naturale, nimirum respectu principii: (5.) docere lumen esse in conscientia, ut cereum in laterna, non autem esse ipsam conscientiam. *Principium operandi*, ejus occasione lumen influendo magis magisque se apud homines diffundere creditur, esse silentio conjunctam expectationem perhibet. Posthæc ad *subjectum quod & quo* se convertit, atque observat, Quakeros tradere, illud esse quemlibet hominem sine ulla exceptione; interim asserere, nec Christum, nec Spiritum S. in omnibus existere; adeoque non satis sibi constare, cum doceant, lumen reperiri in omnibus, Christum autem & Spiritum S. qui ex mente Quakerorum illud ipsum lumen sint, non in omnibus inveniri; nec a Barclajo distinctione inter esse in aliquo stricte, id est, per unionem, & late, id est, velut in semine, nodum illum solvi, quia si Christus sit in omnibus velut in semine, utique stricte loquendo foret in omnibus: ipsum Christum lumine hoc imbutum fuisse, a Quakeris perhiberi. *Subjectum quo mediatum* innui, cum lumen nunc in anima, nunc in corde fulgere statuatur: *immediatum* autem *subjectum* esse ipsam conscientiam: per hanc autem Quakeros intelligere nudam cognitionem ejus, quod per aliud, nempe per lumen applicatur & judicatur. Hinc *adjuncta* hujus luminis eaque duplicia, absoluta, quæ lumini in se spectato, & respectiva, quæ eidem in ordine ad alia, præsertim ad hominem considerato, tribuuntur, in medium adducit, ac inter *absoluta* refert, cum lumen a Quakeris, ut *unicum* (non specie duntaxat, verum & numero,) *æternum* (quod non sine tantum, sed & initio careat,) *perfectum*, *immutabile* (tam in essentia, quam sententia) *sibi semper idem*, nec in ulla re contrarium depingitur. Pro *respectivis* habet, cum Quakeri lumen suum allegerunt *universale*, de quo omnes homines participant: *intensivum* & *remissivum*, ut magis in hoc, minus in illo, imo nunc magis nunc minus in uno eodemque homine reperitur: *clarum*, & perspicue ac absque caligine & se & alia, quæ homini revelanda sunt, manifestans:

festans: *infallibile ac summæ certitudinis: sufficiens ad omnia & pro omnibus, in iis; quæ ad salutem requiruntur: indemonstrabile seu à Homero, cui per se credatur: Scripturæ & sanationi consonum, & qua prædicationem, antiquissimum: & denique qua prædicationem perpetuo duraturum.* Tandem effectus lumini a Quakeris tributos exponit, eosdemque in ordinarios & extraordinarios subdividit. Effectibus ordinariis annumerat, quod lumen istud Quakeris dicitur regenerare, & consequenter Christianos facere, omnia docere, ita, ut nulla prorsus infœtia relinquatur, bonum a malo discernere, ad bonum movere, intrinsecus accusare vel excusare, æternum salvare vel perdere, prout videlicet recipiatur aut eidem resistatur. Ad extraordinarios effectus raptum, visiones, vaticinia & similia, inprimis autem tremorem refert, annotans: (1.) quod Quakeri fateantur, se lumine suo collustratos, interdum tremere: (2.) quod, juxta narrationem eorum, tremor in cœtu Quakerorum quandoque etiam Quakerismo nondum imitatos invadat: (3.) quod tremorem pro divina operatione habeant, tantique faciant, ut contemptores illius peccato se polluere censeant: (4.) quod indecoros gestus corporisque agitationes, quibus primi Quakerorum notabantur, hodie aut negent, aut extenuent. Memæ Quakerorum de principio cognoscendi ex scriptis illorum genuinis ita clare proposita, omnia referri posse judicat ad istam propositionem: quicquid lumen internum immediate revelat, verum bonumque, & consequenter credendum ac faciendum est. Hypothesibus Quakerorum postea Antitheses orthodoxas cum probatione solida & nervosa dubiorum solutione opponit sequentes: I. Principium veræ religionis inter Christianos, nec deperditum fuit hætenus, nec deperdi potuit. II. Principium Christianæ religionis non est obligatio ad imitandum Christum. III. Immediatæ rerum spiritualium, ad salutem cognitu necessariarum, revelationes, completo Scripturarum sacrarum canone, cessant. IV. Principium primum & adæquatum Christianæ religionis, non est interna, immediata & objectiva revelatio. V. Non datur lumen internum, per quod ut per ordinarium medium, res spirituales ad salutem cognitu necessariæ, immediate & objective revelentur. VI. Quakeri in congerendis luminis sui synonymis multivariam impingunt. VII. Lumen Quakerorum non est substantia. VIII. Lumen

Quakerorum non est divinæ naturæ, aut ipse Deus, ipse Christus, ipse Spiritus Sanctus. IX. Lumen Quakerianum non subsistit extra hominem. X. Lumen Quakerianum est separabile, imo sæpius actu separatum a Deo & Christo. XI. Lumen Quakerianum, ratione originis proximæ, quoad effectus quosdam ordinarios, vere ei competentes, prorsus naturale est. XII. Lumen Quakerianum in eo, quod bonum a malo discernit, ad bonum movet, & a malo avocat, hominemque intrinsecus, si male egerit, accusat, si bene, excusat, est ipsissima conscientia. XIII. Lumen, ut vocatur, Quakerianum, respectu quorundam effectuum est suggestio Diaboli, atque adeo tenebrarum rectius, quam luminis nomen gerit. XIV. Lumini vero divinoque accendendo, conservando & augendo, ex Dei ipsius instituto, plurimum conducunt auditus, lectio, colloquia, meditatio similiaque, exercitia; parum vero aut nihil cum silentio conjuncta expectatio. XV. Lumen salutiferum non in omnibus hominibus, imo nec in maxima hominum parte reperitur. XVI. Lumen Quakerianum & quidem in hominibus, qui illuminantur, singulis, numero unicum est, multo minus in universis conjunctim sumtis. XVII. Lumen Quakerianum non est æternum, adeoque nec ante creaturas omnes extitit. XIX. Lumen Quakerianum non est perfectum. XIX. Lumen Quakerianum est mutabile in effectu. XX. Lumen Quakerianum est mutabile in sententia. XX. Lumen Quakerianum sibi ipsi est contrarium. XXII. Lumen Quakerorum non est universale. XXIII. Quakeri lumen suum, salvis, quas fovent, hypothesis, nequeunt statuere intensivum. XXIV. Lumen Quakerianum non ita clarum est, ut absque omni caligine, quæ homini revelanda sunt, manifestet. XXV. Lumen Quakerianum est incertum & fallibile. XXVI. Lumen Quakerianum non est sufficiens ad omnia & pro omnibus, in iis, quæ ad salutem requiruntur. XXVII. Lumen Quakerianum non est *ἀντιστοιχόν*. XXVIII. Lumen Quakerianum & Scripturæ & sanæ rationi contrarium esse potest, imo haud raro contrarium est. XXIX. Lumen Quakerianum qua prædicationem sive doctrinam in Ecclesia, non est antiquissimum. XXX. Lumen Quakerianum nisi forte Deus peccata nostra continuis poenis flagellare deereverit, qua prædicationem sive doctrinam, non videtur perpetuo duraturum. XXXI. Lumen Quakerianum non regenerat. XXXII. Falsum est, quod lumen Quakerianum ita doceat omnia, ut nulla prorsus in spiritualibus

bus ignorantia superfit. XXXIII. Lumen Quaker. non semper bonum a malo discernit atque ad bonum movet. XXXIV. Lumen Quaker. uti per accidens perdere hominem, ita nullo profus modo salvare potest. XXXV. Quakerorum raptus, visiones, vaticinia &c. quorum quidem noticia hætenus ad nos pervenit, Diabolus agnovit autorem. XXXVI. Tremor Quakerorum simulari, aut a causis naturalibus oriri, aut etiam præternaturaliter a Diabolo immitti potest, ut proinde Quakeris, eundem pro supernaturali operatione Dei aut luminis sui indubitanter venditantibus, optimo jure contradicamus. XXXVII. Quakeri e Scriptura demonstrare nequeunt, quod ullus sanctorum hominum, propter luminis interni collustrationem, per externam corporis agitationem, ἐκστασιῶδες, hoc est, cum excessu mentis, quemadmodum ipsis usu venit, tremuerit. XXXVIII. Falluntur, aut falli ad minimum possunt, quotquot principio illi inniuntur: quicquid lumen internum immediate revelat, verum bonumque, ac consequenter credendum ac faciendum est. Sed hæc speciminis loco adducta sufficiant, cum ex iis satis constare queat, qua ratione subsequentes fidei articulos, scilicet II. de Scriptura S. III. de Deo Trinuno. IV. de Jesu Christo. V. de creatione & creaturis nobilissimis, videlicet angelis & hominibus. VI. de imagine Dei. VII. de peccato. VIII. de libero arbitrio. IX. de gratia Dei pertractavit maxime reverendus Auctor. Quem publico nomine rogamus, ut examen Quakerismi super reliquis fidei Christianæ articulis cum erudito orbe propediem communicare ne gravetur:

*D. LUDERI MENCKENII SUPR. CUR. PROV. LIPS. ASSESS.
 Tractatio Synopsis Pandectarum Theoretico-Practica, Juri Communi
 Usuique Moderno Imperii, & præcipue Saxonico accommoda-
 ta, ita ut vice Supplementi Lauterbachiani esse queat,
 in Tabulas redacta & Axiomatibus appli-
 catis illustrata.*

Lipsiæ apud M. Th. Heibey, A. 1697. in fol. Alphab. 8. pl. 12.

Cum consultissimus Auctor, ipso docendi exercitio forique usu invitatus, Pandectarum tractationem, haud paucis laborantem difficultatibus, pro virili adjuvare constituisset, quo congruam haberet materiarum theoreticam practicamque seriem, quam in docendo sub-

secu-

secuturis, si viveret, annis usurparet, omnem circa Digesta laborem, in Tabularum formam redegit, illamque exhibendis ac discernendis definitionibus, divisionibus, regularumque ampliationibus ac limitationibus convenientissimam esse existimavit, cujus methodi rationem plenius in Praefatione commemorat. Quoniam vero praecipue eo contendit, ut principia theoretica cum practicis conjungeret, nec non docendi discendique operam sublevaret, primum ad Leges, tanquam fontes, cum cura respexit, usque Doctorum auctoritates, ubi rem id exigere putavit, adjecit, deinde typorum diversitate distinguenda separavit, in usu moderno Titulorum conquirendo maxime Carpozianis, Strykianis, Swendendörfferianis, Schilterianis Huberianisque scriptis adjutus. Apprehensioni Pandectarum, praeter ordinis facilitatem, animo ex ipso Tabularum conspectu se insinuantem, adjumentum praestitit per applicationem Axiomatum, quae littera majuscula in Tabulis indicavit, & singulis, in quibus usurpata sunt, Titulis addidit, ita tamen ut ab Axiomatis semel impressi iterata impressione abstineret. Repetitioni Digestorum vero adminiculum paravit per diversitatem quatuor classium, in quas Pandectarum rubricas discrevit, utiliores minus utilibus in foro praefendas esse ratus; quem in finem tam sub calcem operis Tabulam, diversi usus Titulorum indicem, subjecit, quam per litteras, numeris singulorum Titulorum exprimendis adhibitas, eam differentiam esse indicandam duxit. Quamvis autem arbitraria singulos Titulos tractaverit methodo, & praxeos Imperii atque Saxoniae curam gesserit, ita tamen ad Lauterbachianum Juris Compendium, a Jcto Schüzio editum, respexit, ut illi praesens Opus simul pro Supplemento esse queat. Ac proinde primo omissos in dicto Compendio titulos supplevit, nempe Libri I. Pandectarum t. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. Lib. XVII. t. 7. Lib. XXV. t. 4. 5. 6. Lib. XXXIII. t. 3. 8. 9. 10. Lib. XXXVIII. t. 2. 3. 4. 5. 12. 13. 14. 15. 16. 17. Librum XL. Lib. XLII. t. 6. Lib. XLIII. t. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. Lib. XLV. tit. 3. Lib. XLIX. t. 9. 10. 11. 12. 13. Lib. L. t. 16. 17; brevitatis tamen & prolixitatis normam ab utilitate, quam isti tituli hodie praestant, dependere voluit, Secundo eos, quos fori usus quotidianus commendat, titulos, ubi res exegit, aliquanto accuratius enucleatum ivit, id quod per universam fractionem quidem animadvertere licet, maxime tamen elucescit.

ex elaboratione Lib. I. ꝑ. t. 2. Lib. V. t. 1. Lib. XII. t. 2. Lib. XXII. t. 1. 3 4 5 6. Lib. XXIII. t. 1. 2. Lib. XXV. t. 3. materiæ Successionis novissimæ circa finem Lib. XXXVIII. expositæ, item Lib. XCII. t. 1. t. 5. quatenus huic accedit tractatio de Privilegiis Creditorum, nec non Lib. XLIV. t. 1. 3. 7. Lib. XLV. t. 2. Lib. XLVI. t. 1. 3. Lib. XLVII. t. 1. Lib. XLVIII. t. 5. 18. 19. Lib. XLIX. t. 1. seqq. Lib. L. t. 1. 2. 7. Tertio materias ex ipso fori strepitu notissimas, sed prætermittas aut vix tactas in memorato libello, congruis locis adjecit, cujus rei ut quædam exempla referamus, egit de Retractu p. 248. Cambio p. 283. Arresto communi p. 231. & Saxonico p. 288. Annuis Reditibus p. 308. Interesse p. 310. Instrumentis & officio Notariorum ex R. I. d. A. 1512. p. 321. seqq; Executoribus Ultimarum Voluntatum p. 426. Fideicommissis Familiæ p. 443, seq. Operis Rusticorum p. 458. Hominibus propriis p. 493. Expensis in litem p. 519. Executionibus Sententiarum p. 522. seq. Inhibitionibus p. 541. seq. Concursu Actionum p. 588. Processu Inquisitorio p. 620. Accusatorio in specie tali & Bannitorio Imperii, præcipueque Saxonico p. 618. seq. Magistratibus Civitatum, Imperii & Provincialium p. 722. seq. Jus ~~omn~~ & noviter controversum haud neglexit, novissimas tamen magis quam antiquatas proposuit controversias, suppeditata inprimis ratione decidendi, cujus instituti causam in Præfamine ad Lectorem recensuit. Itaque hic liber ad commode docenda, apprehendenda repetendaque Jura Digestorum compilatus, iis, qui laudatissimo Compendio Juris Lauterbachiano hæctenus innutriti sunt, vice Supplementi, Pandectarum, vero theoretica & practica fundamenta hausturis, & in foro, maxime Saxonico, versaturis, ob immixta Juris tam Communis quam Electoralis Saxonici principia, singulari adjumento fore videtur.

FEBRIS EPIDEMICÆ ANNO 1694 & 95. IN NORICÆ DITIONIS oppido Herspruccensi & vicino tractu grassari deprehense, tandemque petechialis reddita Historica Relatio, in Observationum Semicenturiam digesta a JOH. LUDOVICO APINO D. Phys. Herspruccensi & Nat. Curios. Collega Nonus dicto.

Noribergæ sumptibus Andr. Otton, Swobaci A. 1697. pl. 20.

D

Quant

Quanta hæcenus ex decantatissimis Naturæ Curiosorum Miscellaneis in Medicorum scholas redundarint emolumenta, nemini obscuro esse potest. Quorum inelyto Ordini Auctor nobilissimus adscriptus, Specimen aliquod, ut dignum setanto sisteret honore, Febre epidemica, quæ anno 1694 & 95 in ditione Norica sæviebat, materiam suggerente, exhibere nullus dubitavit. Præmissis discursui, quo principium, incrementum finemque Febris examinat, adjunxit Semi-Centuriam Observationum, quibus, prævia morbi ætiologia, Methodum novam atque expeditissimam, qua usus fuerat, declarat. Principium igitur fontemque ipsam Febris epidemicæ pluvias fuisse creberrimas autumnæ, quæ A. 1694. mense Augusto ingruentes, ad Decembrem usque perseverarunt. Ex his præhumidum aërem partim cum saliva in ventriculum, partim per inspirationem atque cutis poros in corpus intrasse, atque alimenta & sanguinem vitioso signasse caractere, ipsosque spiritus in motus concitasse inordinatos, non ambigit. Horrorem hinc febrilem ex fuga spirituum propter auram peregrinam deducit, non quod spiritus calidi existant, sed quod ex defectu horum uterque sanguinis motus refringatur, & excursus particularum sulphurearum biliosarumque prohibeatur. Calorem econtra motui spirituum impetuosiori tribuit, quod hæcenus coerciti, excusso elasticitate sua hospite peregrino, vehementius agitentur, particulasque sanguinis biliosas in majorem rapiant motum. Mitior hæcenus Febris pueros, fæminas gravidas atque pauperulas, raro robustiores infestaverat. Incrementum vero cum Lues epidemica sub ipsis anni 95 auspiciis cepisset, maculas ostendisse petechiales refert, quarum duas allegat causas, manifestam aliam, aliam occultam. Illam subito mutatum tempus rigidissimumque gelu, negotium transpirationis suffaminans, colluviemque ferrosam incrassans, fuisse judicat; hanc vero morbidum appellat fæmen, quod sua virtute fermentativa multiplicandi sese potentiam habuerit. Modum, quo viscidum hoc alia quoque corpora inficere potuerit, indagans, adstruit, latitasse sub hoc sal volatile acrius, mediam ex sale acido & alcalico naturam præ se ferens, quod cum effluviis exhalans ex corpore alios infestare facile potuerit, præprimis illos, quibus majori cum ægris conversatione opus erat. Ad Methodum medendi quod attinet, solenne ipsi fuit, uti Observationes ipsæ

ipsa testantur, purgatis ventriculo atque intestinis, alexipharmaca & sudorifera exhibere, quibus tamen fermentum febrile, si firmiter haberet, cedere noluit. Corticem ideo Peruvianum sive Extractum hujus illis, captata dosi conveniente, admiscuit, ejusque efficaciam, quæcumque supervenerint symptomata, summopere deprædicat. Febres petechiales ipsas eodem se medicamento, in majori tamen copia exhibitio, curasse fatetur, ridetque illos, qui ex sapore adstrictorio Corticis, qui tantus non est, inspissari & coagulari sanguinem volunt, cum magis attendendus veniat odor aromaticus cum sapore amaricante. Denique æstu Solis intensiori Febris, dysenteria superveniente, sublata fuisse videbatur; sed caniculis temperatis pristinam suscepisse iterum faciem; rariorem tamen existisse exponit, donec Divina favente gratia, spirantibus ex Oriente ventis, firma ac certa, recuperata fuerit valetudo.

THE ENGLISH HISTORICAL LIBRARY &c.

Hoc est:

BIBLIOTHECA HISTORICA ANGLICANA, SIVE BREVIS Idea atque character plerorumque Scriptorum hodie extantium, sive typis impressorum sive manuscriptorum, qui utiles esse possunt generalem Angliæ Historiam molientibus. Auctore GULIELMO NICOLSONO A. M. Archidiacono Carleolensi.

Londini apud Ablem Swall & T. Child, 1696, 8. plag. 171.

Multum desiderari a Viris in Angliæ doctis, patriæque amantibus, ab annis aliquam multis generalem quandam totius regni Historiam, Cl. Auctor in Præfatione hujus operis nos docet. Et quamvis varii, editis quoque speciminibus, eam hæcenus polliciti fuerint, difficile tamen adeo Historici munus, præcipue autem Angliæ res exponere in se suscepturi, esse existimat, ut fere desperet, unquam tale aliquod opus, cum doctiorum approbatione, lucem esse visurum. Sane J. Duntonum, qui tale quid sese moliri, publicata aliqua operis sui delineatione professus est, jam satis prodidisse ait, quam parum aptum Angliæ sese Historicum obtrudat, dum a diluvio operis sui exordium facturum sese esse fuerit pollicitus. Imo ne Seldenum qui-

dem, quod Cl. Gale existimavit, tanto molimini parem fuisse futurum, e Præfatione ejus ad X Scriptores Hist. Anglitem e Spicilegio ad Eadmerum, ejusdemque Jano Anglorum abunde patere arbitrat. Camdenum autem ipsummet imprudentiæ juvenili tribui id voluisse observat, quod Britannicæ scribendæ historiæ animum unquam adjecerit. Miltonum denique atque Templum nunquam id animo agitalle dicit, ut generalem vel illorum, de quibus commentati sunt, temporum historiam scriberent. Optare itaque sese dicit, ut varii Viri docti, sinceri, bellique ac pacis artibus Historico necessariis instructi, linguarumque tum veterum, Britannicæ nimirum, Saxonicæ, Danicæ atque Latinæ, quam recentiorum periti in unam quandam coeant Societatem, omniaque Angliæ monumenta studiose excutiant, atque sic unum aliquod concinnent opus, quod omnium calculo approbatum, luce publica dignum judicetur. Fraternitati hujusmodi imaginariæ inservire se voluisse, Cl. Autor ait. Quamvis enim jam olim hujusmodi Catalogos concinnatos esse non ignoraverit, a Joscelino, Thoma Fullero, P. Heylino, illis tamen vel lucem adspicere non licuisse, vel exiguam solum Historicorum eos partem recensuisse innuit. Enarrat deinceps eos, qui collectiones Scriptorum rerum Anglicarum edendo, bene de patria meruerunt: opera tamen ista accurato examine errorum, tum ab ipsis autoribus, tum ab amanuensibus atque typographis commissorum indigere monet. Inter illos H. Whartoni quoque meminit, quem Angliam Sacram tertio quoque quartoque tomò aucturum fuisse ait, nisi adversa Reverendissimi Patroni ejus fata intercessissent. Dissertationes tamen ejus, quas ipse duobus jam editis tomis inseruit, minime probari Cl. Autori nostro videntur, qui premendas eas & δευτέρας Φερύσιον expoliendas fuisse judicat. Sane sententiam ejus de duobus Ælfricis, quam ipse *tot tantisque firmatam argumentis existimet, ut non facile aliis rejicienda sit*, nulli alii fundamento inniti observat, quam immani cuidam Wheloci errori, Chronicon aliquod Saxonicum male interpretantis. Memoratque Whartonum a nonnemine de hoc errore monitum, novo argumento in Addendis sententiam istam firmare conatum fuisse. Catalogos porro MSSorum varios allegat, quibus in hac Bibliotheca sua concinnanda fuerit usus, hacque occasione ad Catalogum omnium quæ in Britannicæ Bibliothecis asservantur MSSorum

rum delabatur, in quo concinnando ab annis aliquam multis laudabilem operam posuit Vir doctissimus Eduardus Bernhardus. Quod quidem opus ubi ex merito suo commendasset, id saltem sese dolere ait, quod major cura in examinandis Catalogis, qui e locis diffitis ad eum perferuntur, adhiberi non possit. Se enim satis certo persuasum esse, integrarum Bibliothecarum Catalogos in isto opere exhiberi, cum tamen vix ullum voluminum recensitorum in locis indicatis inveniatur. Hoc ipsum autem, quod accuratis thesaurorum suorum indicibus Anglia destituatur, excusationis loco sibi putat inseruitorum, multa forte Anglicorum scriptorum millia prætereunti.

Ut autem ad ipsum librum accedamus, in eo ita versatur Autor, ut primo loco Scriptores Geographicos, Chorographicos & Topographicos exhibeat, eosque itidem qui de naturali historia & antiquitatibus, ut & de forma regiminis Anglicani commentati sunt. Inter illos de iis primum agit, qui geographicam Angliæ universæ historiam, deinde de his qui provinciarum quærundam urbiumque in specie chorographias vel topographias ediderunt. Ad Chronicorum atque Annalium enarrationem inde accedit. Ubi distincte quidem agit de iis quæ generalia sunt, atque vel ad Romanorum Britannorumque tempora, vel ad Saxonum & Danorum ævum, vel denique ad tempora quæ post Angliam a Gulielmo Conquestore occupatam abiere, pertinent. Postea vero etiam seorsum Lectorum suorum oculis exponit ea, quæ particulares solum Regum, Gulielmo Conquestore posteriorum vitas, in annalium ordinem redactas complectuntur. Et hæc quidem sunt, quæ in parte priori hujus operis clarissimus Autor exponit. Jam porro ad Historiæ Ecclesiasticæ in posteriori, quæ lucem nondum vidit, Scriptores se accessurum pollicetur, primoque illos recensiturum, qui res in Ecclesia Anglicana gestas generatim, a primis Christianismi in regno isto incunabulis, usque ad Henrici VIII ævum, literarum monumentis consignavere. Deinde eos qui historiam particularium Episcopatum, Monasteriorum atque Academiarum persecuti fuerunt. Peculiari postmodum capite liberos, qui leges monumentaque ad statum hujus regni pertinentia continent, se ait enarraturum, & denique Biographorum notitiam traditurum; ubi distincte iterum de iis qui Sanctorum hujus gentis, qui præstantium in Ecclesia & Republica Virorum, quive Virorum

- c. I.
- c. II.
- c. III.
- c. IV.
- c. V.
- c. VI.
- c. VII.
- c. IX, X, XI.
- c. XII.
- c. XIII, XIV.

literis clarorum vitas memoriae mandaverunt, acturum sese esse pollicetur.

Eorum, quae de singulis hisce Scriptoribus, Cl. Autor tradit, haec fere summa est. In aetatem plerumque eorum inquiri; quibus porro subsidiis instructi, ad conficienda, quorum auctores sunt, opera accesserint, & an bene an secus rem gesserint, indicat: & denique ubi edita illorum opera sint, aut in quibus bibliothecis manuscripta delitescant, observat. Quae omnia licet summa brevitate plerumque perstringat, tantum tamen abest ut jejuna propterea sit, ut potius largam rerum minime vulgarium messem ex opere non admodum voluminoso Lectoribus promittere audeamus. Liceat speciminis loco, ne quid partibus dedisse videamur, nonnulla adducere. Inter Geographicos Angliae Scriptores Venerabilis Bedae etiam referendus esset, si fidem mereretur, quem passim alibi etiam clarissimus Autor castigat, Pitseus. Hic enim librum ejus *de situ & mirabilibus Britanniae* apud Cantabrigienses in bibliotheca quadam delitescere observat. Verum affirmat Nicolsonus, deceptum eum esse inscriptione capitis primi Historiae Ecclesiae Venerabilis illius Viri, quam ab Ælfrido Rege in linguam Saxoniam translata bibliotheca a Pitseo allegata asservet: aliud sane nihil, quod hujus argumenti esset, e calamo Bedae profluxisse contendit. In Capite III, ubi de Scriptoribus antiquissimas Britannorum res facientibus, eaque occasione de ipsis antiquitatibus Britannicis multa erudite disserit, sub initium statim linguae antiquae Britannicae notitiam ab eo, qui hanc Historiae Anglicae partem tradere cupit, requirit. Difficilem linguae hujus, quantum quidem ex illa restat, acquisitionem non fore ait, si magna adeo ejus pars perierit, ut, quemadmodum doctissimus Bernhardus in Epistola ad Hiccesium, Grammaticae ejus Anglo-Saxonicae & Mæso-Gothicae subjecta, observavit, Lexicon Britannicum Joh. Davisi *ex quadrante saltem Cambrium sit, semis habens a Latinis, quadrante altero Anglis dominis concedente*. Verum hanc doctissimi Viri observationem parum certam esse putat, majorem fidem habens Cl. Loydio, qui linguae & antiquitatum patriarum peritissimus hanc ipsam rem penitus examinavit. Ille enim inter decem millia, quae Lexicon istud exhibet vocabula, MD solum invenit, quae Latinis similia esse videantur. Quae tamen Latinae propterea originis esse non concedit. Saltem post

p. 4.

p. 74.

post Cæsaris in Britanniam expeditionem inventa fuisse negat, cum, observante Sheringhamo, inter ea haud pauca sint, quæ Cæsaris temporibus apud ipsos Romanos jam antiquata fuere. CC ex iis cum Anglicis aliquid habere cognationis ait, quæ tamen Anglis non deberi inde probat, quod dimidia eorum pars in Aremorico Ivonis Quilliverii Dictionario quoque invenitur: reliqua porro omnia Cambrica esse, extra controversiam existimat, cum nullam cum alterutra istarum linguarum convenientiam habeant. Recenset inde clarissimus Autor, quibus subsidiis ad linguæ hujus interiora penetrare liceat, eos, qui Grammaticas & Dictionaria Britannica concinnarunt, diligenter enumerans. In Dictionario Britannico conspiciendo Jo. Lelandum quoque operam posuisse Pitseum monere refert, sed falso iterum. Deceptum enim eum fuisse ait syllabo & interpretatione antiquarum dictionum, quas in genethliaco carmine Edoardi VI natalibus consecrato adhibuerat, carmini isti ab eo subjunctum. Verum ad ipsos Historicos deinde accedens, Bardorum eam spartam apud Britannos antiquissimos fuisse ait, qui carmine res gestas virorum illustrium persequerentur. Prosodiam eorum & observatas carminis leges Middletonum investigare ausum fuisse ait in *Bardoniae* sive Poetices Britannicæ Arte. Magni inter illos nominis fuisse *Merlynium* ait, cujus verum nomen *Merlbyni* esse, & a patria *Mariduno* ei hæsisse, post Loydium monet; omnia autem, quæ de tribus hujus nominis viris Pitseus cum aliis affert, nugæ & fumos esse contendit, aut unicum solum aut nullum Merlinum extitisse persuasus. Similiter e Gilda, quem antiquissimum esse dicit eorum, qui e veteribus rerum Britannicarum Scriptoribus ad manus nostras pervenerant, temere tres viros conflatos fuisse monet. Equidem Lelandum etiam in ea opinione esse ait, quod a Gilda Historico Poeta sit distinguendus: cujus poema quoddam *Cambreidid* nomine inscriptum, Anglis surreptum & in Italiam ablatum sit, ibi alicubi delitescens. Verum falsa hæc omnia esse ait, nec ullum aliud Gildæ cujusquam poema extare putat, quam istud quod Gildæ fictitii, ipse Lelandus, Pseudo-Gildæ vero nomine Usserius passim allegaverit. Alium supposititium Gildæ librum quoque memorat de Victoria Ambrosii, ex quo Joh. Pitsei Historiam Regum Britannorum; item de primis insulæ incolis; lites item Luddi & Nennii aliaque concinnata esse observat. Verum nimis diu nos jam detinuit caput, in quo

p. 74

p. 80.

p. 81.

p. 83.

- p. 103. de Britannorum veterum Historicis Cl. Autor agit ; quamobrem reliqua quæ in eo tradit, non minus jucunda, transfiliantes ad alia pergit. In eo itaque loco, ubi de Saxonum Historicis egit, pro more suo nonnulla ad linguam eorum facientia præmittens, inter ea Ælfrici Vocabularium Saxonico-Latinum commemoravit. Quod una cum Grammatica ejus e codice non optimo ad calcem Glossarii Anglo-Saxonici Somneriani evulgatum ait, melioribus codicibus in Bibl. Cottoniana, & D. Johannis Oxoniensi, quidquid contradicat Whar-
- p. 106. tonus (in Auct. Hist. Dogm. Usserii p. 377, 374.) asseruatis. Insignibus autem plane elogii ornat Glossarium Henr. Spelmanni, maximeque dolet, in postrema editione ei non accessisse notas atque auctaria, quæ in totum opus concinnata, delitescant inter Somneriana manuscripta in Bibliotheca Cantuariensi, Præterea ex hoc Spelmanni, alteroque Somneri Glossario, in magno suo mediæ & infimæ Latinitatis Glossario omnia ea Cangium deprecuisse, quæ ad difficiliorum in antiquis Angliæ legibus locorum interpretationem faciunt, observat.
- p. 112. Maxime autem hic notari meretur Autoris in Camdenum, Lambardum, Spelmannum omnesque Angliæ Antiquarios atque Historicos strictura, quos tria diversa Legum Anglicarum, Saxonum nimirum Occidentalium, Mercianarum item & Danicarum Legum digesta temere confinxisse arbitratur. Deceptos nimirum eos esse ait falsa vocis *Laga* interpretatione, quam *legem* significare persuasi e *West. Saxonæ laga*, *Myrcenæ laga* & *Dene laga* triplicem hanc legem comminiscendi occasionem nacti fuerint, Verum *Laga* non legem, sed *regionem* sive *provinciam* notare, ex ipsis legum Ethelberti, Cnuti & Eduardi locis, quæ huic errori occasionem dederunt, evincit, adeoque omnem istam de triplici Anglorum lege famam mendacii arguit.
- p. 139. Ex iis quæ de Danicis Historicis refert, nihil attingemus, nisi quod Eddam, ea quam Resenius Hafniæ anno 1665 edidit, multo auctiorem in famosissima Bibliotheca Sereniss. Ducum Brunsvico-Lunæburgicorum Guelferbytana extare manuscriptam, monendum esse duca-
- p. 149. mus. Inter Historicos denique, qui res post Gulielmum Conquestorem in Anglia gestas descripserunt, secundo statim loco ponit, multisque laudibus ornat Marianum Scotum, cujus tamen Chronicum omnibus illis mutilatum, quæ ad Germanorum Historiam non pertinent, in Collectione Pistoriana editum queritur; optimum tamen ejus & per-
- fectis-

festissimum codicem in bibliotheca Bodleiana extare memorat. Alios quoque Historiæ hujus temporis periodi Scriptores ubi percensuisset, aliquammultos hodie audacem cepisse laborem generalem Angliæ Historiam compilandi monet, quos inter primas Joh. Marshamo, celeberrimi Canonis Chronici autoris filio, & Jac. Tyrrelio, Ulfieri Armachani e filia nepoti, tribuit. Quorum ille si parentis, hic si avi eruditionem & fidem ad hoc opus afferant, nil nisi præclarum putat esse expectandum.

EXAMEN DE L' HISTOIRE CRITIQUE DU NOUVEAU Testament &c. par ANTOINE COULAN.

i. e.

Examen Historiæ Criticæ Novi Testamenti, auctore

ANTONIO COULAN, Londini Ecclesiæ cujusdam Gallicæ Pastore.

Amstelodami, apud P. Marret, 1696. in 8. Alph. 1. pl. 6.

Quæ Scriptorum, qui ea sibi convellenda sumunt, quæ constanter statuta sunt a pluribus, sententiasque novas & inauditas in orbis eruditi scenam prodire jubent, fata esse solent, ut nunquam tot admiratores habeant, quin hostes quosdam profectos nanciscantur; ea abunde expertus est Vir ob multa ingenii monumenta celeberrimus, Richardus Simon. Post alios autem etiam Auctor opusculi hujus, viri-um suarum facturus periculum, cum eo in arenam descendit. Expositis nimirum causis, quibus adductus pugnam hancce capessiverit, quas inter haud postrema est, quod virorum doctorum super rebus criticis disceptationes magni momenti quæstionibus lucem affundant; inquirat, quid Richardum Simonem adduxerit, ut sub diversis nominibus titulisque latitare, & mox Hieronymi de Sancta Fide, mox Hieronymi le Camus, mox Simonvillæi, mox alio nomine insigniri voluerit. Qua de re suas conjecturas afferens, ambitionis haud obscure eum arguit. Hinc ad rem ipsam progreditur, & primo quidem disputat, an plane necessarium fuerit, ea, quæ credenda faciendaque hominibus sunt, ut æternæ salutis compotes reddantur, Divinarum Litterarum monumentis consignari? Negaverat hoc Simon, ut Traditioni, cui impense favet, robur aliquod inde conciliaret. Auctor autem secus sentit, quæstionemque affirmat, & ad argumenta, quibus Simon utitur, (quod ipse Christus Salvator minime necessarium judicaverit; ut se inter mortales versante, sua doctrina litterarum monumentis consecraretur, quin quod nec Apostolis, ut hoc facerent,

Part. I.
Epist. I.

Epist. II.

E

jus-

- p. 103. de Britannorum veterum Historicis Cl. Autor agit ; quamobrem reliqua quæ in eo tradit, non minus jucunda, transfiliantes ad alia pergit. In eo itaque loco, ubi de Saxonum Historicis egit, pro more suo nonnulla ad linguam eorum facientia præmittens, inter ea Ælfrici Vocabularium Saxonico-Latinum commemoravit. Quod una cum Grammatica ejus e codice non optimo ad calcem Glossarii Anglo-Saxonici Somneriani evulgatum ait, melioribus codicibus in Bibl. Cottoniana, & D. Johannis Oxoniensis, quidquid contradicat Whar-tonus (in Auct. Hist. Dogm. Usserii p. 377, 374.) asservatis. Insignibus autem plane elogii ornat Glossarium Henr. Spelmanni, maximeque dolet, in postrema editione ei non accessisse notas atque auctaria, quæ in totum opus concinnata, delitescant inter Somneriana manuscri-
pta in Bibliotheca Cantuariensi, Præterea ex hoc Spelmanni, altero-
que Somneri Glossario, in magno suo mediæ & infimæ Latinitatis Glossario omnia ea Cangium depromisse, quæ ad difficiliorum in an-
tiquis Angliæ legibus locorum interpretationem faciunt, observat.
- p. 112. Maxime autem hic notari meretur Autoris in Camdemum, Lam-
bardum, Spelmannum omnesque Angliæ Antiquarios atque Histori-
cos strictura, quos tria diversa Legum Anglicarum, Saxonum nimirum Occidentalium, Mercianarum item & Danicarum Legum dige-
sta temere confinxisse arbitratur. Deceptos nimirum eos esse ait falsa vocis *Laga* interpretatione, quam *legem* significare persuasi e *Westsexena laga*, *Myrcena laga* & *Dene laga* triplicem hanc legem comminiscendi occasionem nacti fuerint, Verum *Laga* non legem, sed *regionem* sive *provinciam* notare, ex ipsius legum Ethelberti, Cnuti & Eduardi locis, quæ huic errori occasionem dederunt, evincit, adeoque omnem istam de triplici Anglorum lege famam mendacii arguit.
- p. 139. Ex iis quæ de Danicis Historicis refert, nihil attingemus, nisi quod Eddam, ea quam Resenius Hafniæ anno 1665 edidit, multo auctiorem in famosissima Bibliotheca Sereniss. Ducum Brunsvico-Lunæburgi-
corum Guelferbyтана extare manuscriptam, monendum esse duca-
mus. Inter Historicos denique, qui res post Gulielmum Conquestorem in Anglia gestas descripserunt, secundo statim loco ponit, multisque laudibus ornat Mariatum Scotum, cujus tamen Chronicum omnibus illis mutilatum, quæ ad Germanorum Historiam non pertinent, in Collectione Pistoriana editum queritur; optimum tamen ejus & per-
fectis-

festissimum codicem in bibliotheca Bodleiana extare memorat. Alios quoque Historiæ hujus temporis periodi Scriptores ubi percensuisset, aliquammultos hodie audacem cepisse laborem generalem Angliæ Historiam compilandi monet, quos inter primas Joh. Marshamo, celeberrimi Canonici Chronici autoris filio, & Jac. Tyrrello, Usserii Armachani e filia nepoti, tribuit. Quorum ille si parentis, hic si avi eruditionem & fidem ad hoc opus afferant, nil nisi præclarum putat esse expectandum.

EXAMEN DE L' HISTOIRE CRITIQUE DU NOUVEAU
Testament &c. par ANTOINE COULAN.

i. e.

Examen Historiæ Criticæ Novi Testamenti, auctore

ANTONIO COULAN, Londini Ecclesiæ cujusdam Gallicæ Pastore.

Amstelodami, apud P. Marret, 1696. in 8. Alph. 1. pl. 6.

QUæ Scriptorum, qui ea sibi convellenda sumunt, quæ constanter statuta sunt a pluribus, sententiasque novas & inauditas in orbis eruditi scenam prodire jubent, fata esse solent, ut nunquam tot admiratores habeant, quin hostes quosdam profectos nanciscantur; ea abunde expertus est Vir ob multa ingenii monumenta celeberrimus, Richardus Simon. Post alios autem etiam Auctor opusculi hujus, viri-
um suarum facturus periculum, cum eo in arenam descendit. Expositis nimirum causis, quibus adductus pugnam hancce capessiverit, quas inter haud postrema est, quod virorum doctorum super rebus criticis disceptationes magni momenti quæstionibus lucem affundant; inquit, quid Richardum Simonem adduxerit, ut sub diversis nominibus titulisque latitare, & mox Hieronymi de Sancta Fide, mox Hieronymi le Camus, mox Simonvillæ, mox alio nomine insigniri voluerit. Qua de re suas conjecturas afferens, ambitionis haud obscure eum arguit. Hinc ad rem ipsam progreditur, & primo quidem disputat, an plane necessarium fuerit, ea, quæ credenda faciendaque hominibus sunt, ut æternæ salutis compotes reddantur, Divinarum Litterarum monumentis consignari? Negaverat hoc Simon, ut Traditioni, cui impense favet, robur aliquod inde conciliaret. Auctor autem secus sentit, quæstionemque affirmat, & ad argumenta, quibus Simon utitur, (quod ipse Christus Salvator minime necessarium judicaverit; ut se inter mortales versante, sua doctrina litterarum monumentis consecraretur, quin quod nec Apostolis, ut hoc facerent,

Part. I.
Epist. I.

Epist. II.

E

jus-

- jusserit, itemque quod Apostoli ferente ita occasione, precibusque quarundam Ecclesiarum adducti scripserint,) ita respondet, ut ea certa ratione concedi posse autumat, sed non ita, ut a Simone proferuntur. Interim ex iis confici posse, non necessarium fuisse, ut doctrina
- Epist. III. cœlestis litteris scripturaque ad posteros propagaretur, plane abnuat. Quod ad traditionem attinet, de qua ex instituto in epistola III. agit, minime confundendas esse quæstiones ait, *unde nobis constet, libros sacros ab iis auctoribus scriptos esse, quorum nomina præferunt, & unde nobis certo constet, hosce libros esse canonicos?* In priori ad traditionem recte provocari concedit, cum de facto lis sit. At canonice Scripturæ sacræ auctoritatem ex characteribus istis Divinitatis, in ipsis hisce libris conspicuis, nobis certa & infallibili ratione innotescere. Id
- Epist. IV. quod prolixius edisserit adstruitque. Cum vero hinc alia quæstio oritur, debeatne Scriptura ex traditione, an vero ex regulis sanæ rationis, & artis criticæ explicari? posterius affirmat, sibi que demonstrandum sumit. Quæ cum ita sint, concludit, perperam Simonem Protestantium sententiam cum errore quorundam veterum Hæreticorum contendere, aut Patrum illi opponere auctoritatem. Quod itidem satis operose persequitur. Hisce ergo expeditis, quarta succedit quæstio: an Scriptura sacra omnia ea, quæ creditu factuque ad æternam felicitatem consequendam sunt necessaria, contineat, ut adeo nulla opus sit traditione? Affirmat eam citra ambages, & Scripturam pro unica fidei & vitæ regula reputandam esse profiteretur, argumentisque comprobatur. Sed præcipuum, quo suam sententiam Simon tueatur, argumentum, quodque in ipsius Historia Critica utramque fere paginam facit, hoc est: libros divinos per se intellectu difficiles & valde obscuros esse; accedere verborum phrasiumque ambiguitatem, lectiones variantes, malitiam aut ignorantiam illorum qui translationes in alias linguas adornant, & infinitas interpretum in oraculis divinis explicandis dissensiones: unde porro sequi putat, traditionem non posse non in subsidium vocari. Auctor itaque doctissimus quædam Scripturæ loca obscura & difficilia agnoscit, sed hæc, ut & cetera, quæ Simon objicit, tanti momenti esse, ut ad traditionem sit recurrendum, negat. Quin telum in ipsum retorquet, & traditiones, si non
- Epist. VIII majoribus, saltem iisdem premi difficultatibus, probat. Finit tandem primam partem, demonstrando infallibilitatem, ut vocant, quam Ecclesiæ Simon tribuit, omni plane fundamento destitui. In
- Part. II. akte-

altera parte ad specialia descendit, & primo contra Simonem evincit, titulos Evangelii ab ipsis Evangelistis fuisse præmissos. Semper quippe in more positum fuisse, si a Mosis libris discesseris, ut Auctores & nomina & titulos libris a se editis præfigerent. Mosis autem libros ideo illis destitui, quod illo tempore nulli alii extiterint libri, a quibus hac ratione fuerint discernendi. Ostendit etiam, nihil inepti esse, si asseratur, autographa Apostolorum per aliquot secula in Ecclesia extitisse: qua occasione Clerici partes contra Simonem tuendas suscipit. De Evangelio Matthæi ita sentit, nullum plane ratione probari posse, lingua Ebræa illud ab eo fuisse conscriptum. Quod autem Patres nonnulli hoc affirmaverint, ex errore fuisse profectum, quod crediderint, Evangelium Ebræum Ebionitarum ipsum Matthæum habuisse auctorem. Digreditur hic paulisper ad Ebionitas, eosque ab auctore & conditore sectæ Ebione, non autem a voce Ebræa, quæ pauperem significat, dictos fuisse contendit. Marcum divi Petri interpretem eo sensu dici posse concedit, quod aut mandata Petri fuerit executus, aut illum in doctrinæ cœlestis prædicatione adjuverit: sed Evangelium ex Evangelio Matthæi cum concinnasse autumat. De Epistolis Canoniciæ differens, Epistolam Jacobi, non a Jacobo Minori, sed eo, qui cognomine Justus dictus est, scriptam esse evincit. De celeberrimo etiam loco i. Joh. V, 7. suam aperit sententiam, & allatis Simonis, Smithii & Arnaldi sententiis, locum istum genuinum esse pronunciat; rationem autem, qui factum, ut in nonnullis codicibus non legatur, explicaturus, Arnaldo subscribit. Tandem præcipua illorum, qui Divinarum Litterarum auctoritatem impugnant, argumenta refellit, scilicet, quod Scriptores novi fœderis non juxta linguam originalem, sed versionem LXX Interpretum oracula veteris Testamenti proferant, & quod eadem in alium plane sensum quandoque detorquere videantur. Finit totum opus, de usu linguæ incognitæ & peregrinæ in cultu Numinis nonnulla subnectendo.

Epist. IX.
Epist. X.
Epist. XI.
Epist. XII.
Epist. XIII.
Epist. XIV.
Epist. XV.
Epist. XVI.

Joh. Wincklers Vertheidigung seines gründlichen Beweises der Kinder-Tauffe.

Hoc est:

JO. WINCKLERI, APUD HAMBURGENSES AD D. MICHAELIS Pastoris, Defensio solida sua demonstrationis Padobaptismi adversus objectiones quorundam in Belgio Anabaptistarum.

Hamburgi, apud Godofredum Libernickel, A. 1696. in 8.
Constat Alphab. t. plag. 9.

Natum est hoc scriptum occasione sermonis cujusdam facti, quo dictum Christi Marc. X, 14. explicuerat, hujusque auctoritate pædobaptisum coram cœtu publico adstruxerat æstimatissimus Hamburgensium Pastor, Maxime Reverendus Wincklerus. Eum enim latius deductum cum A. 1691 in gratiam nonnullorum, qui tunc a Menonitis ad Orthodoxos transierant, vulgasset, reperti sunt inter Anabaptistas Belgas, qui isti se opposuere. Horum igitur oblocutionibus jam respondet Auctor, ac, sicut in priore libello suas meditationes quinque incluserat capitibus, sic totidem sectionibus nunc quoque descriptionem hanc absolvit, quarum contenta potiora in summam more nostro redigemus. In capite *primo* ante omnia objectionem sistit, quæ mora ab adversariis hanc ob causam fuerat, quod pædobaptisum probasset e tali dicto; unde nonnisi *κατὰ διανοίαν* is inferri possit, imo quod istum ne apice quidem uno adstruat. Ast huic ita satisfacit, ut primo, nihil ibi de pædobaptismo dici nequaquam largiatur, cum quoad sensum omnino Christus effato isto eum statuminet; deinceps vero innuit, doctrinam, quæ e dicto aliquo per legitimam probetur consequentiam, satis valide e Scripturis assertam dici posse, quandoquidem & Christus Matth. XXII, 31. sq. resurrectionem, consequentia usus, adversus Sadducæos roboraverit. Excipientibus vero, a resurrectionis dogmate ad probationem pædobaptismi, in quo adhibenda ceremonia, quæ niti semper expresso Dei mandato debeat, non valere consequentiam; regerit, multo magis concessum fore, ad statuinendam aliquam ceremoniam consequentiis uti, postquam in fundamentali quodam dogmate eadem adhibere Christus non dubitaverit. Quinimo in Dei ordinationibus externis multas occurrere ait circumstantias, quas Deus *κατὰ φῆσιν* haud præceperit, viri tamen *θεοπνευστοι* per consequentiam e verbo ejus deduxerint; quem in finem testimonia Apostolica Rom. II, 28. Ebr. X, 1. 1. Cor. IX, 9. potissimum urget. Ulterius cum Anabaptistæ foeminas etiam ad baptismum admittant, manifeste ipsos consequentiis uti docet, cum nusquam earum baptismus mandatus expressè fuerit. Ante vero, quam ad textum suum principalem revertatur, alibi etiam in Scripturis pædobaptisum fundatum esse

esse, quod adversarii quidem negarant, ostendit, eaque propter dictum Math. XXVIII, 19, locumque parallelum Marc. XVI, 15. fusius exponit, & ab Anabaptistarum *ψευδομνησίαις* prolixè vindicat: ad postea, baptismi utique mandatum exhiberi in verbis Christi, super quibus jam controvertatur, ostendit imprimis ex adhibita ab ipso phrasi *ἐρχομαι πρὸς με*, cum enim via, qua ad Christum venire infantes possint, ipse sit baptismus, hinc affatim patere ait, quod baptizari infantes Salvator hoc effato jusserit. Frustra autem Anabaptistas innuit reponere, capaces esse debere baptizandos fidei, quam infantibus tribuere haud liceat. Licere enim utique contendit ex aperto Christi testimonio, Math. XIX, 6. quo in loco non infirmos sane ac simplices, sed parvulos a Christo describi, & adultis in exemplum exercendæ fidei proponi, multis argumentis evictum dat. Obstacula dehinc, quæ ex Anabaptistarum mente parvulos fidei incapaces reddant, nullius esse ait momenti, cum non humana qualitas, sed operatio Spiritus Sancti extraordinaria utramque paginam hic faciat. Porro, utut Anabaptistæ, fidei necessitatem in omnibus salvandis Marc. XVI, 16. & Ebr. XI, 6. requiri probe perspicientes, varios conquirant modos, textus hosce cum suis hypothésibus conciliandi, nil tamen ab ipsis, præter miseram eorum detorsionem, præstari ad oculum demonstrat. Requirit concedit Gal. V, 24. a credentibus, ut carnem crucifixerint cum affectibus & concupiscentiis; sed hic peculiarem istius loci explicationem suppeditat, Paulumque haud præter rem verbo uti inquit præterito *ἐσαύρωσαν*; respicere enim ipsum ad Christi meritum, quo effectum fuerit, ut credentium peccata per imputationem æstimentur pro crucifixis, quod est, pro enervatis, & talibus, quæ vim suam damnandi amiserint. Quamprimum ergo quis istud ejus meritum apprehendat, frui ipsum isthoc beneficio, unde & de credentibus parvulis queas dicere, quod per applicationem meriti Christi carnem crucifixerint cum suis affectibus & concupiscentiis, ita, ut in iis non minus ac in adultis pro ipsorum actione reputetur ea, quæ a merito Christi profecta fuerit. His ita deductis, minutiora quædam & velut *πίπτουσα* primi sui capitis Auctor ab adversariorum objectionibus adhuc liberat, ac v. g. explicationem vocis *βρέθη* de infantibus etiam trimulis, locumque 2. Tim. III, 15. ubi Timotheus *ὡς βρέφους* Scripturam nosse dicitur, ea occasione illustratum, aliaque similia ulterius confirmat.

Sub initium *secundi* capitis spiritualement ad Christum accessum priorem esse posse in infantibus accessu corporali, quicquid contra asserant Anabaptistæ, statuit, ac ipsos quoque invitatos ait Matth. XI, 28, cum peccatis certe onusti sint, jugumque non minus Christi suscipere, ac refectioem ejusdem percipere valeant. Circa loca autem Luc. VI, 47. XIV, 26. Joh. V, 40. VI, 35. male credere observat adversarios, ac si ea ideo adduxisset, ut sigillatim infantium ad Christum accessum iisdem probaret, cum potius accessum fidelium ad Christum generatim iis adumbrare voluerit. Ex ultimo etiam collato cum Joh. VI, 44. trahi infantes a Patre coelesti multis probat, ac divinam operationem in pusillos etiam quam maxime cadentem prolixis rationibus adstruit. Dixerat Auctor, quod ad Christum venire idem sit, ac ejus adscribi discipulis; haec ergo phraseos interpretationem amplius tuetur, & quo pacto ea ex profelytorum historia illustrari possit, demonstrat. Absurdam autem illam consequentiam, quam inde fluere putarunt Anabaptistæ, fore adeo dicentes, ut, sicut profelytus statim a suscepta circumcissione Paschati comedendo aptus judicatus fuerit, ita infantes quoque statim a baptismo ad sacram coenam debeant admitti; redarguit, dum inter alia ne profelytorum quidem Judaicorum infantes, licet circumcisos, ante discretionis annos ad pascha admissos fuisse perhibet. Dehinc cum per *venire* infantium ad Christum, in loco praesenti non intelligi queat accessus corporalis, quippe infantibus tenerioribus adhuc negatus; nec beatus per mortem, quippe quem impedire nemo possit; hinc spiritualement solum remanere innuit, & cum quidem non immediatum aliquem, qui rursus a quopiam sufflaminari haud queat, sed mediatum, qui per parentes in allatione ad baptismum promoveatur. Nimis sibi placuerant Anabaptistæ in jactata Tertulliani auctoritate, qui hunc textum nonnisi de liberis adultis intellectum voluerit; sed hanc veritati nihil obesse Auctor regerit, colligit tamen exin, quod *avo* jam Tertulliani locus ille de paedobaptismo fuerit expositus, utut hic peculiarem opinionem in determinanda ætate sequi maluerit. Infantes dici posse Christi discipulos, exinde impugnant Anabaptistæ, quod doctrinæ ejus incapaces sint. Sed Auctor responderet, nec unumquemvis, qui recipiatur in alterius disciplinam, informatione statim imbui, nec infantes doctrinæ capaces asserere absurdum esse, nisi in persuasione eorum, qui rem totam heic ex viribus

natu-

naturæ dijudicent. Discipulos Christi eosdem esse ac Christi servos, Anabaptistæ asseruerant, servum autem alicujus vocari non posse, nisi eum, qui voluntatem domini sui norit, & hanc tamen notitiam exulare ab infantibus. Verum notitiam præstandi officii non præcise requiri ab eo, qui in servum conducatur, nec omnem ab infantibus notitiam removendam venire Auctor contra asserit, qua de causa & omnino Christi servos nuncupare eos liceat. Requisivisse olim Johannem & Apostolos a baptizandis confessionem fidei poenitentiaque & conversionis, non negat Auctor, quia ipsis cum adultis res fuerit; verum haud permittit, ut quis colligat, ac si denegata infantibus eandem edendi potestas baptismum eorum ipsum tollere valeat. Ubi iterum ad auctoritates ventum est, denuo explorat Auctor mentem Tertulliani; istud vero, quod Anabaptistæ asserunt, Tertulliani demum ævo pædobaptismum paulatim fuisse introductum, penitus inficiatur, & nec ex Tertulliano ipso, nec ex aliistalia posse colligi, manifestum efficit. Nec juvare ait Anabaptistas, prout illi gloriantur, Justinum, uspote qui adutorum mentionem faciens, infantium certe baptismum in usu fuisse ideo nequaquam docuerit. Impositionem manuum a Christo heic efflagitatam non aliam fuisse, quam quæ in Baptismo facta fuerit, inter alia etiam ex usu hujus ritus, quem primitiva Ecclesia inter baptizandum retinuerit, olim probarat Auctor; nunc igitur & ea antiquitatis monumenta profert, e quibus, quod infantibus quoque baptizandis manus quondam fuerit imposita, dispalescat. Expresse, quod Anabaptistæ requisiverunt, pædobaptismi mandato opus haud fuisse statuit, quandoquidem summa baptismi necessitas jam tum probari satis queat ex Christi verbis Joh. III, 5. ubi neminem potiri posse regno cælorum dixerit, nisi qui ex aqua Spirituque regeneratus fuerit. Quam autem ob rem DEUS in circumcisionis præcepto expressam fecerit parvulorum mentionem, inquit, idque ideo factum esse censet, quod nonnisi octavo die eos circumcidi voluerit. Talem vero mentionem in baptismi mandato non fuisse absolute necessariam contendit, nec, quod ea ibi haud reperiatur, infantibus quicquam obesse vult, quandoquidem alias & foeminae arcendæ hinc essent, cum nec earum Dominus memiserit. Cæterum inter circumcisionem & substitutum in illius locum baptismum non omnimodam ubivis paritatem intercedere debere monet, atque hoc pacto varias Anabaptistarum objectiones destruit.

struit. Ex eo, quod Christus dixerat, parvulorum esse regnum cœlorum, pædobaptismum roborare Auctor olim laboraverat, cum nemo nisi per hunc introire queat in regnum cœlorum. Sed cum Anabaptistæ locum, quo thesin hanc adstruxerat, classicum, Joh. III, 5, sugillarint, hinc in eo ulterius defendendo jam totus Noster est, ac imprimis, quod regeneratio non ad solos adultos restringenda sit, demonstrat, sicuti & ex Eph. V, 26. probari posse, quod baptismus ad infantes non minus ac adultos pertineat, iteratis rationibus confirmat. Pluribus quoque evictum dat, recte se quondam collegisse, pari modo ac infantes V. T. per peculiare quoddam medium in regnum Dei introiverint, infantes quoque N. T. medio peculiari illuc pervenire, quod aliud non sit, præterquam baptismus. Tandem vero nihil amplius ætatum circa caput hoc ab adversariis testatur, quam quod non pauca argumenta olim allata silentio prætermiserint, e contra vero passim verba quædam singularia captaverint, inque alienum sensum detorserrint. Caput *tertium* fidei infantium asserendæ destinatum est, quam cum decem argumentis propriis impugnare Anabaptistæ nisi sint, singula recenset Auctor bona fide, optimaque dexteritate resolvit. Nihil autem isti in medium proferre noverunt, quam obvium in infantibus defectum auditus verbi, notitiæ, assensus, fiducia, facultatis exercendi bona opera, unde ad ipsius fidei absentiam concludendum esse arbitrati fuerunt. Sed quam *αἰτιώσας* hæc dicantur omnia, Noster eo, quo solent alias Theologi Lutherani, modo egregie patefacit, simili- que ratione ea etiam refellit, quæ decem illis argumentis, quibus ipse fidem infantium olim adstruxerat, antagonistæ opposuerunt. Qua occasione Lector loca Rom. I, 17. Hab. II, 4. Rom. X, 9. Joh. I, 12. aliaque dilucidata non sine fructu reperiet. In Capite *quarto* defendit suam consequentiam, ubi ex eo, quod Christus discipulis suis, qui infantium baptismum impedire conabantur, contradixerit, olim collegerat, parvulos utique ad baptismum admittendos esse, Omnino etiam opus fuisse innuit, ut Discipuli expressum Christi interdictum protulissent, si valide arcere voluissent eos qui infantes apportabant; hoc vero eos caruisse; quinimo & juxta Christi ordinationem integras familias ab eis baptizatas legi urget, quodque sub his quam maxime & infantes comprehendantur, adversus Anabaptistas circa singula exempla sacra probat. Voluerant Anabaptistæ necessitatem pædobaptismi inter alia

ex hoc fundamento tollere, quod infantes labe originali infecti non essent: sed hoc veritati cœlesti & experientię proſus refragari, conſuetis uſus argumentis Noſter regerit. Rationes, quas pro eodem pœdobaptiſmo ex Act. II, 38. depromſerat, latius tuetur, ac ſub ſinem capitũ de iis, qui primi in parvulos adeo iniquis ſeſe geſſerint, & quorum veſtigiiſ hodienuũ Anabaptiſtã inſiſtant; ex Hiſtoria nonnihil ſuggerit. Caput tandem *quintum* breviſſimum eſt, utpote in quo Auſtor paucis ea repetit, quã de regno Dei (Eccleſia puta, qua triumphante in cœlis, qua militante in terris, hujusque bonis ac mediis) ad infantes pertinente ſcripſerat. Cum enim adverſarii momenta rei huic probandã imprimis ſervientia intacta reliquerint, ac nihil fere inſuper protulerint, niſi quod ex antea dictis abunde queat refutari, hinc poſt paucarum objectionum examen in pia ad Anabaptiſtas parœneſi deſiit,

THESAURI BRANDENBURGICI A LAURENTIO

BEGERO *conſignati: Pars altera,*

Colonie Marchicę, 1696. in fol.

Gemmas, quę in Potentiſſimi Electoris Brandenburgici cimeliar-
chio reperiuntur, a doctiſſimo ejus cuſtode venuſtiſſime expoſi-
tas, & eruditiſ commentationibus illuſtratas, præterito menſe Septem-
brĩ anni ſuperioris p. 433. ſeqq. contemplati, nonnullas earum ſpectan-
das exhibuimus, ut ex iſtis lucidiſſimis veluti particulis de totius ope-
riſ ſplendore documentum daremus. Nunc nummariam inſtructiſſi-
mam penum excutiemus, & quędam a clarifiſſimo Begero publico con-
ſpectui expoſita, ac in dialogi formam compoſito commentario, in
quo ipſe ſub *Dulodori* nomine veram de quolibet nummo ſententiam
pronunciat, illuſtrata Numiſmata proferemus, Lectoriſ deſiderium
ad cognoſcenda omnia in pulcherrimo iſthoc opere exhibita accen-
ſuri. Horum quatuor claſſes conſtituit Auſtor: in quarum primam ea
redegit, quę a Regibus & illuſtribus Viris conflata, aut in eorum hono-
rem fuerunt uſa; altera Magnę Gręcię & Sicilię antiquos nummos
complexus eſt; tertiam Inſularum Gręcarum; quartam reliquarum
Gręcię urbium & coloniarum, in Aſia denique & Africa percuſſi num-
mi implent: e quarum ſingulis quosdam depromemus & Lectorum
oculis exponemus.

Ex Regum & illuſtrium Virorum nummis, etſi præclari o-

F

mnino

- mnino sunt omnes, qui in Macedonia, Asia, Syria, Ægypto, Pergamo, Bithynia, Caria, Ponto, aliisque regionibus in honorem Regum suorum percussi fuerunt; quales hic conspiciuntur Archelai, Amyntæ, Philipporum, Alexandri Magni, Lyfimachi, Perfei, Pyrrhi, Antigoni, Demetriorum, Seleuci, Antiochorum, Ptolemæorum, Batti, Prusia, Pharnacum, poetarum item Arati, Posidippi, & aliorum clarorum virorum; præ cæteris producere lubet nummos quatuor elegantia non minus, quam raritate sua, æstimandos. Primum in his locum obtinet, qui *Seleuci Cerauni*, atque *Antiochi*, qui Magni postea cognomen tulit, Fratrum, refert facies; Dioscurorum habitu, quem ex pileis atque coronis cognoveris, ideo expressas, quod vel locis citra Taurum ab Attalo oppressis fuissent auxilio, vel ob aliam spem victoriæ. Secunda Figura *Prusia* Bithyniorum Regis refert vultum, sed justo fortasse elegantior; siquidem ut animo varium, ita statura exiguum, facieque illiberali, produnt cum Auctores. Et si, quod Tzetzes tradidit, superna oris parte loco omnium dentium os continuum ipsi fuisse, ad filium potius ejus, ut ex Valerio Maximo & Plinio constat, referri debet. Jovem Tarantæum averfa refert (id quod literæ T A indicant) cujus in Bithynia, a Bithyno quippe Jovis filio nuncupata, summus erat honos. Sed raritate sua magis fortasse eminet, quod sub Fig. III. depingimus, numisma, quodq; *Lydola* Corinthii equam exhibet, (*Auram* vocabant,) Minervæ in hoc nostro propter celeritatem & prudentiam, ut Marti in alio propter fortitudinem & robur, sacram. Lydola autem nummus testatur fuisse domini nomen, non Phidolam, quo nomine illum quinque vocat Paufanias, forsitan ab aliis, a quibus rem hauserat, deceptus. Sequitur in Fig. IV. *Ulati Ateula* nummus. Et si vero hic ad Attilam Hunnorum Regem (ut visum clarissimo Viro alii fuerat) referri, Begero iudice, non potest; non tamen æque exploratum est, quis ille hominum fuerit, quem hic Ulati Ateulæ nomine insignitum legimus. Ulatum quidem familiæ fuisse nomen apud Lugdunenses, Sponii quædam inscriptio Lugduni in vico de Flandres reperta indicat:

C.ULAT.

ASPR.

HONO.

FU.

C.ULAT TI.

Hinc

fig. 1.



I.
7.
7.

fig. 3.



I.
7.



fig. 12.



III.
8.

T
I
P

F
P

F

F
I

Hinc Ulattum hunc, cognomento Ateulam, Lugdunensem fuisse, non improbabile existimat Begerus. Quicquid de eo sit, juvenile illud caput in altera nummi area expressum esse Cupidinis, ex additis aliis cognoscitur. Sed ad secundam classem pergimus, & e tot faberrimi operis nummis duos velut in illustri positos intuemur. Alterum Figura V exhibet, ad *Luceriam* Dauniæ seu Apuliæ potius, utpote celebriorem, quam ad *Luceriam* Galliæ Cisalpinæ, referendum. Certe nulla fuit, si Dionysio Halicarnassæo credimus, Italiæ urbs, quæ non Herculem aris coluerit & fanis. Cui accedit, quod *Luceria* illa colonia fuerit Romanorum, qui inter conditores suos Herculem numerabant. Factum inde videtur, ut Latina nummus inscriptione ornaretur, quæ traxit tamen aliquid ex Græco, *OU* pro *U* ponendo, eo prorsus modo, quo *Fourium* pro *Furio* legimus. Alterum e secunda classe numum Fig. VI repræsentamus. Is ex *Palladis* & galli cum stella typis, *Calenorum*, urbis Campaniæ, haberi potest: sed inscriptio eum *Axuritis* potius, iisque *Volscis*, adjudicare videtur. Verum Begerus ad oppidum *Circes*, quod centum tantum ab *Axure* stadiis distabat, respici hic arbitratur, quod ibi *Minervæ* quoque ara fuerit monstrata, quodque *Circe Solis* filia & gallus *Solare* animal fuerit. Cæterum nummi hujus raritatem haud mediocriter auget insueta alias literæ Σ figura. Eadem enim, sed clausa tamen, quæ hic cernitur aperta, quibusdam in nummis τ K, nunquam, ut hætenus quidem est observatum, σ Σ referre visa est. Neque vero abs re cum Auctore *Volscos* dixeris & *Oscos* affines inter se literas, quales, utut non figura, potestate tamen sunt K & Σ (nam si τ K junxeris Σ , expresseris potestatem literæ Σ) etiam figuris affnibus expressisse. Ad tertiam venimus classem, e qua tres nummos decerpi operæ existimavimus futurum. In his septimum nobis locum occupat *Elyriorum* nummus, qualem fere (nisi quod loco capræ arborem depascentis, caput tantum capræ exhibet,) prodaxerat jam ante *Harduinus in Nummu Antiquis Populorum & Ullibium pag. 149.* arbitratus capræ caput signatum, quod *Elyrii* capellam æneam, teste *Pausania*, *Apollini* dono misissent: in averfa parte apem appositam, ad mellis ubertatem & præstantiam, in monte imprimis *Carina*, cui forte urbs *Elyros* imposita fuerit, significandam. Begerus vero per apem non mel, quod conficit hoc animal, sed solertiam potius ejus designari censet; cum de apibus *Crætenfibus* *Plutarchus* re-

TAB. II.
Fig. V.
P. 317.

Fig. VI.
P. 357.

Fig. VII.
P. 403.

ferat, quod promontorium quoddam ventosum prætervolantes, ne transversæ abriperentur, lapillis sese saburrarint. Neque per capram ad eam putat respici, quæ Apollini missa est, sed ad frequentiam caprarum Cretensium, infesti arboribus animalis. Per litteras *MI* api appositas vel Minoëam, seu primum, seu secundum, Cretensium Regem, indicari censet Noster; vel Miletum urbis homonymæ conditorem; vel ipsam denique Minoam, Cretæ urbem: non obstante, quod in altero latere Elyros jam legatur, siquidem duarum quandoque urbium nomina ad concordiam designandam in eodem nummo compareant. Nummus in Fig. VIII. delineatus ad *Marium* Cypri urbem ab Auctore refertur. Qui enim Marionis Alexandrino, quem in Olympicis oleam de lucta meruisse ferunt, ejusque uxori alias incelebri vindicare hunc nummum velit, ei folia ramorum atque coronarum illic expressarum obstant, siquidem ea non longiuscula sunt, qualia oleæ solent, sed ad rotunditatem vergeant, qualia sunt myrti, quam Veneri æque ac ipsam Cyprum urbem, que illius Marium consecratam fuisse nemo æscit. Veneris ergo hic faciem cæleri nullum est dubium: virili autem autem facie altera vel Deorum aliquem, ut Neptunum aut Jovem, vel ipsum urbis conditorem Marieum exprimi, facili conjectura alloquimur. Quem in Fig. IX. exhibemus, *Chalcidensium* nummus est. In illo pugna delineatur aquilæ cum serpente; qua tamen quid significetur, haud adeo apertum est. Auctori quidem non urbis symbolum, aut quoddam prodigium, sed fortitudinem indicari visum est, tropæi maxime figura adjecta, & quod celebretur a Scriptoribus *Chalcidensium* fortitudo, persuaso. Ad ultimam properamus classem, totidem inde numismata selecturi, quot dedimus e tertia. Neque in Fig. X. hærebimus, quæ *Thessalonicensium* refert nummum, a Jacobo de Wilde quidem jam luculenter illustratum, ita tamen, ut Nostros non desint, quæ aut suppleat, aut emendet, ex ipsomet libro haurienda. Ad *Tarscorum* igitur nummum in Fig. XI. delineatum progredimur, qui aliam nunc longe ab Auctore, quam in Thesaurio Palatino, explicationem est expertus. Siquidem quem olim ad Tarsum Hispaniæ retulit, rectius ad Tarsum Ciliciæ referri nunc putat, quam quidam a Sardanapalo conditam asserunt. Hinc Sardanapali, Assyriorum Regis, hic effingi sepulcrum & statuam, non est a vero illi abstinere, ne repugnantibus quidem quatuor literis in nummo adscriptis.

Nam

TAB II.
Fig. VIII.
P. 409.

Fig. IX.
P. 428.

Fig. X.
P. 483.
Fig. XI.
P. 507.

Nam secunda A & quarta A cuius patent; si ergo primam Σ & tertiam P statuas, quod reliquæ non respuunt, principium nominis SARDANAPALI exfurget. Viri etiam animalculo insistentis pileus, palla regia, sagittæ, huc quadrant. Neque animal illud auritum, quod ad lupi cervarii formam accedit, cum immensæ gulæ memoretur, ab indole Sardanapali est alienum. Tandem quod ad nummum XII Beryri urbis attinet, secundas & in eo explicando curas expertus est meliores Auctor. Quandoquidem non vexillum amplius & pileos, quibus libertatem urbis adumbrari putaverat, agnoscit; sed vexilli loco aplustre, sive velum parvum in navigiis usurpari solitum, pileos vero Dioscurorum seu Cabirorum, (solum enim nomine differunt, re vera iidem) quibus perinde ac Neptuno & piscatoribus Berytum dono dedisse Saturnus memoratur, quique primi navigium dicuntur invenisse. Unde & faciem in numismate expressam avia Saturni Berytus esse, & ab ea Berytum dictam hariolatur.

TAB. II.
Fig. XII.
P. 514

*SEXTI AURELII VICTORIS HISTORIÆ ROMANÆ BRÉ-
viarium, cum Notis integris variorum, edente*

SAMUELE PITISCO.

Trajecti ad Rhenum apud Fr. Halmam & Gul-
vande Water, 1696. in 8.

Constat 2. alph. & multis iconibus insertis

NEMO ex veteribus Scriptoribus minori compendio priscorum Romanorum & Cæsarum gesta complexus est Aurelio Victore: eius tamen an omnes libelli sint, qui sub ejus nomine feruntur, an diversos auctores habeant, non extra controversiam est positum. Quatuor autem omnino ab eo scripti ad nos pervenisse libelli creduntur: *De origine urbis Romanæ*; *De viris illustribus* urbis ejusdem, a Proca & Romulo Regibus ad Pompejum usque Magnum, adjecto additamento; *De Cæsaribus*, ab Octaviano Augusto usque ad Julianum; *De vita & moribus Imperatorum epitome*, a Cæsare usque ad Theodosium. De singulis præclare meritis est, qui eos anno 1579 & 1582 emendationes & annotationibus illustratos Antverpiæ emisit in lucem, Andreas Schottus: a quo etiam postremus liber, epitomen Cæsarum continens, primum editus & Busbequio dicatus, nomen tulit, ut *Victor Schotti* passim a viris doctis citaretur. Quumque plures in illustrandis reliquis Victoris libellis ante & post Schottum operam posuissent, Dominicus Machanzus, Cons. Lycosthenes, Janus Gruterus, Elias Vinetus, Ju-
sus

stus Lipsius, Isaacus Casaubonus, Frid. Sylburgius: omnium horum (præter Lycoſthenis) Notas, cum ipſo Victore, Gaesbekiani fratres Lugduni Batavorum A. 1670 nitidiſſime excuderunt, adjectis Imperatorum iconiſmis, quos e nummis fide dignioribus depromperant. Poſt decem annos in eodem auctore notis & interpretatione illuſtrando, eoquẽ in Delphini uſum concinnando, ſtudium exercuit, ac publice in Gallia eum evulgavit Anna Tanaquilli Fabri filia. Cujus & reliquorum omnium, tam a Gaesbekianis antea collectas integras, quam ſelectas in clarorum virorum lucubrationibus repertas indeque excerptas, animadverſiones & notas nunc uno librò complexus Samuel Piſciſcus, qui Curtium & Suetonium notis ſuis philologicis & imaginibus illuſtratos publico dedit, Victorem etiam eodem pulchro apparatu inſtructum terſiſſime evulgavit. Cui operi ne quicquam deſſet commoditatis, qua editi alii Scriptores gaudent, locupletiſſimos verborum & rerum indices ſubjecit; queis ut rectius uti liceat, in commata & paragraphos ſingula capita diſtinxit, & cuius capiti, licet minus prolixo, breviarium ſeu argumentum præfixit. Nec in nitore libri augendo nullas partes ſuas eſſe voluit: igitur icones, queis Gaesbekiana editio prænitebat, non modo huic ſuæ etiam intulit, verum eandem novitetiam Quirini, Numæ, Anci Marcii, L. Junii Bruti, Horatii Coſcitis, Æſculapii, Pyrrhi, Scipionis Naſicæ, M. Marcelli, Antiochi Syriæ Regis, Corn. Sullæ, Mithridatis, Pompeji M. Marci Bruti, Sexti Pompeii, Marci Antonii Triumviri & Cleopatræ imagunculis amplius decoravit, omnibusque ex partibus ſpecioſam exhibuit.

JOACH, VICOFORTII EPISTOLÆ AD CASPARUM

Barlaam, cujus reſponſoria etiam inſerta.

Amſtelædami apud Georgium Gallet, 1696, in 12.

Conſtat II. plagulis.

PLeræque in hoc libello quæ continentur epistolæ, inter *Joachimum Vicofortium* Landgravæ Haſiæ Conſiliarium & ad Foederatos Belgas Legatum, & *Casparem Barlaam* virum doctiſſimum mutua, familiaribus de rebus perſcriptæ ſunt, & de ſuaviſſimæ conſuetudinis & familiaris neceſſitudinis uſu, qui ambobus his præſtantibus doctrina viris interceſſit, nos commonefaciunt. Jucundæ proinde lectoribus, privatarum etiam inter eruditos rerum curioſis, exiſtunt, nativo lepore & ſponte profluentibus jocis ſubinde aſperſæ. His autem & aliis etiam

etiam dotibus Vicofortianas Barlæanæ litteræ vincunt; ut fuit huic viro natus dictionis nitor, & in soluta æque ac ligata oratione mira suavitatis. Ex quidem quæ a Barlæo ad Vicofortium datæ hic exhibentur, jam antea legebantur inter Barlæanas, a genero Brantio anno 1667 editas: & inter has eminent, quæ in hoc libello nona extat, consolatoria in obitu patris, (quæ etiam in volumine Orationum ejus p. 383. legitur) & XCIII; quæ dedicatoria Orationibus præfixa est. Vicofortii autem epistolæ nunc primum e bibliotheca Ger. Papebroeckii prodeunt. In qua cum plures eruditorum virorum epistolas ineditas latere indicet Editor, istius partium erit inde & istas protrahere, inque publicam lucem collocare. In has quidem, quas nunc evulgavit, laudandum est, quod impendit, studium; dum non contentus, sicut a Barlæo & Vicofortio exarata fuerant, protulisse, in Gallicam eas etiam linguam transferendas & peculiari libro cum Latinis edendas duxit.

ALTERA PARS AUGUSTANÆ CONFESSIOIS DE ABUSIBUS mutatis VII Dissertationibus publicis proposita a

D. JO. KAHLER.

Rinthelii, typis Hermanni Augustini Enax, 1696. in plag. 14.

Dissertationes XX, quibus Augustanæ Confessionis articulos explicuit Maxime Reverendus Auctor, in Actis nostris jam anno 1695, p. 116 stitimus, spemque ibi simul fecimus, fore, ut ab eadem ejus opera censuram abusuum Confessionis subjectorum declaratam esse nos accepturi. Spem igitur hanc adimpletam nunc testamur, posteaquam septem hæc Dissertationes ad alteram illam Augustanæ Confessionis partem illustrandam facientes emittere Auctori lubuit. Caterum eandem ille methodum hæc tenuit, quam olim adhibuerat. Opus igitur non est, ut denuo de ejus informatione quicquam moneamus, præsertim cum ibi eam & in exemplo peculiari ostensam a nobis fuisse recordemur. Unicum tamen hoc annectimus, quod, antequam ad ipsorummet abusuum examen propior accessus fiat, non hoc solum vocabulum uberius exponatur, sed res quoque ipsa paulo deducatur latius, eruditisque argumentis probetur, intelligi hic per abusum non tantum vitia & errores circa res adiaphoras, quæ Christianam fidem haud impetunt, sed istiusmodi vitia, quæ errores fidei simul & facti involvant, atque circa tale objectum versentur, quod Deus aliter instituerit, cum ut alius de eo formetur in intellectu

relectu conceptus, tum ut alia circa illud praxis exerceatur. Tales igitur abusus, qua doctrinales qua, morales cum Protestantes inter Papiſtas depr̄hendiffent plurimos, hinc merito ab iis potiffimos taxatos, multos vero ad evitandam prolixitatem prætermiffos innuit.

TITULI HONORUM, AUTORE JO. SELDENO. LATINÆ

verit. notasque addidit SIMON JOHANNES ARNOLD,

Ecclesiarum Ballivia Sonnenburgensis Inspector.

Francofurti, impensis Jo. Schrey, & H. J. Meyeri hæredum, 1696, in 4.

Constat Alph. 5, plag. 21. & plagulis 2 figurarum ænearum.

Liber, quem exhibemus, eruditus satis cognitus est, usarpatus etiam *Du Fresnio in Glossario, Becmanno in Notitia Dignitatum*, quæ nunc sub novo *Syntagmatis* nomine prodiit, *Feltmanno* & aliis. Hinc factum, ut Reverendus Interpres, cui Latinam hanc elegantissimi libri editionem debemus, ex auctoribus plurimis, qui post Seldenum libros ediderunt, addiderit nonnulla. Qui idem tamen, præter versiponem, & de suo quædam addidit, videlicet augustum illud ænigma, quo Rev. & Celsissimus Marchio Brandenburgensis *Christianus Ludovicus* a Fratre in conspectu trium Fratrum receptus est in Ordinem Joannitarum; morem item precandi in creatione Equitum contra vitia, in quæ proni credebantur tempore Principis Nassovici, qui circa medium hujus seculi Ordinis Joannitici Magisterium Sonnenburgense tenuit; & denique diplomata quædam, quibus dignitates in Polonia regno collatæ fuerunt; unde patescit, ibi meritum haberi respectum, natalium minime, & quod singulare est, officium ibi aliquando majus cum majore dignitate non consistere, sed ad inferiora subfellia demittere illo fungentem. Hoc vero Interpretem clarissimum, uti & nos, non immerito male habet, quod literæ sermonis Saxonici antiqui non tanta cum elegantia fuerint excusæ, prout apud *Du Fresnium, Mabillo-nium* & in *Junii* cumprimis *Marschallique Evangelii Saxo-Gothicæ*, leguntur. Videlicet sic typographi, sumptibus parcentes, aliarum regionum doctis persuadent, ipsos Germanos jam non satis nosse avorum suorum sermonem & characteres. Tandem monitos cupit Interpres hujus libri emptores de iconum collocatione, quod ad caput quintum partis secundæ omnes pertineant; Principis Walliæ ad finem

§. 1. Comitum ad finem §. 14. Baronum ad finem §. 28. p. 505. Ducum ad finem §. 29. Marchionum ad finem §. 30. Vice-

Comitum ad finem §. 31.

* * *

Parte II.
c. 1. §. 61.

Parte II.
c. 2. §. 8.
c. 8 §. 5.
c. 11. §. 3.

ACTA ERUDITORUM

publicata Lipsiæ

Calendis Februarii, Anno M DC XCVII.

Vollständige Anweisung zu der Civil-Bau- Kunst &c.

Hoc est:

**INTRODUCTIO IN ARCHITECTURAM CIVILEM OMNIBUS
suis partibus expleta NICOLAI GOLDMANNI; edita notisque &
schematibus, nec non delineatione Hierosolymitani templi aucta & illu-
strata a LEONHARDO CHRISTOPHORO STURMIO, Mathematicum
Professore in Academia Guelferbytana.**

Guelferbyti, 1696. fol.

Constat plag. 50½, figur. 74, chartæ augustæ,

NOn infimo inter eruditos propter ingenium honore ac no-
mine jam diu fuit *Nicolaus Goldmannus*, Uratislaviensis
Silesius, qui suam orbi literario in architectura tam civili
quam militari peritiam satis quidem demonstravit, edito de
arte muniendi opere libroque de stylometris; magis ta-
men probaturus fuisset egregio, quod jam in lucem prodit, scripto, &
ante supremum vitæ diem, quem Lugduni Baravorum A. 1665 obiit,
ipsi cum publico id communicare licuisset. Maxima enim cum cura
optima quæque ex præstantissimis auctoribus congescit, & solerti, quo
pollebat, judicio ita disposuit, auxit & expolivit, haud vane ut dici
possit, omnibus Germanis eum in hoc scribendi genere palmam præ-
ripuisse, reliquis gentibus cultioribus fecisse dubiam. Quo factum, ut
magna hujus operis desiderium, quibus inspicere id licuerat, reli-
querit Goldmannus, idque passim descriptum, sed plerumque male ha-
bitum & mutilatum, ut fieri solet, fuerit. Non tulit rei hujus indigni-
atem eximius prudentiaque pariter & scientia matheseos florentissi-

G

mus

mus Senator Lipsiensis, *Gotthofredus Bosius*, sed pro eo, quo fertur in has literas studio, & amore in bonum publicum, orbem suo parente opus in fidem tutelamque suam recepit, nullisque pepercit sumptibus, ut non integrum solum, sed nitidum quoque contumque in publicum prodiret; postquam ejus auspiciis clarissimus *Sturmius*, cum in Lipsiensi adhuc degeret Academia, eidem ornando suam operam adhibuerat. Neque enim hic schemata solum, quæ ipsi ad illustrationem operis facere videbantur, sed notas etiam quasdam, & delineationem templi Hierosolymitani, congruentem cum iis, quæ in Scia-graphia templi Hierosolymitani Lipsiæ A. 1694 excusa tradidit, nec non compendium Architecturæ Goldmannianæ, & Architecturam parallelam adjecit, in qua Serlii, Palladii, Vignolæ, Scamozziique dimensiones columnarum ad communem Goldmanni mensuram reduxit, ut una methodo & secundum eandem scalam describi possint. Cæterum ipsa Introductio Goldmanniana methodo conscripta illa, quæ Mathematicis solennis est, in quatuor distribuitur libros, quorum primus de principiis agit Architecturæ generalibus, definitionibus, postulatis, axiomatibus, symmetria eurythmi, taxi &c. Secundus de principiis exponit specialibus, ordinibus præcipue columnarum. Tertius diathesin cum primis seu compartitionem ædificiorum docet; & quartus tandem de integrorum ædificiorum tam publicorum quam privatorum constructione præcipit. Quæ quidem singula hoc loco percerere nimis prolixum foret. Pauca proinde, secundum instituti nostri rationem, adnotabimus, ex quibus libri hujus genius possit intelligi. Ea ergo propria & præcipua laus est Goldmanni, quod symmetriam ubique exacte observat, petitam non ex principiis tantum Mathematicis, sed Architectura etiam templi Salomonei, (quam fontem putat esse cum Villalpando Architecturæ profanæ) optimisque Græcorum & Romanorum exemplis; ita ut membra columnarum & inter se & cum toto, nec non altitudines ad latitudines concinnam rationem habeant, in singulisque membris constans altitudinis ad projectionem servetur ratio. Et cum huc quoque pertineat unam columnarum seriem alteri ita imponendi scientia, ut, quæcunque fuerit intercolumniorum inferiorum usitata magnitudo, talis eligatur ordo columnarum talesque moduli, ut modulus superioris columnæ, vel, si stylobata adhibendus, hujus ut dimidia latitudo non excedat scapi contracti inferior-

inferioris columnæ semidiametrum superiorem, taliaque hinc oriantur intercolumnia superiora, ut antepagmenta, triglyphi, mutuli, pseudomutuli, denticulique scite possint adhiberi; eaque potius exempli quam regulis ostensa fuerit a Goldmanno; prolixius eandem Cl. Editor in ultimo capite laudati compendii explicavit. Porro quinque columnarum ordines Goldmannus constituit, quorum ultimus ornatisissimusque est Corinthiacus, eosque dividit cum in humiles & elatos, tum in robustos & teneros. Humiles sunt priores tres, singuli 26 modulorum altitudine; elati reliqui, altitudine 30 modulorum. Robusti sunt priores duo; posteriores autem teneri atque delicatissimi. Pro modulo assumit semidiametrum scapi non contracti, eumque in 360 particulas dividit; & in illis etiam minimorum membrorum mensuram sine fractione addita determinat. Membrorum, ex quibus partes ordinum componuntur, alia necessaria constituit, & vel simpliciter talia seu essentialia, quæ nunquam omitti possunt, vel secundum quid, quæ non omittenda nisi urgente necessitate; alia accessoria, quæ pro lubitu abesse possunt, modo reliquorum altitudo augeatur, ut partis illius quam constituunt magnitudo maneat illibata. Alia quoque communia facit, alia characteristicæ, atque ea quidem tam concinne disponit, ut ordines humiles ab elatis, masculi sive robusti a delicatis, singulique non solum inter se, sed & partes diversorum ordinum a se invicem promte discerni possint. Ita v. g. Tuscanus ordo non habet cymatia solum Lesbia, Doricus Lesbia cum Doricis, Ionicus solum Dorica, Romanus solum Dorica cum astragalis; Corinthius Lesbia & Dorica cum astragalis. Modulum in columnis, quæ ædificia fulciunt, nunquam majorem 4 pedibus, nec minorem uno pede assumit. Scapi contractionem non secundum conchoidis sed circuli curvaturam efformat, in humilioribus ordinibus assumens radium 90036 part. moduli, in elatioribus 122910 part. relinquensque in illis altitudinem scapi tere-tis 4800, in his 5760 part. modul. semidiatrum autem scapi contracti superiorem efficiens in illis 288 part. in his 300 part. modul. Medium intercolumnium reliquorum duplum ut constituatur, ejusque epistylium, nec non in ordinibus gracilioribus zophorus ex ære fundatur, suadet. Speciatim in ordine Dorico cum magnam artifices alii reliquerint difficultatem distribuendorum triglyphorum, hanc amolitus est Goldmannus, tres effingendo trabeationes Doricas (iisque

duas alias superaddidit Cl. Editor) quarum prima adhibenda in opere stylyo, secunda in pycnostylo, tertia in eustylo. Partium, ex quibus ordines componuntur, altitudines ita definiuntur ab Auctore, Stylobatæ cum scamillo, cui basis columnæ innititur, altitudo in ordinibus omnibus est 6 modulorum: nempe basis stylobatæ $1\frac{1}{2}$ mod. trunci $2\frac{1}{2}$ mod. coronidis stylobatæ $\frac{3}{4}$; scamilli 1 mod. Columnæ totius altitudo in ordinibus humilibus est 16 mod. in elatis 20 mod. altitudo scilicet baseos columnæ 1 mod. in ordinibus omnibus; scapi 14 mod. in humilibus, $16\frac{2}{3}$ in elatis; capituli 1 mod. in humilibus, $2\frac{1}{2}$ in elatis. Trabeationis altitudo est 4 modul. in ordinibus universis; nimirum epistylia, $1\frac{1}{3}$ in singulis ordinibus; zophori $1\frac{1}{2}$ mod. in robustis, $1\frac{1}{3}$ mod. in teneris; coronicis $1\frac{1}{2}$ mod. in robustis, $1\frac{1}{3}$ mod. in teneris. Sed hæc & id genus alia, quæ sine Schematum aut numerorum apparatu perspicue tradi non possunt, ex ipso Auctore architecturæ studiosis petenda relinquimus.

JOANNIS NICOLAI TRACTATUS DE GRÆCORUM

Luctu lugentiumque ritibus variis.

Marburgi Cattorum, apud Ephraimum Böncke, A. 1696. in 12.

Constat plag. 14 $\frac{1}{2}$.

Exemplum magni nominis Theologi, Martini Geieri, cultissimique Philologi, Joannis Kirchmanni, quorum ille de luctu Ebræorum, hic verò de Romanorum funeribus luculentum evulgavit commentarium, clarissimus Auctor secutus, hunc de Græcorum luctu lugentiumque variis ritibus libellum composuit, in quo sigillatim omnia est executus, quæ ad hanc materiam quocunque modo spectare visa sunt. Etenim a sepultura nunquam non apud gentes quasvis necessaria honestaque habita exorsus, de mortuis post tertium demum diem elatis disserit, ac ad reliquos deinceps ritus progressus, de ista agit consuetudine, qua, cum accideret, ut vir a propriis Laribus remotus mortem obiret, agnati que ad eum venire non possent, ter ejus animam vocaverint; quo more eos gaudium indicare voluisse autumat, quod crederent, corpora defunctorum in propria regione sub terra appulisse; licet alii eorum probe noverint, quod, quamvis clamoribus totam auram explerent, nihil tamen ad animas revocandas propositum hoc esset profuturum. Interim, ut alio modo honorent Græci homines in peregrin-

tegrinis oris mortuos, inanes ab iis tumulos fuisse extructos innuit, quæ monumenta cenotaphia vocarint, in quibus proinde describendis sat prolixus est. Inter officia vero morientibus & mortuis coram exhibita, primo loco nominat clausos a propinquis lectoque assidentibus oculos: deinceps agit de pulsatis ipso mortis tempore vasis æneis, quod ideo factum fuisse quosdam ait reputare, ut terricalamenta fugarent, spectraque & furias ab anima abigerent; ipse vero illuc respexisse morem isthunc arbitratur, ut intelligerent superstites, somnolentum solum obrutus jaceret decumbens, an vero mortuus esset? Postmodum oculos operculo velatos, & faciem linteolo a proximis sanguine junctis tectam, ac denique anima in summo quasi ore versante, & jamjam e corporis hospitio emigratura, osculum ægris fuisse impressum memorat. Corpore exanimato naulum Charonti, ossaque Cerebro paratam, ornatumque domorum, ubi mortuus erat repositus, institutum contemplatur. Hinc mortuorum ablutionem, pollincturam, & amiculum ferale, simulque occasione eorum, qui unctionem in se susceperint, libitinos & pollinctores introducit, ac coronas atque flores, quibus exornati fuerint defuncti, celebrat; coronatos potro ex penitioris ædium loco productos & in vestibulo ad ipsum limen collocatos, & vel humi vel alto lecto impositos fuisse perhibet; post collocationem lectica seu arca super humeros ante Solis ortum elatos, & iis, qui vi perempti fuerant, hastam vel alia arma prælata legi; arcam autem sepulchralem insequentes & ad funus invitatos, interdum pedibus incessisse, interdum rheda vectos fuisse narrat, quorumque horum lacrymas largiter fluentes adumbrat. Nec quod voce tibisque ad luctum compositis funus elatum fuerit, simululat, ac proinde naniis a mulierculis vel viris tunc ad tibus cantari solitis complura in medium afferit. In extraordinario dolore & luctu comam eos rasisse, aut penitus ad eam usque crines abscidisse, postmodum vero comam mortuorum pectoribus imposuisse ait. Lugentes ab omni potu hominem lætificante pariterque ab usu coronarum abstinuisse, lugubrem contra vestem usurpasse, vestes lacerasse, capillos evulnisse, domi se continuisse, cinerem in caput sparsisse, pectus & femur percussisse, mammas punxisse, genas rasisse, aliaque istius generis similia suscepisse tradit. De locis sepulcrorum diversis, & maxime de cœmeteriis modoque sepeliendi in peculiari capite agit. Post cremationem corporum

rum intuetur, eamque infantibus, *αὐτοχρηστῶν*; item crimine se pol-
luentibus, ac fulguritis denegatam scribit, pyrasque extractas, & eas
eupressio, ne foeterent corpora cremanda, cinctas, aliaque ad rogam
acta, ossilegium imprimis, ac donaria in rogam coniecta, homines-
que cum defunctis simul in pyra combustos monstrat. Inde tumulos
& cippos lapideos nomen ac elogia defunctorum continentes ob ocu-
los proponit, variaque epitaphiorum exempla Græca allegat. Infe-
rias & sacrificia mortuorum, sterilem nempe vaccam nigramque o-
vem nocturno tempore oblatas, ac modum victimas has maectandi;
sepulchra coronis exornata; habitas in sepultura honoratorum seu
domi seu in ceramico funebres orationes; instituta nonnunquam ad
sepulcrum spectacula; susceptamque post obitum bene de republica
meritorum apotheosin dilucide explanat. Reverfus ad domum fu-
nestam, lustrationem ejus scrutatur, epulisque funebribus interest.
Post omnes exequiarum ceremonias isto honoris genere a Græcis ma-
ectatos refert mortuos, quod eorum apud posteros memoriam glo-
riosam esse voluerint, adeo, ut adversus eum, qui secus fecisset, ac-
cusationem quodque seu actionem concesserint. Sub finem denique
ad statum defunctorum post mortem, quem Græci olim crediderint
considerandum sese confert, eosque duas habitationes designasse oc-
cit, quarum altera sub Jove vitæ præside, altera sub Martis arbitrio sit.
Inde autem ansam arripit examinandi, quidnam fuerit Græcorum
αἰδῆς, istoque vocabulo generatim indicatum putat obscurum, ab-
scuditum, & ab omni hominum consortio remotum locum, vel re-
ctius statum illum, qui mortem excipiat, sive is esset refrigerii & quietis,
sive cruciatuum. Unde & vocabulo *αἰδῆς* & Elysium campum
& Tartara denotari innuit; trifariam quoque eos distincte monet
αἰδῆν in Paradisum, Gehennam superiorem, & Gehennam inferiorem;
de quibus locis sigillatim plura disserit.

*LA RELIGION DU LATITUDINAIRE AVEC L' APO-
logie pour la Sainte Trinité.*

id est:

Religio Latitudinarii, cum Apologia pro Sancta
Trinitate. Auctore Dn. PETRO JURIO.
Roterodami apud P. Vande Slaart, 1696, in 8.

Alph. I.

Quæ

Quæ Jurio Viro celeberrimo cum Elia Saurino intercedunt lites, & tum aliis, tum huic quoque scripto occasionem dederunt, indicatæ jam a nobis sunt, cum Saurini librum, qui Jurii Theologiam sub examen revocat, in Actis hifce mense Majo A. 1695, pag. 193. feqq. commemoraremus. Causam quoque feriemque hujus contentionis, prout Saurinus eam exposuerat, tum quidem enarravimus. Sed nunc tamen denuo hujus rei injicienda est mentio, postquam præsens, ad nos pervenit opus, eo quod Jurium itidem in eo satis prolixum & operosum esse videamus, ut, quemadmodum fieri assolet, ubi quisque suæ causæ favet, omnem invidiam a se amoliat, culpam vero originemque initi certaminis in Saurinum derivet. Et primo quidem *In Prefat.* id omnibus viribus agit Jurius, ut demonstrat, per Synodi Leovardienfis decretum omnino sibi fas fuisse in certamen prodire, & hocce opus Saurino opponere. Probat id inde, quod nulli Theologorum libertas hæreses, ipsum doctrinæ Christianæ fundamentum evertentes, confurandi eripi possit. Addit decretum istius Synodi iis verbis conceptum esse, ut neutiquam obstet, quo minus publicæ luci hoc opus exponi potuisset. Accedere ait, quod summi solum Imperantes, non autem Synodi, ne quis librum edat aut in lucem proferat, prohibere possint. Multa alia hunc in modum affert, & quid Lector ex hocce opere sibi polliceri debeat, paucis innuit.

Hisce ita præmissis, certaminis, quod cum Saurino sibi intercedit, *In Historia* historiam pandit. Et initio quidem Epistolam quandam a Saurino *controver-* ad amicum scriptam profert, ex qua, additis adnotationibus, id se *fa.* confecturum luculenter putat, nemo ut ambigere possit, auctorem litis Saurinum esse. Hinc ipse rem omnem uberius edisserit, & a primo repetit fonte. Nimirum in Synodo Amstelodamensi, anno 1690 mense Septembri celebrata, quasdam propositiones, summam doctrinæ, quam Lætinam appellat, continentes, communi consensu rejectas, & atro notatas esse lapillo ait, nec diffitetur, se quoque, ut id fieret, justo zelo ductum multum ad id contulisse. Addit & alia, quæ in eadem Synodo gesta sint, quæ Saurino non potuisse non ingrata admodum esse fatetur. Sed tum quidem ullam de Saurino suspicionem animo suo sedisse negat, quin potius inter amicos suos haud postremum se illi concessisse locum asserit. In Lugdunensi autem Synodo, sequenti anno celebrata, demum se intellexisse potro refert,

refert, Saurinum quoque inter illos esse, quos male habuerit, propositiones istas damnatas rejectasque fuisse. Accessisse vero & alia in eadem Lugdunensi Synodo docet, quæ Saurinum magis magisque irritarint. Namque & librum quendam contra se editum jussu Synodi laceratum, & alios Latitudinariorum placita disseminantes, acriori censura notatos esse. Hinc itaque odio quodam inexpiabili accessum Saurinum, ut illud effunderet, nullam prætermisisset occasionem. Et primum velut insultum Saurinum fecisse dicit, cum in eadem Synodo postularet, ut scripta Jurii, tanquam maximis gravissimisque erroribus referta, sub examen revocarentur, irrito quidem eventu. Hic, priusquam ad subscuras Synodos digrediat, quid Hagæ Comitum (eo enim Saurinus ex decreto Synodi Lugdunensis ad causam disceptandam se contulerat,) actum sit, exponit. Inter alia refert, in colloquio quodam Saurinum unionem, qua duæ in Christo naturæ junctæ sunt, quamque personalem vocant, pro parastatica & morali venditasse, eundemque Nestorium defendisse, nec semel orthodoxiæ testimonio eum condecorasse. Quod cum abnueret Saurinus in Apologia, seque serio, & ex sua sententia, hanc unionem *παραστατικήν* vocasse inficiaretur, admodum operosus est Jurius, ut probet, serio & ex sua sententia locutum esse Saurinum, cum illud assereret. Jam Nardensis imminet Synodus, suamque Apologiam primam Jurius, ea quidem modestia, ut errorum Saurini nullam ibi injiceret mentionem, luci exposuerat, Saurini quoque amici novo scripto ejus egerant causam, cum utrique silentium imponeretur. Sed in Nardensi Synodo itidem anno 1691 habita bellum velut redintegratum, Saurino iterum poscente, ut Jurii libri examini subjicerentur, ipso quidem Jurio, utpote causæ bonitate fredo, adeo non repugnantè, ut se paratum ad ea defendenda esse, quæ scripisset, assereret. Finita autem Synodo, suavis amicorum secundam Apologiam se edidisse, simulque literas ad Consistorium Ultrajectinum dedisse memorat, quibus, nisi Saurini ausus cohiberentur, multa inde oritura mala profitebatur. Arripuit Saurinus hinc ansam, Jurium pro auctore certaminis venditandi, simulque Consistorium impulit, ut ad causam dicendam eum evocaret. Probat ergo Jurius, hinc potius constare, Saurinum hostilem animum ita palam prodidisse, & orti certaminis culpam non posse declinare. Urget porro Apologiam Saurini, quæ mox insculta est, eaque modestiæ

destitit limites cum supergressum esse, aliorum quoque testimoniis probare annititur. Tandem ad Ziriczæensem Synodum progreditur, quam Saurinum sibi faventem habuisse non diffitetur, nec tamen dissimulat, illum artibus parum laudandis, ut eam in suas pertraheret partes, usum esse. Nec ita Jurium laceßere desit Saurinus: quod ut evincat Noster, non unum affert documentum. Sed cum primis ad Bre-danæ Synodi provocat decretum, in quo tantum non omnem certaminis culpam in Saurinum conjici ostendit. Hæc vero est illa Synodus, quæ adeo Saurino displicuit, ut æquitatis & religionis nullam fere rationem, qui illi interfuerant, habuisse palam profiteretur, in Præfatione Operis à nobis l. c. pag. 194 commemorati, eo quod întempestivo motus hosce conspiciendi studio tenerentur. Jurius itaque hic quoque docet, mitioribus Synodi hujus consiliis adeo non a Saurino locum relictum fuisse, ut acrius, in sermonibus quoque qui ad populum erudendum haberi solent, in se insurrexerit. In Dordracensi & Neomagensi Synodis non secus Saurinum ac in præcedentibus se gessisse conqueritur, nihilque fecisse reliqui, ut omnem in se effunderet iram. Hinc & tanto impetu cum in Synodo Neomagensi postulasse, ut libellus quidam Jurii, quem innocentissimum putat, damnaretur. Dum hæc geruntur, ingens illud volumen, sæpius memoratum, a Saurino confectum dicit. Quo ipso palam, se aggressorem esse, Saurinum demonstrasse contendit. Et huc quoque pertinent, quæ sequuntur, cum primis, quæ de Tergaviensi, Harlemeri & tandem Leovardiensi Synodis disserit. Concludit tandem, sibi vitio verti non posse, si toties provocatus tandem compareat, vim illatam propulsaturus, quin non tam suam, quam totius Ecclesiæ causam acturus.

Rem ipsam dum aggreditur, primo præcipua religionis, quam Latitudinariam vocat, capita sistit. Vocem in Anglia ortam docet, nec alios fere hoc nomine designari, quam ipsos Socinianos, qui & alibi Unitarii vocentur. A latitudine eos nomen sortitos esse, non quod ipsam doctrinam Christianam dilatent & extendant, quippe quam angustiis admodum limitibus circumscribant & coarctent potius (namque credere Deum, providentiam, paradysum, infernum, id quidem ex illorum opinione, ad æternam felicitatem consequendam sufficere,) sed ideo potius hoc nomine illos designari, quod media perveniendi ad salutem extendant, dum non tantum Hæreticis

H

omni-

Part. I.
Cap. I.

omnibus, sed Gentilibus ipsis atque Judæis viam ad beatorum sedes patere doceant. Auctorem sectæ hujus certum indicari posse negat; omni enim fere tempore homines ejusmodi placitis imbutos vixisse; qui a Socino tamen & Serveto eam deriveret, illum nemini facere injuriam. Saltem in eo cum Socinianis palam eos convenire, quod rationem, quam rectam appellitent, ubique ducem sequantur. Principes sectæ hujus Curcellæum, Episcopium atque Hugonem Grotium esse, quorum nomina omnibus Latitudinariis perquam sint venerabilia. A Socinianis tamen & Remonstrantibus in eo differre Latitudinarios, quod non palam, quid sentiant, profiteantur, sed cuncta dissimulent, tegantque, idque omni ratione annitantur, ut pro Orthodoxis reputentur. Eisdem etiam quosdam Socinianorum errores, de æternitate materiæ; de somno animarum, & quod Deus futura contingentia ignoret, rejicerent quidem, sed eos omnino pro levibus habere, ut adeo inde Socinianos non tolerare velle, nefas putent. Denique ut Latitudinarios doctrinam ritè in lucem protrahat, summam libri cujusdam de *Ratione humana* exhibet, ostenditque Auctorem ejus rationem ut ducem certissimum & falli nescium commendare. Quin & ex eodem refert, nullum hæreticum esse, nisi qui veritatem, cujus ipse in conscientia est convictus, inficiatur, aut in dubium vocat; unde porro sequi docet, omnibus cujuscunque religionis hominibus viam ad æternam salutem patere. Concludit denique, Philosophiam Cartesianam haud exiguum Latitudinarios erroribus addere robur.

Cum vero tria potissimum sibi obstare videant, qui hisce placitis sunt imbuti, auctoritatem Patrum, & Ecclesiæ veteris; certos terminos, quibus communi consensione Orthodoxi ad tuendam eo rectius veritatem, & Hæreticos ex latebris suis protrahendos utuntur; & denique rationis, quam itidem Orthodoxi urgere solent, captivationem; in eo omnes Latitudinarios conspirare docet, ut hinc se expediant, & hæc obstacula amoliantur. Nihil ergo illis solentius esse, quam in Patrum auctoritatem proterve insurgere; & magnorum eos accusare errorum; terminos itidem, *personæ*, *hypostaseos*, *Trinitatis*, *incarnationis* &c. ut ineptos & obscuros rejicere; rationi denique habenas eo usque laxare, ut in rebus Theologicis quoque nihil, nisi quod clare & distincte peregrinum sit, admittere velint. Et Saurinum quidem in

in his quoque capitibus cum iis consentire, eundo per singula probare annitur. Cum primis autem illi objicit, quod asseruerit, omnes Patres, qui ante concilium Nicænum vixere, fuisse Arianos, qui post illud vixere, Tritheitas, sive tres admisisse Deos,

Cap. II.

Sed ut demonstrat, Saurinum in Antitrinitariorum militare castris, eosque qui Trinitatem admittunt, pro Tritheitis habere, nihil facit reliqui. Ex instituto hoc capite III & IV agit, & in sequenti, incarnationem quoque Christi Servatoris ab eo asseri non posse, probare conatur. Hinc paulo accuratius Latitudiniorum circa Trinitatem & redemptionem humani generis dogmata exponit. Nimirum unicum eos profiteri Deum, unam quoque solum Divinitatis personam, asserit. Cum vero divinæ literæ, præsertim novi foederis, & Patris & Filii & Spiritus Sancti mentionem injiciant, & singulis Dei nomen tribuant, Latitudinarios Filium non alium esse ac personam Patris docere, assermat. De Spiritu Sancto id manifestius esse dicit, quod eundem pro persona habeant, sed simul quod abnuant, hanc personam aliam esse a persona Patris. Et ita quidem verbotenus eos cum Trinitariis consentire, Patrem, Filium, Spiritum S. adeoque Trinitatem quandam admittentes, sed re ipsa maximopere ab iis differre. De incarnatione autem Christi ita eos sentire ait, ut unionem, qua divina humanaque naturæ inter se colligantur, moralem solum & *παρθεναγωγικὴν* esse autument. Et ita quidem unam personam, sed mere humanam in Christo illos admittere; eum etiam verum Deum esse fateri, & adeo rursus verbis ad Orthodoxos plane accedere, a quibus tamen, si sensum spectes, toto caelo differant. Denique & de satisfactione, de peccato originali, de efficacia gratiæ, & aliis doctrinæ Christianæ capitibus minus recte eos sentire assermat, pluribusque edisserit. Ad Saurinum dum ex instituto redit, omnem elabendi viam illi adimere, eumque Socinianorum errores palam detestando, seculum Apostolicum ab accusationibus, quibus Patres Ecclesiæ veteris suspectos reddiderat, eximendo, & cæteris argumentis quibus ad causam suam tuendam utatur, aut uti possit, parum proficere, demonstrare aggreditur. Et hoc quidem capite VII, VIII, IX, & X agit. In undecimo autem quæstionem disceptandam sibi sumpsit, quæ huc maxime pertinet, nobisque non est prætermittenda. Quo jure enim veritatis hostes terminos in Ecclesia receptos rejiciant? quærit. Plane

Cap. III. IV.

§ V.

Cap. VI.

Cap. VII.

VIII. IX. X.

XI.

nullo autem jure hoc fieri, variis rationibus probat. Divinæ, inquit, literæ variis Numinis attributa, justitiam, misericordiam &c. commemorant. Si quis ergo tot Deos fingeret, quot attributa memorantur, illique responderetur, attributi nomine non designari substantias, & iste vero regeret, ineptam hanc vocem minimeque admittendam esse, quod in Scripturis non reperiatur, nonne is omnium consensione, quod iniquum est, postulare? Addit, non posse Scripturam sacram sine hisce terminis explicari; quin ipsos Unitarios non posse incertamen cum Orthodoxis descendere, sine his aut aliis terminis. Scripturam res ipsas continere; hisce exprimendis certos merito excogitatos esse terminos hoc ipso rebus alligatos: unde qui terminos hosce rejicit, eum non posse, non res ipsas iis designatas rejicere. Sic in Scriptura S. diserte asseri, unum esse Deum, simul tamen & Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum commemorari, ut tamen Pater non sit Filius, nec Filius Spiritus Sanctus &c. quod ut exprimeret vetus Ecclesia, adhibuisse vocem *persona*: qui ergo hanc rejicit, eum rem ipsam hac voce denotatam simul non posse non rejicere. Hac occasione & illorum errores in transitu refellit, qui voces *persona* & *personalitatis* proprie adhiberi negant, cum de rebus divinis usurpantur. Ex eo vero quod Scriptura hisce terminis, cum de rebus divinis loquitur, non utatur, non colligi posse, eos neutiquam usurpandos; cæteroquin nec de hominibus eos usurpari posse, contendit. Addit tamen, vocem ὑποστάσις five personæ in Scriptura sacra quoque reperiri, Hebr. XI, 1. Ibi enim vocem ἐπιπέδιον recte *personam* verti autumat, cum persona fundamentum attributa essentialia sustinens denotet. Multo vero minus terminos *generationis*, atque *processionis*, in Scriptura sacra contineri, dubitari posse pronuntiat. Probat quoque contra Saurinum, generationis vocem proprie sumi, cum de Deo adhibetur. Finit denique hanc questionem observando, homines istos, qui se ideo hosce terminos repudiare fingunt, quod sibi religioni ducant, aliis vocibus in tanto mysterio uti, ac Scriptura utitur, fumum solum vendere, & ad suos palliandos errores hoc κρησφύγετον excogitare: deinde licet Latitudinarij hisce terminis ad invidiam amoliendam utantur, eos tamen semper alium illis affingere sensum.

Cap. XII.

Quæ in ultimo primæ partis capite de imaginibus sanctissimæ Trinitatis in rebus creatis quoque conspicuis differit, instituti nostri memores prætermitimus, præsertim cum pleraque huc tendant,

ut

ut evincat, Saurinum, imagines a Jurio ad Trinitatem adumbrandam allatas rejiciendo, suum de Trinitate & divinitate Filii errorem prodidisse. In secunda igitur parte Conciliorum Patrumque contra Antitrinitariorum calumnias suscipit defensionem. Initio tamen sententiam, quam sibi a Saurino affectam conqueritur, prolixè & operose a se amolitur. Nimirum non diffitetur, in Patribus Doctoribusque veteris Ecclesiæ errores quosdam deprehendi, sed eos esse excusandos; quod si tamen hodie quis eosdem errores foveat, atque defendat, eum in tanta doctrinæ cœlestis lucæ neutiquam veniam promereri. Ast detestandas hærefes se hisce Doctoribus unquam imputasse, diserte negat; Saurinum tamen illud facere probat, reperitque, omnes Patres trium primorum seculorum ab eo Arianismi & Sabellianismi accusari. Hunc in modum postquam multa differuisset, in specie Origenem, Hilarium, & Hieronymum contra Saurinum defendit. Origenem multa paradoxa docuisse non abnuat, ast eum Hæreticis ideo annumerare non audet, multo minus de ejus salute dubitat. De Hieronymo ita censet, eum sæpius in Commentariis non ex sua, sed aliorum sententia loqui. Nihil ergo inepti eum asserere, qui locum istum famosissimum, in quo providentiam divinam arctioribus quam par erat limitibus circumscribit, ita capiat, ut non tam propriam, quam alterius, quicumque demum sit, ex quo Hieronymus more suo hæc decerpserit, sententiam eum referre dicat: præsertim cum alibi saniora doceat, & sedulo inculeet. Addit tamen, posse & dextera interpretatione hæc verba Hieronymi emollii, ut non tam de ipsa providentia, quam modo divinæ providentiæ intelligantur. Hilarium denique errasse, dum negavit, animam Christi corporis patientis dolores sensisse, sed simul hoc sciendum ait, eum Arianos prementem disputationis fervore ac impetu in devia abreptum, omnino venia dignum esse.

*Part. II.
Cap. I.*

*Cap. II. III.
& IV.*

Tandem ad Patres, qui ante Concilium Nicænum vixerunt, progreditur, eosque Arianorum neutiquam doctrinæ fuisse, contra Socinianos, cumprimis Sandium, & qui illis frigidam suffundunt, Episcopium, & Curcellzum, quibus Saurinum adjungit, probat. Nimirum enarratis Arianorum erroribus, Patres istos secus existimasse probat testimoniis Cypriani, quem purissimum Doctorem, & Platonica philosophandi ratione minime corruptum vocat, Theognosti apud Athanasium, Dionysii Romani, Dionysii Alexandrini, & Origenis.

Cap. V.

nis. Non tamen diffretur, quosdam Scriptores veteres loquendi formulis parum commodis, quas a Justino Martyre Platonicæ philosophiæ innutrito eos accepisse putat, huic Socinianorum calumniæ an- sam præbuisse. Hac occasione & Dionysium Petavium notat, quod autumaverit, secundum Patres Ante-Nicænos Filium non minus initium habuisse quam res creatas; hæc enim falsissimum esse, diserte pronunciat.

A Patribus Ante-Nicænis ad Concilia & Doctores, qui post Concilium Nicænum floruerunt, progreditur. Hisce Tritheismum, referente Nostro, Saurinus objecerat. Cujus erroris eos immunēs esse ut ostendat, quinam in veteri Ecclesia Tritheitarum nomine fuerint designati, explicat. Nimirum ex Eutychianorum disciplina hos Tritheitas veteris Ecclesiæ prodixisse probat, adeoque & cum Eutychianis unam solum in Christo eos agnovisse naturam. Eisdem cum Orthodoxis tres personas consubstantiales admisisse, sed in eo & ab Orthodoxis & a cæteris Eutychianis abiisse, quod tres naturas sive substantias in Deo asseruerint, unius tamen naturæ communis participes. Nimirum ad Eutychianorum errorem defendendum, naturam esse negabant, quæ non & persona sit. Cum ergo, ut porro Jurius refert, exemplo personarum in Trinitate urgerentur, non poterant aliter se expedire, quam tres substantias & tria individua in Deo admittendo. Observat autem porro, eodem Tritheitarum nomine Orthodoxos quoque ab Ariani aliisque Hæreticis fuisse insignitos, quod tres personas admitterent, & idem hodie Anti-Trinitariis in more positum esse docet, ut eundem errorem, licet perperam, Orthodoxis objiciant. Hisce ita rite explicatis, Ecclesiæ veteris Doctores non fuisse Tritheitas, primo probat illustri & luculento Athanasii testimonio. Deinde tredecim rationibus idem demonstrat, quarum secunda, eaque minime contemnenda, hæc est, ab omni ratione abhorreere, veteres Doctores, qui Gentilium Polytheismum tam strenue impugnarunt, Polytheismum, si non crassiorem, certe æque crassum admisisse & propugnasse. Cæteras prætermittimus. Nec tamen hic subsistit Jurius, sed respondet etiam ad argumenta, quibus Patrum Tritheismus probari poterat, & illud etiam, quod suis rationibus poterat opponi, diluit. Meminit hic quoque decreti Academiæ Oxoniensis, quo propositiones quædam Tritheismum spirantes rejectæ & damnatæ fuerint. Addit a nonnullis

Sher-

Cap. VI. &
VII.

Cap. VIII.
& IX.

Sherlokio hanc sententiam tribui, quibus tamen se minime adhibere fidem ait. De qua re alibi fortasse ex professo dicturi sumus. De Cyrillo dum porro verba facit, initio observat, Latitudinarios non alia de causa magno odio eum prosequi, quam quod, ut Nestorius, quem ut virum sanctum revereantur, damnaretur, multum contulerit. Hinc Cyrilli doctrinam contra Derodonem prolixè defendit, in quo instituto ut eo feliciter procederet, duo cum primis sedulo observanda docet. Primum illud est, modum incarnationis in Concilio demum Chalcedonensi accurate definitum esse: alterum, duplicem esse Euty-chianismum, subtilem & crassum; a crasso Cyrillum plane absolvit, subtilem autem ab Orthodoxorum sententia prope abesse ait. De Nestorio autem ita pronunciat, jurene an injuria damnatus sit, & docueritne ita, ut vulgo creditur, se certo definire non posse; interim multa sibi præsto esse argumenta, quibus verosimile sibi fiat, Nestorium omnino eo errore imbutum fuisse, quæ illi tribuitur, adeoque jure fuisse damnatum. Hæc argumenta ordine edisserit. Atque hinc, quid de Concilio Ephesino sentiendum sit, patere putat. Evidèta enim Cyrilli orthodoxia, & Nestorii errore demonstrato, nullius iniquitatis hocce Concilium insimulari posse, quod hunc damnaverit, illius autem causam defendendam susceperit. Addit tamen & alia, quæ pro hæcce Concilio faciunt.

Cap. X.

Cap. XI.

Cap. XII.

Cap. XIII.

Quæ in tertia sive ultimâ parte differuntur; tribus solum indicabimus verbis, ne ultra quam par est, prolixi simus. Hic ergo primo probat, Saurinum cæterosque Latitudinarios in rebus Theologicis quoque non alium agnoscere judicem, quam rectam, ut vocant, rationem. In quo quidem cum Socinianis eos apprime conspirare, instituta collatione docet. Hunc in finem Vissouatii; haud incelebris Sociniani librum, cui titulus: *Religio naturalis seu de rationis judicio*, in compendium mittit, & singulas propositiones cum dogmatibus Latitudiniorum contendit. Et ne forte Saurinus regerat, si in quibusdam capitibus cum Socinianis consentiat, hoc sibi tum cæteris Protestantium Doctoribus esse commune; utriusque partis, Reformatorum & Socinianorum de recta ratione placita inter se confert, & quam plane non inter se convenient, operose ostendit. Demonstrat præterea, Latitudinarios in omnibus controversiis rationem humanam pro tali judice, qui falli nesciat, agnoscere, idque cum primis.

Part. III.

Cap. I.

Cap. II.

Cap. III.

Cap. IV.

Her-

Cap. V.

Hermanni Alexandri Roëlli testimoniis evincit, quem etiam hac occasione notat. Subjicit articulum IV. Declarationis, quam Ordines Hollandiæ ediderunt, in quo diserte dicitur, totam religionem Christianam, si rationis judicio subjiciatur, in maxima pericula conjici. Et recte quidem istud dictum, prolixè iterum demonstrat. Provocat denique ad experientiam, quæ omnes docere possit, quod supremo hocce rationis judicio admissio, maximis erroribus, quin Atheismo fenestra aperiatur. Meminit hac occasione libri Angli cujusdam Arthuri Buri, cujus titulus *Evangelium nudum*, ab Academia Oxoniensi damnati. Auctorem huncce ait palam Arianorum errorem propugnasse, & Athanasianos (ita enim Orthodoxos eum vocasse dicit) acriter perstrinxisse. Subjicit ipsum Academiae Oxoniensis decretum, & propositiones ex hoc libro collectas; quarum prima hæc est: *Muhammedem omnes articulos Christiana doctrina professum esse*. Laudat exemplum Episcopi Exoniensis, quo inflammatus Eduardus turpissimæ hæresi obviam iverit. Profert etiam decretum Potentissimi Angliæ Regis, quo petulantiam eorum, qui suos de Trinitate errores in Angliā disseminant, coercet, & serio vetat, ne quis aliis in hoc doctrinæ Christianæ capite terminis utatur, quam qui in Ecclesia sunt recepti. Atque hæc omnia Latitudinarios quoque ferire, asserit probatque. Tandem novas propositiones suspectas ex Saurino colligit, eumque in Latitudinarios militare castris denuo probat. Conqueritur denique, Saurinum, sive disputet, sive alios errorum accuset, sive sibi objectos amoliat, parum sincerum esse; & ita ea, quæ Saurinus ut perperam dicta ex scriptis Jurii collegerat, diluere annicitur.

Cap. VI.

Hermanni Alexandri Roëlli testimoniis evincit, quem etiam hac occasione notat. Subjicit articulum IV. Declarationis, quam Ordines Hollandiæ ediderunt, in quo diserte dicitur, totam religionem Christianam, si rationis judicio subjiciatur, in maxima pericula conjici. Et recte quidem istud dictum, prolixè iterum demonstrat. Provocat denique ad experientiam, quæ omnes docere possit, quod supremo hocce rationis judicio admissio, maximis erroribus, quin Atheismo fenestra aperiatur. Meminit hac occasione libri Angli cujusdam Arthuri Buri, cujus titulus *Evangelium nudum*, ab Academia Oxoniensi damnati. Auctorem huncce ait palam Arianorum errorem propugnasse, & Athanasianos (ita enim Orthodoxos eum vocasse dicit) acriter perstrinxisse. Subjicit ipsum Academiae Oxoniensis decretum, & propositiones ex hoc libro collectas; quarum prima hæc est: *Muhammedem omnes articulos Christiana doctrina professum esse*. Laudat exemplum Episcopi Exoniensis, quo inflammatus Eduardus turpissimæ hæresi obviam iverit. Profert etiam decretum Potentissimi Angliæ Regis, quo petulantiam eorum, qui suos de Trinitate errores in Angliā disseminant, coercet, & serio vetat, ne quis aliis in hoc doctrinæ Christianæ capite terminis utatur, quam qui in Ecclesia sunt recepti. Atque hæc omnia Latitudinarios quoque ferire, asserit probatque. Tandem novas propositiones suspectas ex Saurino colligit, eumque in Latitudinarios militare castris denuo probat. Conqueritur denique, Saurinum, sive disputet, sive alios errorum accuset, sive sibi objectos amoliat, parum sincerum esse; & ita ea, quæ Saurinus ut perperam dicta ex scriptis Jurii collegerat, diluere annicitur.

PLAIDOYERS ET AUTRES OEUVRES DE M. GILLET.

Hoc est:

Actiones & Opera alia Gilleti Advocati
Parlamenti.

Parisius, apud Jo. Boudot, 1696, in 4. Alph. 3. pl. 15.

Duplicis omnino generis sunt, quæ in hac Operum *Gilleti* collectione continentur. Primo nimirum decem Actiones variis occasionibus ab ipso, quando causarum patroni officio functus est, institutæ comparant; his tres Ciceronis Orationes pro Caelio & Milone habitæ, & Philippica secunda, ex Latino idiomate in Gallicum trans-

MENSIS FEBRUARII A. M DC XCVII. 65

translatæ cum annotationibus quibusdam subjunguntur, præmissam habentes de genio ac indole Gallicæ linguæ & transferendi ratione doctam dissertationem. Nos, ut de præstantia operis quadantenus constaret, primam & quintam Actiones selegimus, quarum summam breviter hic exponeremus. Prima nimirum de sponsionum agit valore, & in Lalivii cujusdam gratiam habita est, qui d. 25 April. A. 1678 cum Launayo de pace Neomagenfi contenderat, illam die 15 Maji Hispanos inter & Gallos si non publicatam, conclusam saltem & obfirmatam fore; Launayo vicissim contrarium, & illo die non fore publicatam, promisso quinquaginta aureorum Ludovicianorum pignore, asseverante. Ut igitur a solvendi necessitate Lalivium suum, cui eandem alter, quod dicto die pax nondum coaluisset, imponere nitetur, absolveret, rotam sponsionum materiam pertractat, eandemque ad duas quæstiones redigit: an scilicet sponsiones conventiones licitæ sint? & an, si sint licitæ, obligandi vim eadem semper habeant? Priorem rursus in duo quasi capita subdividit, ita ut disquirat, utrum citra conscientiæ læsionem fieri sponsiones possint? & in jure an permittantur? Primum quod attinet, posse omnino iisdem lædi conscientiam pronunciat, cum sint ex eorum ludorum numero, in quibus cæco solum casui, & neque ullo humanæ solertiæ adjumento, locus datur ut plurimum, habeantque consequentias sat periculosas, utpote profusionem bonorum, habendi inordinatum appetitum, & adversus divinam providentiam indignas non raro murmuraciones & querelas; quin imo idololatriæ certam quasi speciem constituere, quando ad Fortunam omnia spondentium vota diriguntur, eidemque soli fertur acceptum, quicquid forte lucrati sumus; inde legum quoque autoritate prohiberi, quando omnes ludi, qui solo casu innituntur, exesse jubentur e Republica, *L. solent. §. 1. ff. de Aleat. L. victum, & L. alearum C. de aleat. & alea lusu*, non secus ac alia aliorum Principum Statuumve constitutiones, Pontificum scilicet, Venetorum, Genuensium, eidem spondendi libidini obicem quoque ponunt. Quandoquidem vero Casuistæ æque ac Juri certo quodam discrimine sponsiones illicitas esse volunt, si scilicet honestatem lædant, & peccatum habeant comitans; Lalivii quidem sui sponsionem eximit earum numero, & cum eadem pacem optare visus fuerit, honestam omnino licitamque declarat; deteriori multum adver-

farii ipsius causa, ut qui belli continuationem, ex propriae utilitatis ratione, non potuerit non exoptare. Transit hinc ad secundam quaestionem, & postquam discrimen inter sponsonem judicariam & privatam exposuit, ac huic etiam descriptionem subjunxit, occasione generis, quod pactum est, sponsones ad pacta nuda refert, easdemque inde non aliter obligare colligit, quam ex simplici principio decori, & in solo honoris tribunali, nisi interveniat circumstantia quaedam, pretii scilicet consignatio; tum enim illas omnino obligare, haud secus ac obligationes pure naturales, quibus stipulatio accessit: ita nimirum apud Romanos olim, qui spondebant, annulos digitis detrahere & sponsonis pretium constituere fuisse solitos, ex *L. Si rem, §. Si quis sponsonis ff. De praescript. verbor.* probat. Quoniam autem consignatio, & ut pretium sponsonis deponatur apud quempiam, adeo sunt necessaria, ut ne sufficiat quidem literis consignatam esse conventionis formulam; Lalivii vero cum Launayo sponso intra mera verba substitit, imo ne sponsonis quidem nomine venire potest, cum exorta circa subscriptionis & publicationis terminos difficultate nondum conclusa fuerit: hinc Lalivium in ære adversarii sui nequaquam esse, multo minus hunc experiri adversus illum posse contendit.

Actio quinta id agit, ut liberos minores, citra consensum parentum suorum, monasteriis intrudi posse inficietur, contra Abbatissam regiae S. Petri Abbatiae, quae Lugduni est, abs qua puella quaedam invitibus ejus parentibus fuerat retenta. Observat autem, filium familias vel servum sine patris dominive auctoritate voto non obligari, ex *L. si quis ff. de pollicis.* quam deinceps, obsequiumque quod parentibus debent liberi, latius explicat, vi cujus nempe ipsorum se subicere voluntati & in seligendo quoque vitae statu morem teneantur gerere, adeo ut, cum citra eorum consensum ne contrahere quidem, aut matrimonium inire, vel alienare possint quidpiam, de semetipsis etiam nequaquam valide disponant. His ita expositis ad jus Francicum pergit, & ex Capitul. Carol. M. L. 1. c. 95. & 101. nec pueros invitibus parentibus tonsurari, nec puellas velari posse ostendit; imo longius adhuc procedere Ordinationem Aurelianensem monet, quae art. 19. ipsos etiam parentes facere id prohibeat, antequam vigesimum quintum ætatis annum liberi attigerint, quam licet ordinatio Blesensis correxerit, & ad mentem Concilii Tridentini in decimum sextum mutaverit, tamen in præjudicium consensus paterni nihil
ibi

ibi scriptum reperiri. Quæ cum ita sint, non immerito Abbatissæ ejusmodi, quæ vel parentibus liberos suos religiosæ vitæ inhumaniter devoentibus manus porrigunt, vel ipsæ indignis modis eosdem ad se pertrahunt, acclamari posse putat Salvatoris illud *Matth. XXIII, 15. Va vobis Scribæ &c.* Ut majus pondus habeat hæc ejus sententiæ, ex Conciliis nunc etiam Patribusque, ac ipsa Scriptura sacra, impietatem instituti hujus demonstrat. Et Concilium quidem Gangrense canone 16 anathema dicit filiis, si qui parentes deseruerint occasione cultus Dei, sicut & Meldense Capitularia Caroli M. observari præcipit. Locum, qui Luc. XIV, 26. extrat, objici posse subdit, sed illum de parentibus infidelibus agere, ex Augustino & Chrysostomo probat. Elisæum ad munus propheticum ab Elia vocatum expetiisse, ut osculari sibi parentes prius liceret, & Num. XXX. 4. seqq' vota liberorum irrita pronounciari, quibus parentes contradixerint, Ac tamen Hieronymus in deprædicanda vita solitaria vehemens sit, adeo, ut si in limine pater jaceat, per calcatum patrem ad eam pergendum arbitreret in *Epistola ad Heliodorum*: tamen in *Epistola ad Nepotianum de vita Clericorum* se ipsum quasi correxisse, & quod in illo ad Heliodorum opere, *dum esset pæne puer, pro ætate luserit, & calentibus adhuc Rbetorum studiis atque doctrinis quadam scholastico flore depinxerit*, fuisse falsum; ut quem ad institutum Gregorii Nazianzeni præceptoris sui se conformasse verosimile sit, qui parentis precibus visus ex eremo ad suos rediit; quemadmodum Chrysostomus, cum absolutis studiis Monachum se vellet profiteri, & matrem id ægre videret ferre, consilium quoque non minus laudabiliter mutaverit. Denique quæ sit ipsius S. Thomæ sententiæ exponit, quod nimirum ne Judæorum quidem liberos citra parentum consensum baptizare fas sit; cumque sit sub S. Benedicti regula illa Lugdunensis Abbatia, in qua inter alia c. 59. si puer minor ætate sit, qui in monasterio offertur, parentes ejus petitionem facere jubentur; indignum omnino Abbatissæ videri factum, quod invitis parentibus puellam hanc in monasterium pertraxerit, concludit. In reliquis, quæ subsequuntur, id agit Autor, ut ostendat fraudem, quæ in exarandis virginis istius nomine literis, tum &, quando in avunculi ejusdem testamento vocabulum quoddam truncatum fuit, commissa sit, & quam injuste nunc dotem puellæ ac sumptus, qui ad solennem voti religiosi nuncupationem necessarij creduntur, Abbatissa & Sociæ ejus exigant.

ANTONII BYNÆI DE MORTE JESU CHRISTI

Liber secundus.

Amstelodami, apud Ger. Borstium, 1696. 4. alph. 3.

- L**ibrum priorem, a nobis anno 1692 p. 425 recensitam, quique in expositione verborum Christi, *non bibam ab hoc tempore ex hoc fructu vitis, usque ad illum diem* &c. desiderat, excipit nunc felici fide re liber secundus, spemque una facit nobis, citius absolutum iri, qui restant, librum tertium quartumque. Orsus autem Reverendus Auctor a vaticinio Christi de instante Petri abnegatione trina, historiam Matthæi, Marci & Lucæ ita componit: Jesum, ut apud Matthæum & Marcum est, dixisse ad discipulos, *omnes vos offendemini in me hac nocte*. Respondisse Petrum, *etiamsi omnes offendantur*, &c. Reposuisse Jesum, ut apud Lucam est, *Simon, Simon* &c. Petrum vero regessisse, *Domine tecum paratus sum* &c. Tunc demum dixisse Jesum, quod ab illis tribus relatum est, *Amen dico tibi, quod hac ipsa nocte, antequam gallus cantaverit, ter abnegabis me*. Christum igitur ea nocte ultima, qua proditus fuit, non ter aut bis, sed semel tantum prædixisse, se a Petro ter negandum. Difficultatem quæ moveretur ex verbis Lucæ, solvit ex ipso textu; non enim dicere Lucam, *καὶ τότε ἐξελθὼν* &c. *Et tunc*, postquam in cœnaculo locutus esset ea, quæ relata sunt, *egressus ivit secundum consuetudinem ad montem olearum*, sed simpliciter, *καὶ ἐξελθὼν*, *Et egressus*. Ubi non designetur tempus, quo egressus sit cœnaculo, sed tantum, quo abierit. Porro Jesum verbis illis, *postquam resurrexero, præcedam vos in Galilæam*, allusisse ad id, quod præmiserat ex Zacharia, *percutiam pastorem, & dispergentur greges*; quasi diceret, pastoris more, qui ovibus suis præit, vos iterum præcedam. Miratur vero, Balth. Bekkerus, viro, ceu ait, *tanti ingenii & tam emunctæ naris*, in mentem venisse hanc expositionem verborum Christi, *Satanas exposcit vos, ut cribraret sicut triticum*, i. e. *corruptio, quæ a Satana orta est, & prava cupiditates vestra cribrabunt vos*. Ipsam cribrationem Bynæus ita illustrat: velle Satanam ex Apostolis excutere putam fidem, adeo ut nihil maneat reliquum præter falsa præjudicia; sicut in quassatione cribri farina pura excutitur, furfures autem & quisquiliæ remanent. Ut alludatur ad istud genus cribrationis, de quo Ecclesiast, 27, 5. *in concussione cribri reman-*
- p. 11.
- p. 13.
- p. 29.
- p. 35.
- p. 38. seq.

remanent quisquilia. Precibus autem Christi, forsitan iis, quæ apud Johan. 17, v. 11 & 15 (addendum comma 12, ex iis quæ infra dicuntur p. 181.) leguntur, effectum, ut fides illorum non plane deficeret. Circa determinationem gallicinii Marcum non dissentire a Matthæo & Luca. Non enim dicere Matthæum, *πρὶν ἀλέκτορα Φωνῆσαι, antequam gallus cantet*, sed *Φωνῆσαι, antequam cantare defierit.* Idem significare Lucam. Clarius autem retulisse Marcum verba Christi, prout a magistro suo Petro didicerat, *πρὶν ἢ δις Φωνῆσαι, antequam tempus gallicinii eo usque fuerit elapsum, ut bis in eo gallus cantaverit.* Non etiam definire ante tempus illud, quod *conticinium* Latini vocent. Utrum Johannes scripserit, *πρὶν ἔχειμάξῃ τῶν Κέδρων*, an *τῶν Κέδρων*, vel *Κεδρών*, non facile posse dici. Non inepte cogitari, Johannem securum Judæorum Græce loquentium & sono vocis deceptorum modum receptum, qui putarint torrentem Kidron vel Kedron appellati a cédris, uti ab oleis mons olearum. Scripsisse igitur forte *τῶν Κέδρων*, quasi *torrentem cedrorum* diceret; etsi alii malint, scriptum a Johanne *τῶν Κέδρων* vel *Κεδρών* (quod nomen proprium illius torrentis fuit) sed a Græculo quodam illud *τῶν* in *τῶν* mutatum fuisse. Christum ibi orasse, ajunt Matthæus & Marcus, atque Lucas, sed illi, *ἔπεσεν ἐπὶ τῆς γῆς*, vel, *ἐπὶ προσώπων αὐτῆς*, hic, *θεὸς παὶ γόνατο.* Cum vero genua flectere, & se prosternere in terram, pro eodem ponantur nonnunquam, ceu ex Eusebio & Epistola Marci Aurelii ad Senatum Romanum pateat, non inconcinne observat, Lucam id ipsum dicere cum reliquis. In ipsis precibus apud Marcum, *Ἄβῶ ὁ πατήρ*, non fuisse formulam, quod Ludovicus Capellus & alii plures putarint, Græcorum pueris notissimam, sed Judæorum, qui Græce loquentes ex Ab vel Aba voce notissima fecerint *Ἄβῶ*; huic autem, affectus testandi causa, adjectam vocem Græcam, *ὁ πατήρ.* Græcis contra usitatissimum dicere, *Ἄπα πάτερ.* Dubiam prorsus & incertam esse conjecturam, qua Angelus corroborans Christum credatur Gabriel fuisse. Contra verò cogitari non inepte, Angelum illum conspectum e longinquo, nempe e cælo, locutum cum Jesu verbis disertis, eo modo quo *Angelus Domini* Gen. XXII, 11. *clamavit ad Abrahamum de cælo.* Sudorem Christi negat fuisse instar sanguinis concreti. *Descendere* enim vel *defluere*, *καταβαίνειν*, non convenire grumis sanguinis, sed guttis sanguinis. Quin particulam *ὡσει* notam

p. 40.

p. 51.

p. 69. 71.

p. 94. 95.

p. 103.

p. 126. 127.

p. 130-135.

veritatis hoc loco (nam de *ως* Joh. I, 14. ultro id concedit) non esse, Theophylacto, Photio, Grotio & Joh. Pricæo adstipularur. Unde negat, Christum sanguinem *vere* sudasse, cum obstet vox *ωσων*, quæ tantum similitudinem quandam innuat. Lucam enim dicere potuisse, *εγινετο ο ιδρωσ αυτου ε σπομποι αιμα* *ωσων*, vel simpliciter, *αιμα ιδρωσων*, sanguinem sudavit. Ad guttarum magnitudinem tantum respici: & guttas veri sudoris tam grandes fuisse ac solent esse sanguineæ, cum defluunt in terram. Non mirum autem, stante hac hypothefi, vanam illi esse disputationem; utrum purus sanguis fuerit, an humor serofus sanguine tinctus? &, utrum hic sudor sanguineus naturaliter efluperit, an vero miraculose? Verbum Christi apud Marcum XIV, 41 *αιμα* *ωσων*, ait hic usurpari impersonaliter, & significare Jesum, *jam secum altum esse*. Observasse CL. Grævium ad Florum, id proprie dictam de gladiatoribus, qui vulnerati essent, *habet*, scilicet *vulnus*. Transferri deinde ad illos, qui fatebantur se periisse. Non sine causa tamen mentionem fieri hic a Christo duodecim legionum. Duodecim enim fuisse, quos tangebatur periculi metus, Jesum & undecim ipsius Apostolos. Itaque singulis unamquamque legionem, (alludendo ad militiam Romanam, & imensum numerum exprimendo) respondere. Cajapham Pontificem maximum *illius anni* vocari a Johanne, non quod eo tempore semper annus fuerit Pontificatus; id enim vel solam Pontificum seriem, si inspiciatur, refellere; sed quod pro illo rerum statu, quo Præsides Romani pro lubitu creabant Pontifices, incertum esset admodum, an Pontifex hujus anni futurus etiam esset anni sequentis, Ratio genuina, quare ad Annam prius adductus sit Jesus quam ad Caipham, prodita perhibetur ab ipso Johanne; *erat enim socer Cajaphæ*. Ulteriore rationem hanc subesse, quod Annas per aliquot annos Pontificatu maximo functus, eaque dignitate a Præside Romano nulla sua culpa motus, socerque præterea Cajaphæ, majoris ex veteri instituto, quo durabat officium istud ad vitæ finem, autoritatis potentæque, quam Caiphæ, fuerit. Atque ideo Luc. 3, 2. & Act. 4, 6 Annam & Caipham nominari Pontifices, illumque collocari ante hunc, in ordine generis pontificalis. Post ista verba Johannis de Caipha, neutiquam hiatum agnoscit Bynæus. Cyrilli enim auctoritate præter meritum abusum Theodororum Bezam & alijs, Neque eam Cyrillo mentem fuisse, quod in-

terje-

terjecto demum commentario, non autem statim, subjungat, *misferunt autem eum ad Cajapham*. Vel explicationis gratia a Cyrillo poni ista, vel ea verba ab aliena manu postmodum commentario illius fuisse addita, citra ullam necessitatem. Cum enim dixisset Johannes, Christum ad Annam adductum *πρωτον*, satis indicari, eum postea alio deductum, monente Grotio. Matthæum, Marcum & Lucam omittere hoc; procul dubio quod in ædibus Annæ actum nihil omnino esset, & conventus apud Caipham institutus. Juvenem illum findone amictum, non fuisse secutum Jesum, antequam veniret proditor, quod Vossio Casaubonoque visum; sed demum, cum ex hortu Gethsemanes duceretur captivus. Sindonem vero non fuisse linteum ex pavore subito humeris injectum, sed vestem superiorem & tunicam lineam, quam supra vestes interiores gestare in more positum, hic vero, quod alias insolitum, nudo corpori indutam, ut profiliens videret, quid ageretur in tumultu: contra Maldonatum, Casaubonum, Grotium, Vossium, Gerhardum, Lichtfootum, alios. Prehensum juvenem illum a militibus Romanis, quos & Græci *ραβινοί* & Latini sæpe *juventutem* vocent: non autem ab adolescentulis cohortem Romanam ex urbe secutis. Omnia enim a Senatu Judaico ita fuisse disposita, ut nemo puerorum, quorum consuetudo est sequi captivos, potuerit accurrere. Neque putandum, a Marco lusum istiusmodi puerilem describi. Imo prehensum hunc juvenem ideo a militibus, ne clamore in urbe excitaret e somno alios, ciceretque tumultum. Ministrum illum publicum, qui Christo in domo Cajaphæ alapam dedit, non fecisse id, quod metueret, ne & ipse pro fautore illius haberetur, ceu quidam opinentur, decepti verbis Christi præcedentibus, *Ecce, illi sciunt, qua dixi ego*; ac sinotarent, *ipsi vestri satellites satis id norunt*. Id enim esse contra mentem Christi. Neque etiam fecisse id ex obtento zelotatum jure, quod non improbabile quidem, eertum tamen haud quaquam sit, sed ex ira. Verba quæ apud Johannem post ista sequuntur, *ἀπίστειλεν* (nam *ἐν* abesse a plerisque codicibus,) *αὐτὸν ὁ ἄνθρωπος δεδομένον πρὸς καὶ ἄφ' αὐτὸν τὸν ἀρχιερέα*, semper sibi glossema, idque antiquissimum visa, & ex margine irrepsisse in contextum & codices omnes, atque sic omnem solvi difficultatem, Byzantius asserit. Sicut nec in verbis Christi, *ὁ ψευθε καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως*, ullam quaesivit; ultro concedens, cum post

p. 226.

p. 231.

p. 234.

p. 237.

p. 264.

p. 265.

p. 269.

p. 298.

- p 301. ascensionem in cœlos accepisse communionem regni, potestatis, dominique a Patre, non honoris signum tantum. Quod autem sequitur, *Et videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli cum potentia & gloria multa*; ita interpretatur: Judæos non multo post visuros Jesum sedentem ad dextram potentia, & venientem in ira ad sumendam vindictam de rebellibus Judæis, hostibus suis præfractis. *In vel cum nubibus cœli enim venire* significare iram ac vindictam, Jesa. 19, I. Pf. 97, I. 2. Neque præmittere potuisse *ἀπ' ἀρχῆς* vel *ἀπὸ τῆς ἡμέρας*, *ab hoc tempore*, si ad sera tempora extremi judicii respexisset. Inprimis vero Luc. 19, 12. 14. idem dictum esse a Christo, *inimicos illos meos, qui noluerunt regnare me super se, adducite huc & jugulate coram me.*
- P-303. Eventum hoc confirmasse ipso Pentecostes die, & cum Evangelium prædicaretur Gentibus, frustra renitentibus Judæis, atque in everfione templi ac civitatis. Hæc enim signa evidentissima fuisse, Jesum adeptum esse regnum a Patre promissum, & esse filium Dei. His auditis
- p-309. Cajapham scidisse tunicam suam vulgarem. Vestes enim sacras summi Pontificis & reliquorum Sacerdotum reclusas fuisse in templo, ad ministrandum in sancto. Atque ideo Paulum Act. 23, 5. ignorasse, Ananiam esse Pontificem maximum; quod in judicio & senatu non sedisset cum vestitu suo pontificali. Scissionem insecuta sententia mortis decretoria & solennis, cum valida judicum condemnatione, videtur Bynæo; qui libro tertio prolixè asserturum se promittit, judicia capitalia Judæis ab Augusto post confiscatam Judæam non fuisse ablata.
- p-333. Difficilem quæstionem, an Petrus prima vice negaverit Christum in ædibus Annæ, ita solvit ex superiore hypothese; Jesu ab Anna ad Cajapham deducto contigisse demum, quæ sequuntur apud Johannem de negatione prima. Accedere, quod is secundam tertiamque negationem cum prima sic connectat, ac si Petrus hæctenus in uno eodemque constitisset loco, ne inde pedem movisset. Statim enim post primam dicere, *erat autem Petrus stans, v. 18.* & iterum secundæ tertiæque præmittere, *erat autem Simon Petrus stans, v. 25.* Narrationes Evangelistarum quoad circumstantias reliquas, easque plures, hujus negotii non dissentire a se invicem, quia Petrus, Marci præceptor, in tanta confertatione non nisi confuse retinere memoria potuerit, quæ contingebant, & discipulus Christi ille, qui cum Petro sequebatur, factum hoc modo cum una, modo cum altera circumstantia narraverit nunc huc

nunc alteri Evangelistarum, qui id solum, quod quisque audiverat, descripserint, *Anathema* sibi imprecatum esse Petrum, formula jurandi tunc solenni, i. e. separationem a Synagoga. Id, quanquam pro magno malo duceretur, sensum tamen hunc non habere, quasi Petrus coeperit se ipsum devovere, vel detestari, vel execrari, vel diris se obligare, quomodo prisca dixerint, *sic faciat mihi Deus, & sic addat.* Prolixissimus autem Noster est in eruenda significatione verborum Marci de eodem Petro, *ἐπιβαλὼν ἐκλαίει*, atque ex universo dissentientium apparatu eligit sententiam Theophylacti, Salmalii, Vorstii & aliorum, qui vertunt *injiciens vestem*, scil. capiti, *flevit*. In Græco enim subiuntelligi *τὴν ἐσθῆτα*, ut respiciatur ad morem Judæorum aliorumque populorum obvelandi caput, cum flerent acerbe, tanquam pudibundi. Circa genuinam notionem *πρατωρῆς* distinguit tempora. Vocem hanc olim denotasse tabernaculum castrense summi Ducis, qui veteri lingua Latina appelletur *Prator*. Postea cum regiones jure armorum in formam provinciæ redactæ administrarentur ab iisdem Ducibus, habitationes ipsorum retinuisse hoc nomen: eaque notione accipi in re præsentī, Pilatum *ἡγέμονα* appellatum Matthæo vocat *Procuratorem*, non *rationalem*, qui sine jurisdictione erat, sed qui *vice Præsidis*, vel *cum potestate*, adeoque habentem jus gladii. Et huic traditum fuisse Jesum non ideo, quasi ea tempestate adempta Judæis essent judicia capitalia; sed quia crimen læsæ majestatis, cujus accusabatur, pertinebat ad tribunal Procuratoris Romani. In conflictu opinionum circa mortem Judæ, allentitur Jacobo Gronovio: Matthæum narrare simplicissime strangulationem violentam, ab ipso Judæa patratam, ideoque præmisisse Evangelistam *ἀπιθῶν*, quod alias abundare videbatur. Lucam autem narrare infamiam, quæ post mortem facta sit Judæ cadaveri: simulac enim illa innotuerit, *in præcepsum datum* ab aliis, ut omnium oculis insepultus ad occasum Solis usque pateret, *crepuisse medium* &c. Quomodo Jeremiæ nomen expressum sit apud Matthæum, cum ipsum vaticinium de agro figuli legatur apud Zachariam, multo adhuc magis torsit Bynæum; adeo ut tandem cum Calvino dicat, *me nescire fateor*. Pium quidem esse, quod Augustinus consulto hæc nomina a Spiritu Sancto permutata fingat, ut innueret, uno eodemque Spiritu olim astos vates. Verum hoc ipsum non modo subtilius multo quam solidius, sed etiam frivolum prorsus videri

p. 363.

p. 383.

p. 408.

p. 411.

p. 415.

p. 448.

p. 462-479.

p. 477.

K

alie-

alienumque. Cur enim Jeremiæ potius, quam Mofi, aut Davidi, aut Ezechieli tribuerentur ea, quæ apud Zachariam leguntur? Denique sensum istorum verborum Zachariæ non pervertisse Matthæum, sed hunc omnino constare, ostensurum se pollicetur doctissimus Bynæus libro quarto.

JANI VINCENTII GRAVINÆ OPUSCULA.

Romæ, apud Antonium de Rubeis, 1696. in 12. plag. 9.

Humanioris literaturæ cultum si quis Alpes, spretis Italiæ finibus, trajecisse existimet, nã is clarissimo præsentium opusculorum exemplo potest redargui; adeo terso limatoque sermonis genere conscripta deprehenduntur singula & elaborata. Ac primo quidem, quod *Specimen prisçi juris* inscribitur, id egit Autor clarissimus, ut ex veris ac primis principiis Romanorum Jus Civile derivet. Postquam enim ad Origines Juris Civilis integro opere exponendas animum is adjecisset, aliquem laboris sui gustum hoc specimine, ex prolixioribus commentariis excerpto, dare publico constituit. Ad legum itaque & imperii incunabula ut Lectorem ducat, supponit initio, legem juxta & imperium non sapientibus, sua quibus ratio lex sit & imperium, sed iis posita fuisse coercendis, ad quorum animos componendos ratio non valeat; ut, quæ perturbatio propria ratione non reprimatur, ratione ac potestate publica, aliave majori perturbatione, mortis nempe ac pœnarum metu, contineatur. Si quem lege premi contingat, eum non aliena vi, sed sua potius imperii portione gubernari, ideoque non esse dubium, quin omnium tueri leges intersit, utpote vinculum publicæ salutis, qua contineri unusquisque & suam sentiat.

p. 15.

p. 16.

p. 29.

30. seq.

33.

Enumeratis hinc variarum gentium legislatoribus, ex Atheniensium legibus magnam partem manasse Jus Romanorum ostendit: ubi & de Jure Regio, quod Papirianum nominant, disserit, & num omnes leges regiæ, au vero ad stabiliendam dominationem regiam pertinentes solum sublata fuerint, disquirat. Inde legum tabulis XII comprehensarum originem, auctores, & confirmationem ita persequitur, ut credas non frustra dictum a Cicerone: omnium Philosophorum bibliothecas unum sibi videri XII Tabularum libellum, si quis legum fontes & capita viderit, & auctoritatis pondere, & utilitatis

tatis ubertate superare. In iisdem colligendis, disponendis, ac interpretandis laudat Jacobi Gothofredi operam; singularum dein tabularum argumenta recenset, evolutis simul, qui passim in iis occurrunt, obscurioribus terminis. Expositis tabularum argumentis, ad Jctorum actus legitimos, aditionem videlicet seu cretionem hæreditatis, mancipationem, acceptilationem, tutoris ac libertatis dationem, & servi aliusve rei optionem explicandam progreditur: quibus ut adoptionem annumerat, Ulpiani auctoritate motus, sic ex eorundem classe eximendam usurpationem censuit. Singula vero in *Libris Originum*, quos promittit, latius se velle persequi innuit.

Opusculorum alterum elegantem dialogum exhibet, quo *Latina lingua* præstantia luculenter asseritur. Largitur equidem disertissimus Vir, historias & disciplinas popularis quoque sermonis luce satis esse jam promptas; negat tamen in aliena lingua oratores & poetas venustatem & elegantiam propriam retinere integram, quod natus lepor peregrino linguarum ingenio corrumpatur, quodque vigor & ad spectus nativæ eloquentiæ novis exterisque coloribus inducatur statim & aboleatur. Negat vernaculas, quæ a Latina velut a capite perfluant, retineri conservarique posse, nisi ad Latinam, & inde ad Græcam, quæ omnium fons & origo sit, revocentur. Græcam equidem & origine, & auctoritate, & dignitate præstare cæteris; unam Latinam nihilominus cogitata hominum & res gestas in orbis terrarum universi partes disseminare quam felicissime, & adæquare cum omni posteritate scriptoris memoriam. Hinc ad quæstionem de Romanorum genere, & utrum gentis hujus auctores Græci, an Trojani fuerint? eo potissimum sine digreditur, ut Latinam non aliunde rectius, quam a Græca erui posse demonstrat. Latinæ studium fuisse nunquam a Græcarum literarum cognitione sejunctum; imo quasi perpetuum elegantiae foedus inisset, pulsas Latinis literis simul exulasse Græcas, iisque revocatis & has rediisse. A Græcis porro non modo omnem scientiam & eruditionem esse profectam, verum & ipsas literarum formas, quas a Phœnicibus Græci perhibentur accepisse: non levi argumento esse, quod olim eadem fuerint Latinorum & veterum Ionum literæ, teste tabula Delphica, Minervæ quondam dicata in Palatio. Neque Italiam Græca lingua carere potuisse, quod magnam partem Græcorum esset coloniis occupata. Populorum commercium commercia

p. 36.

p. 71.

85.

86.

p. 101.

p. 106.
seq.

108.

114.

p. 123.

doctrinarum excepiſſe, Græcique ſermonis uſum ad ſcholas & univerſa literarum ſtudia ſimul cum ipſis literis derivatum propagaffe. Solenne Romanis fuiſſe, quotquot ſermonis & morum elegantię ſtudio incumbent, conferre ſe in Græciam, ut una cum philoſophia & eloquentia Græcæ linguæ uſum quoque addiſcerent. Celeberrima ſcholarum fuiſſe Athenienſem, ubi philoſophia & eloquentia privatis veterum Philoſophorum diſputationibus excitata, poſtquam ſub umbra conſediſſet, migravit in forum. Neque barbaros ſolum, verum & Regum filios ad ingenuas addiſcendas artes eodem miſſos commemorat. Proximam fuiſſe Rhodiam, artium & eloquentiæ ſtudiis percelebrem, & vel unum ob Ciceronem a Milone Rhodio perpolitum, quæ ſummis laudibus efferatur, dignam. Diſcurrentibus poſtea Alexandro duce una cum Græcorum armis, artibus & inſtitutis, doctrinarum ſcholas diverſis in regionibus legi fundatas. Alexandrinam cum primis, ubi Ægyptiorum, ſingulis morbis certos medicos adhibentium, exemplo tanta fuerit medicæ artis celebritas, ut qui operam iis dediſſet doctõriſus, apud nationes alias in ſumma verſaretur eſtimatione doctrinæ. Eloquentiæ & philoſophiæ gloria eam ceſſiſſe quidem Atticæ; poſt acceptam vero a Chriſti diſcipulis veram religionem, divinarum legum interpretatione, & cognitione ſacrarum literarum longe cæteras ſuperaffe; quod Clementis Alexandrini, Origenis, Athanaſii, & Cyrilli confirmatur exemplis. Græcorum linguam itaque apud omnes omni tempore manſiſſe incolumem concludit, ſtudiisque diſciplinarum, librorum copia, ac inventione omnium artium & facultatum in gentes atque ætates manaffe univerſas. Quod uti ſecundum Græcam nulli præterquam Latinæ contigerit: ſic de vulgariſus ſperari nihil horum poſſe, quippe quæ & amplitudine imperii, & inventorum dignitate, & auctoritate antiquitatis, & conſenſu univerſorum deſtituantur.

p. 129.

His aliisque rationibus utilitate linguæ adſtructa, incredibilem, qua pollet, gratiam & voluptatem inde ſuadet potiſſimum, quod miris modis ornari, & contãhi modo, modo laxari, & ad numerorum ac ſententiarum varietatem flecti queat, verborum item luminibus, mirisque translationibus illuſtrari. Gaudere enim eam terminationis varietate, qua vocum ſingularum certas & præcipuas affectiones, ſive caſus in nominibus, perſonas in verbis, numerum in utriſque notet

ac

ac distinguat. Duci proinde verba ad numerorum & ornamentorum rationem posse solo dicentis arbitrato: sic ut sententia minime obscurata, perturbatave, trajectis etiam verbis numeroſe nihilominus atque concinne cadat oratio. quo ornamenti genere vulgares careant. Cætera jucunditatis argumenta quamplurima, præteritione adhibita attingit. Translatione sensum verborum non mutari, dum probatur, confectarii loco monet, e manibus nunquam amittendos esse Comitos veteres, quod hi præ cæteris propter proprietatem sermonis, & popularem loquendi consuetudinem, nativam reddant verborum significationem, qua perspecta id lucremur, ut cautiore in translationibus, imo tutiores & feliciores evadamus. Postrema dialogi pars diversas linguæ Latinæ ætatès, & quinam auctores ad unamquamque referri mereantur, explicat. Nativam incorruptamque Latinitatem ad ætatem Augusti in cunctis ejus ævi scriptoribus viguisse; ab hujus vero morte cum propter colluviem peregrinorum, tum propter exterorum dominationem inclinasse, quorum regia ut peregrinis moribus, sic verborum quoque insolentia scaturit.

130.

134.

137.

Tertium Opusculorum uti pro argumento *Conversionem Doctrinarum* habet; sic Auctor in eo de re literaria, de scientiarum statu, pretio & contemptu, nec non de fatiſ eruditorum præcipue per Italiam, erudite differit. Ab hac equidem cum bene vivendi, tum recte sentiendi leges, ipsamque propemodum humanitatem, aliis primum nationibus affuisse, aliquando tamen in summam artium bonarum ignorationem eam esse demersam: nec defuisse rursus, qui artium liberalium institutionem Italia abactam ac proscripſtam, e prisca arcesſiverint fontibus, rectaque studia longo jam tempore intermissa revocarint, quorum principem Franciscum Petrarcham facit; melius processisse cuncta, ex quo ad cultum Latinitatis, Græcarum literarum studium accesserit. Græcia enim in barbarorum potestatem redacta, eam vastitatem pervasisse florentissimas olim orbis regiones, ut coacti illius temporis eruditi fuerint; conspiratione animorum facta, patrios Lares cum solo peregrino commutare, avectaque secum Græcorum doctrina, in Italiam velut ad aram confugere. Qua ratione factum, ut semel atque iterum scientiarum lucem Italiæ attulerit Græcia. Porro & eos commemorat, quibus quasi ducibus humaniores literæ Italiam pervagata, trajecterint Alpes, sic ut uno tempore non ex Italia

P.148.

149.

150.

K ;

solum

solum, sed e remotissimis quoque regionibus priscum & Græcorum, & Latinorum ingenium eluxerit. Consentiam dedisse Janum Parrhasium, & Pomponium Lætum, vetusti moris juxta & elegantiae vindicem; Etruriam Politianum, Petrum Victorium, Acciajolium; Venetias Hermolaum: quemadmodum & succedente tempore Erasmus Belgium, Germaniam Reuchlinus, Budæus Galliam, Morus Britanniam Græcis Latinisque copiis instruxerit. Hinc Italorum Poetas adducit, in quibus splendor veterum, vis, ubertas, & artificium revixerit, laudatis simul iis literarum restitutoribus, qui e tenebris eripuerint Hispanias. Latinæ eloquentiæ, cujus primas ferat Italia, non multiplici duntaxat eruditione, verum & abstrusa vetustatis universæ notitia, & infinita linguarum cognitione respondere Galliam. Lambino enim, Turnebo, Ramo, Petro Fabro, Petito, aliisque missis, in unius ait Josephi Scaligeri magnum, uberrimum, & admirabile ingenium confluisse, quicquid post homines natos mandatum literis, quicquid in obscurissima vetustate reconditum, quicquid illustrius in universarum gentium linguis confusum fuerit ac dissipatum; cui tamen & Casaubonum, Salmasium, Bochartum non dubitavit jungere,

155.

Jurisprudentiam Romæ quidem natam & cultam, verum nugarum mole subinde obrutam, a Nebrissenfi, Budæo, Alciato sublevatam esse: a Connano autem, Duareno, Brissonio, Donello, Barone, Revardo, Vinnio, Grotio, Antonio Fabro, quique jus omnium & industriam circumscripterit, Cujacio in lucem revocatam. Vulgarem Physicam Dis, ut ait, iratis natam fugavisse Bernhardinum Telesium Cosentinum, & hujus e schola doctissimos per Italiam viros, quorum catalogum texit, prodiisse. Italorum res eo interim adductas hodie conqueritur, ut quorum scripta dudum exempla fuissent exteris, nunc paucis exceptis, nil nisi jocus sint atque ludibria, consuetudinis pravae potius, quam ullo ingeniorum vitio. Adeo corruptam enim invaluisse nuper judicandi rationem, ut si quis natura ad eloquentiam sinceramque doctrinam feratur, is pessimorum usu librorum & pravo multitudinis judicio, ab opere recte instituto deterreatur. Non scriptoribus, sed monstris obsideri studiosorum animos, nec virtutibus orationis amplius, sed infucatis vitiis rapi. Conscribi a novorum audacia libros, stylo tam tumido, tam insulso, tam agresti, tam putido, ut cum ab istorum lectione discesseris, ad circum potius, quam ad forum

159.

rum idoneus tibi videaris. Minime ferendos esse, qui Plautum putent, Terentium, Ciceronem ipsum ab Apulejo, Sidonio, Aufonio, Marciano; Horatium a Juvenali & Persio; Virgilium, Catullum, Præperium, Tibullum, Ovidium a Lucano, Statio, Claudiano, Martiali, Sillio; Sallustium, Nepotem, Cæsarem, Livium a Floro, Suetonio, & Marcellino superatos. Quemvis sanum & cordatum merito exardescere, ubi leporem a scurrilitate, magniloquentiam a tumore, munditiam a sordibus, nativumque Romani oris sonum ab importuna peregrinitate fugatam viderit. Magistratus & honores divino humanoque jure non opibus, non gratiæ, sed virtutibus ac literis decerni. Reperiri tamen ex judicium eo in genere & arbitrorum numero, quibus non alia conditione proberis, quam si vitam impuram impura cum dictione conjunxeris. Quamvis autem fastigia rerum vitiosa ratio teneat, rectam nihilominus insinuare se nonnunquam privatim, & firmiter emineat, saltem reperere; sponte sua quoque ingenia interdum in agris veluti incultis ac prope desertis pullulare, & mirabili ratione per se eniti & efflorescere.

p. 164.

p. 167.

De Contemptu mortis in *quadrato* ita differit, ut ex arte bene moriendi recte vivendi rationem deducat. Negat inter alia, peregrinum laudaturus, posticis Romanis moribus retineri civitatem. Civem enim Romanum esse, non quem septem colles ediderint ac educarint; sed qui e veteribus Romanorum institutis sit expressus ac formatus, qui in antiquitatis memoria versatus probe, e veterum cognitione & imitatione factorum susceperit ac referat mentem animumque Romanum; quo qui careat, eum in Capitolio licet natum, exulem, non civem esse. Contra quisquis constans in retinenda libertate sit, quisquis in sacrorum fide religiosus, in adeundis periculis impiger, fortis in patriis legibus institutisque tuendis: quisquis ad voluptates temperantiam, ad injurias magnanimitatem, ad sumtus magnificentiam, ad secundas adversasque res æquabilitatem animi adhibeat, eum vel extincta Roma veteri, quamvis e media Scythia fuerit exortus, a Romanis virtutibus civitate Romana donari; præsertim si Romanos mores non factis solum, sed incorrupto etiam usu Latini sermonis expresserit. Nominis enim Romani & urbis dignitatem in eo conservari maxime, in quo lingua, morum index, & Romani mores intermortui reviviscant. De cætero fontem vitæ rationem esse, quæ alatur cog-
gnitio-

170.

175.

177.

p.179. gnitione veritatis & exercitatione virtutum; quorum alterum errorum tenebræ, alterum vitiorum sordes nobis eripiant; adeoque mirum non esse, majori mortis formidine stultos corripi, quod vivere ante definant, quam ad vitæ limen unquam pervenerint. Sapientis vitam esse perpetuam exercitationem mortis, & mortem æternæ institutionem vitæ, imo aditum ad immortalitatem. Quorum autem nulla pars corporis vacet voluptate, & quorum omne tempus transmittatur vitiis, iis vel eo nomine mortem gravissimam videri, quod omnes amittant, cujus causa vitam instituerint, & qui superstiti animus, aegoribus nunquam finiendis reservetur.

184.
188. leg.

De *Luctu minuendo* cum in *Opusculorum quinto* agitur, ostendit inter cætera, non nisi humanam ignorantiam, quæ rerum eventus aliosum trahat, quam quo Deus intenderit, cuncta propriis affectionibus sic labefactare, ut vel intempestiva appareant nobis, vel immatura. Ubi vero spatium a Deo definitum natura duce quis compleverit, ejus nec immaturum obitum, nec tardum posse videri, perinde ut nec equum tarditatis accusemus, nec aquilam celeritatis nimiam, quod hæc, quam ille celerius lineam transilierit.

191.
196.
199.

Postremum Leges Arcadium proponit, qui ante sexennium forte, novam societatem Romæ, Musarum cultum & probitatem vitæ promovendi studio, inierunt. Quos inter cognomen *Opici Erymanthæi* assumere ut *Gravinæ* placuit, sic *Sireni* Nobilissimo *Malagonnello* (eius Orationes summum ingenii acumen undique spirantes, in Sectione I Tomi III Supplementorum pag. 43. non ita pridem recensuimus) tributum observamus, qui nec inter prima renascentis *Arcadiæ* nomina ferri se dissimulat. Hasce leges jam probat, & tuetur Auctor clarissimus, succincta oratione legibus subjuncta.

p.120.

Quod denique hisce opusculis annectitur, lingua Italica ab eodem Auctore conceptum, dictoque superius anno Romæ impressum, senis absolvitur plagulis, Eminentissimo Cardinali *Boncampagnio* dicatum, sub titulo: *Delle Antiche Favole*. In illo de *μύθη* sive fabula agit, quæ, uti norunt, quibus remota paulisper cortyna penitiores poeseos recessus introspicere licuit, non epici tantum atque dramatici, sed cujusvis alterius etiam carminis naturam præcipue constituit. Postquam itaque sub initium statim, quid tandem sit in fabula tantoperè animis Lectorum auditorumque sese aptum insinuare, acute

p.12.

MENSIS FEBRUARII A. M DC XCVII. 81

acrite satis indagasset ; ex hac ipsa doctrina deducit , quam necessarium sit , ut verosimilitudinem fabula obtineat semper , nec quidquam fingat a natura alienum ; hoc enim si fiat , actum fore de illa quam habet occulta animos flectendi virtute. Quantus in hac arte magister Homerus fuerit , jam porro ostendit , quem optat ut imitentur moderni poeseos , dramaticæ imprimis , corruptores , qui nihil fingant , nisi quod a natura quam alienissimum sit , contemnentes nihilominus præ se antiquos illos divinæ hujus artis antistites , quibus ingenium defuisse putent , quo minus sublimia , ad quæ scilicet ipsi sese attollant , petere valuerint. Verum quam mali veterum iudices tales existant homunciones ostendit , in originem erroris eorum satis accurate inquirens. Quo facto genuinum fabularum usum investigare pergit. Qui cum nullus alius sit , quam universales veritates , tam morales quam physicas & theologicas , materiali quasi aliquo habitu induere , ipsisque oculis ita sistere intueudas , ut eo vehementius iis rudioris plebis præsertim feriantur phantasiæ. Omnium fabularum , tam quæ virtutes & vitia representant , quales Tantali , Sisyphi , Furiarum & aliarum sunt , quam quæ ad divinam naturam & attributa spectant , fundamentum atque ortum hinc unice reperit. Et hac quidem occasione in ipsa prima fabularum inquiri incunabula , atque adeo in ipsius poeseos originem. Quam ubi apud Ægyptios invenisset , qua ratione ad Græcos translata sit , docet , Orpheumque imprimis esse ostendit , qui huic animum adjecerit , donec Homeri opera ad summæ perfectionis fastigium fuerit evecta. Ne autem fabularum usus exiguus cuiquam videri queat , in sequentibus luculentis evictum dedit argumentis , aptas magis eas esse , quæ hominum animis sese insinuent , eosque præceptis utilibus instruant , quam si res gestæ historica methodo simpliciter proponantur. Et sic denique ad enarrandas varias poematum , quæ fabula animantur , species præcedit ; ita ut epicæ primum , deinde tragicæ , post comicæ poeseos naturam paucissimis exponat. Tandem lyricæ quoque carmina expendit , atque ea etiam non minus ac reliqua fabulam suam semper habere , eodemque gaudere , quo prius commemorata , alimento ostendit. Quod etiam de elegiacis , quibus cum Tibullo & Propertio Ovidius inclaruerunt , tenendum monet. Hisque omnibus expositis , præcipuos fingendi artifices , tam Græcos quam Latinos , recenset , ita ut cujuslibet characteres , virtutesque exi-

p. 14.

p. 15.

p. 21.

p. 28.

p. 30.

35.

44.

65.

87.

mias nativis coloribus, qua est ingenii elegantia, vividissime depingat.

ERICI ODHELII GÖTHI, S. THEOL. D. ET PROF. ORD. Upsalienfis, & paulo ante obitum confirmati Pastoris Stockholmensium primarii & Consist. Eccl. Præsidi, Operis inediti particula, qua certis exemplis ostenduntur conciliationis religionum pericula, & sectariorum callida artes irrependi in gregem Domini eumque seducendi.

Strenghesiz; typis Johannis Ramberg, 1696. in 8. plag. 47.

DUODECIM capitibus hoc specimen absolvitur, e quibus tertium solum ligere lubet, quod inscribitur de *Liturgica impostura, qua paulo ante hoc seculum Ecclesia Suecana fuerunt divexata*. In hoc capite B. Autor refert, ab eo tempore, quo Catharina Jagellonica, Regis Poloniae Sigismundi Augusti soror, Johanni III Duci & postea Regi nupsit, Johannem Herbertum, Antonium Possevinum, aliosque Pontificios Sacerdotes, crebris Stanislai Hosii Episcopi Warmienseis & Cardinalis literis instructos, simul cum Regina, ut Romanae Ecclesiae sacra in regnum Sueciae reducerentur, strenuam operam dedisse, & filio quoque Regis Sigismundo Pontificios praeceptores, Nicolaum Mylonium, Nicolaum Raschium & Arnoldum quendam adhibitos fuisse. Inter varias artes, quibus Romanae sedis emissarii usi sint, has commemorat, quod ab initio sermones suos ita temperaverint, ut nihil monstrari viderentur; quod rituum evangelicorum simplicitatem perstrinxerint, & reformatione Lutheri contemptim habita antiquitatis studium extulerint; quod Suecos quosdam praestantis ingenii juvenes Romae & alibi in scholis Pontificiis educari curaverint, quorum opere Papatus in Sueciam feliciter reduci posset; quod declarationes suas non simul & semel, sed particulatim editas speciosissimis verbis inestruerint, & sub praetextu majoris in euku sacro reverentiae excitandae novam liturgiam contexerint, subdolis verborum involucris ita adornatam, ne Papistici, quos ea continerit, errores primo statim aspectu deprehendi possent. Enarrat deinde, quanta mala nova haec liturgia pepererit, cum Rex his aliisque artibus deceptus eam in omnes regni sui Ecclesias introduci jussisset, multique sinceri veritatis evangelicæ confessores dignitatibus exuti, proscripti, carceribus inclusi

alii-

aliisque modis vexati fuerint, nec pauci tam ecclesiastici quam politici ordinis homines, sive minis territi, sive fraudulentis illecebris perfrasti, in hac tentatione nutaverint. At nec defuisse, qui, cum missa sacrificium aliaque Papismi semina in nova illa liturgia foveri animadvertent, eam non damnare non potuerint, & quidvis pati quam veritatem abnegare maluerint. Hos inter Auctor noster commendat Theologos Upsalienses M. Petrum Jonæ Helsingum, M. Olaum Petri Medelpadium, M. Olaum Luth, M. Nicolaum Olai Bothniensem, M. Petrum Kenisium, & M. Ericum Jacobi Scinnerum, qui ne Academia illa novæ liturgiæ fermento inficeretur, invicta sua constantia effecerint. Commendat insuper Principem sapientissimum Carolum, qui integram fere Strengnensem diocesim multosque alios eo confugientes immunes præstitit, nullumq; in Ducatu suo locum Papisticis machinationibus reliquerit. Refert quoque multos, qui parum cauti palpum sibi obrudi siverant, simul ac latentem in herba anguem conspexerint, velut agmine facto ad invictos confessores accessisse, ipsumque Regem fraude agnita ægerrime, quod eo usque processerat, tulisse, sanctissime contestatum, quod novam liturgiam non in Pontificis Romani gratiam, sed ad augendum ministerii ecclesiastici honorem, & majorem reverentiam sacramento Cœnæ Dominicæ conciliandam approbaverit.

Reliqua hujus Speciminis capita agunt de fraudibus hæreseos Arianz, de tentatione Interimistica, de conciliatione inter Lutherum & Zwinglium Marpurgi tentata, de concordia Witebergensi, de fraudibus Sacramentariorum in Gallia, de consensu Sendomiriensi, de Ecclesiis Evangelicis in Palatinatu Rheno per Calvinianos occupatis, de Calvinismo Bremensi, de mutatione religionis in Ecclesiis Anhaltinis facta, de Crypto-Calvinistis Witebergensibus & Lipsiensibus, & de Synodi Dordracenæ & colloquii Thoruniensis processu. Quanta autem brevitate singula tractentur, ex plagarum numero colligi potest, quem pro more nobis recepto supra indicavimus.

GEORGII WOLFFGANGI WEDELII MED. D. COMITIS PALATINI CASAREI, THEOR. PROFESS. ORDIN. CONSILIARII & ARCHIATRI
 Ducalis Saxonici EXERCITATIONES PATHOLOGICO-THERAPEUTICÆ.

Jenæ, sumptu Joh. Bielckii, A. 1697. in 4. Alph. 1.

Is hætenus Auctor illustris scriptis inclaruit, ut nemini obscurum esse possit, quanta ex illis emolumenta in rempublicam literariam redundarint. Inter gravissima tamen, quibus implicitus est, negotia, petitis ac desideriis studiosæ juventutis porro gratificaturus, decem Dissertationes Pathologico-Therapeuticas, quas in usum ejus antehac jussit seorsim lucem adspicere, jam quoque conjunctim editas voluit exhibere, ut eo promptius aliorum etiam oculis exponerentur. In eo totus est Auctor celeberrimus, ut memoriæ omnium consulat, universamque adeo Praxin Medicam succincte breviterque explicet delineetque, quo absque nausea ab omnibus felici cum successu possit addisci. Sepositis hinc sententiis aliorum, nova facillique utitur methodo, cujus ideam olim Tabulis Pathologico-Therapeuticis anno 1687 excusis exhibuisse videtur; persuasus, accurata Pathologiæ æque ac Therapiæ cognitione rem omnem posse absolvi, quod illa tradat, quid sit agendum, hæc verò exequatur & deducat in effectum. Cæteras interim Medicinæ partes minime excludit, illasque ministrare ac velificari his ut potioribus opinatur. Decem vero constituit morborum genera, nimirum febres, inflammationes, dolores, obstructions, fluxiones, tumores, ulcera, vulnera (sub quorum titulo etiam fracturæ ac rupturæ ipsi veniunt) læsiones sensuum, & læsio motus; horumque nomine, quicquid corpus nostrum lædere valet, nitide enucleat, diversos, qui accidunt, affectus, phænomena, & causas enarrando, debitamque ac sufficientem curam singulis adjungendo.

JOHANNIS LOMEIERI, ZUTPHANIENSIS, DIERUM
Genialium sive Dissertationum Philologicarum
Decas secunda.

Zutphaniz, ex officina Johannis van der Spyk, 1696. in 8.
Constat Alphab. 1. plag. 10 1/2.

Cum in his Actis nostris A. 1694. p. 134. primam Dierum Genialium sive Dissertationum Philologicarum a clarissimo Lomeiero editarum decadem exhiberemus, indicavimus simul, & alteram earum aliquando in lucem esse prodituram. Hanc igitur; postquam ea in manus

hus nostras commode incidit, simili, quo olim primam, modo recensimus.

In prima nempe Dissertatione agit Auctor de urbe *Zutphania*, (juxta quam ipse anno 1636 in hanc lucem fuit editus, patre in arce & toparchia Keppelio Evangelii ministri munus obeunte;) paucissima tamen, quæ ad ejus historiam possint facere, suppeditat, quin potius in eò totus est, ut catalogum eorum texat, qui Ecclesiæ Christi scholisque, tum in urbe illa, tum extra eam, inde tamen oriundi, præfuerunt. Ecclesiasticos in duas classes dispescit, aliosque ante reformationis tempora cœlestis veritatis testes sub ipso Papatu fuisse, alios post exortam Evangelii lucem floruisse innuit. E priorum numero duos, Gerhardi de Zutphania nōmine insignitos, introducit, quos alii quidem, & sigillatim Jo. Isacius Pontanus, confundant, ac non nisi unum istius nominis fuisse statuunt. Et facilem quidem fuisse hunc errorem dicit, non ob ὁμωνυμίαν solum, sed vitarum quoque ἀνυχρονισμόν. Alterum eorum Theologum Coloniensem egisse, alterum vero contemplativæ vitæ addictiorem Daventriæ in domo D. Florentii vixisse, & hunc cognōmento Zerbolt insignitum legi perhibet. Hos ex iis, qui ante reformationem inclarere, commemorat. Sed longe amplior illorum seges est, quos inde a reformationis temporibus floruisse notat, interque hos quam maxime Henrici Zutphanienfis, Hermanni Averkampii, Guilielmi Baudattii, Sebastiani Dammanni, Bernardi Crusii, Abrahami Beckeri, Nicolai vander Meer, Samuelis Basnagii vitas prolixius recenset, de se quoque ipso p. 32 seq. dissertens, unde, quod jam inde ab A. 1674 ministerio verbi apud Zutphanienfes fungatur, & simul ab annis decem in schola illustri bonas literas ac philosophiam practicam profiteatur, cognoscas. In scholastico vitæ genere claros Zutphanienfes Thomam Gyse, Engelbertum Engelen, Wilhelmum Wilhelmium, Georgium Contadum Crusium, Samuelem Piuscum, Johannem Flenderum & Petrum Gakelium nominat, ac singulorum officia, nec minus plerorumque scripta recenset; tandemque tredecim anagrammatibus e nomine Sutfania formatis hanc Dissertationem concludit.

Secunda Philopatris inscribitur, & post assertam patriæ differentiam, qua alia vocari naturæ, alia civitatis possit, plures natalis sui soli amatores impensissimos enumerat. Sed nec eos omittit,

qui odio maxime indecoro illud fuere profecuti. Prolixissimus tamen Auctor est in cumulandis talibus exemplis, ubi cives bene meritos patria male habuit; qua occasione de ostracismo quædam inspergit, ac post belli duces indigne a suis civibus tractatos, viros quoque eruditos, quos parum aut nihil curavit patria, enumerat, Anacharsin puta, Socratem, Stilponem Megarensē, Demetrium Phalereum, Hermodorum, atque alios. Tandem in causas inquit, cur Prophetas suis civibus invidiosos esse, Servator pronunciaverit. Triplicem nempe ejus rei causam allegat, unam, quæ sit in Prophetis ipsis, eorum videlicet præsentiam ac familiaritatem; alteram, quæ in ipsorum hæreat officio, veritatem odium parientem; ac tertiam, quam in civibus versari ait, invidiam, quæ aliorum fortunam dolentibus & malignis oculis intueatur.

Differtatio *tertia*, una cum sequentibus *quarta quintaq; septem sigilla Apocalyptica illustrat*. Ubi sub initium supponit Auctor, scriptum esse Apocalypseos librum non imperante demum Domitiano, sed sub Claudio, nec Johannem tunc in Patmo fuisse tanquam exulem aut deportatum, sed prædicasse ipsum ibi Evangelium. Hæc autem ideo in antecessum observat, ut in sequentibus visionibus potissimis prædictiones futurorum contineri evincat. Deinceps in visione sigilli primi Apoc. VI, 1. 2. descripta, Jesum exhiberi statuit, prout post suas passiones in gloriam ingressus, missis Spiritu Sancto, per Evangelii præconium victorem se universo orbi stiterit. In visione secundi sigilli c. VI, 3. 4. bellum Judæis immissum; famemque istud insecutam sigillo tertio v. 5, 6; quartoque v. 7. 8. pestem illam excipientem notari auctumat, Sigilli quinti visionem, v. 9. 10. 11. descriptam, interpretatur de animabus Martyrum, quas Johannes conspexerit sub altari, quo Christum animas sub tutela sua servantem denotari putat. Per vestes albas iis datas, virtutes fructusque Spiritus Sancti intelligit. Circa sextum sigillum tres distinctas visiones considerat, quarum primam a v. 12 ad 17 propositam, excidium Hierosolymitanum respicere existimat, Solis obscuracionem de lege ceremoniali post Christi ascensionem abrogata; Lunæ vultum sanguineum de Ecclesia sanguine Martyrum in persecutionibus, tum a Judæis tum a Gentilibus inde a Nerone excitatis, in effectam; stellas decedentes de ministris in Veteris Testamenti ministerio post Christi mortem occupatis; montium & insularum

tum de incolis horum locorum in exilium actis interpretatur, simili-
 que modo reliqua verba omnia ad miserum Judæorum statum exci-
 dii Hierosolymitani tempora concomitantem applicat. Secundam
 visionem c. VII, 1-8 depictam exponit de Ecclesia Christo e Judæis col-
 lecta, atque heic per Angelos insistentes quatuor angulis terræ, mini-
 stros Ecclesiæ non in orbe toto sed in Judæa solum intelligit. Tenuisse
 eos ventos, hoc est, operationes Spiritus Sancti, præsertim postquam
 sibi silentium imposuissent, ne loquerentur Judæis Evangelium, cum
 illud blasphemassent, Act. XIII, 46. Sed mandasse tamen Angelum il-
 lum magnum Christum, ut, quamvis indurati Judæi excludendi es-
 sent, ventos tamen in salutem electorum spirare sinerent. Hos enim
 intelligit per signandos signaculo tali, cujus ἀρχέτυπον sit Dei æter-
 num eos servandi propositum, ἔκτυπον autem vocatio per verbum
 & sacramenta, efficax per arrhabonem Spiritus Sancti. Numerum ali-
 um facit generalem & incertum, centum puta quadraginta quatuor
 millia, alium specialem ac determinatum, duodecim nempe millia
 e singulis tribubus collecta. Circa tribuum enarrationem, cuꝝ tribus
 Dan cum tribu Ephraim omissa fuerit? disquirat, verum incertam esse
 rationem respondet. Forſan ideo omiſſam eſſe tribum Dan, ut ea et-
 iam nunc pœnas daret ejus idololatriæ, in quam patres olim inter pri-
 mos prolapsi legantur Jud. XIX, 30. 31. tribum autem Ephraim forte-
 an idcirco, ne excederetur numerus duodenarius, ipsam enim jam in
 paterna Joſephi tribu cenſeri, aut etiam, ut nova haberetur deteſtatio
 peccati Jerobeami, primi Regis decem tribuum, qui ex Ephraimo ori-
 undus conſtitit vitulos aureos, atq; adeo auctor fuerit illius ſchiſmatis
 & peccati, quod ejus deinde ſucceſſores imitatos fuiſſe conſtat. In viſio-
 ne tandem ſigilli hujus tertia v. 9. ad ultimum, Eccleſiam e Gentilibus
 colligendam adumbrare innuit, atque in verborum ad rem præſen-
 tem accommodatione methodo eadem utitur, quam in antecedenti-
 bus adhibuerat. In ſigilli ſeptimi viſione cap. VIII, 1-6. per factum in
 cœlo, quod ſit, in Eccleſia, ſilentium intelligit abolitam œconomiam
 Moſaicam, poſtquam intercedente aliquo brevi temporis ſpatio, tu-
 bæ datæ Angelis, hoc eſt, miniſtri Eccleſiæ ad univerſale præconium
 emiſſi in mundum fuerint. Superioris autem illum ordinis Angelum,
 Christum, ita ait introduci, prout poſt ſuum in gloriam cœleſtem in-
 greſſum preces piorum Deo offerat, iisque ignem, hoc eſt, Spiritum
 San-

Sanctum ejusque dona impetret. Tonitrua vero, & voces, & fulgura, & terræ motus ad præconium Evangelii trahit, Angelosque ad clangendum se præparantes ministrorum in hoc præconio occupatorum promittitudinem notare asserit.

In *sexta* Dissertatione quærit Auctor: *utrum ante suam passionem pascha cum discipulis Salvator noster comederit?* quod negare ipsi placet, cum non alio die, quam Luna decima quarta, pascha comedere licuerit, (opinionem enim, quod Judæi illo tempore festum illum diem protulerint, eumque Luna decima quinta demum celebraverint, ineptam vocat & talem, quæ nitatur solo testimonio hominis Ex-Judæi, Pauli de S. Maria, Carthaginensis primo, deinde Burgenfis in Hispania Episcopi, qui A. 1429 floruisse dicitur;) ast hoc die Christum crucifixum fuisse autemet. Addit insuper, dissimiles plane ritus a Christo & discipulis in ultima cœna adhibitos legi, si eos conferamus cum illis, quos in celebratione paschatos Exod. XII, supremum Numen præcepit. In tota enim cœnæ historia non baculum, non lumbos accinctos, non herbas amaras apparere; nec stantes, sed accumbentes comedis; domo egressum Judam, egressum ipsum Jesum, quod lege tamen vetitum constat. Quid? quod minus quoque necessarium fuerit, ut Christus ad implendam legem ipsum etiam pascha immolaret, cum lex & Prophetæ durare debuerint usque ad Johannem, a quo Jesus baptizatus omnem justitiam legalem impleverit. Equidem duo sibi obstare fatetur, primo quidem, quod Christus dixerit: desiderio desideravi hoc pascha vobiscum edere, antequam patiar. Sed pronomen τῆρα non ad legale Veteris Testamenti pascha, sed potius ad panem vinumque in sacra cœna præsentia nos remittere monet. Deinde habitum Jesum inter ac discipulos de paschate parando colloquium ex Matth. XXVI, 17 19. Marc. XIV, 12-16. Luc. XXII, 7-13. sibi ipsi objicit. Respondet tamen, præparationis quidem meminisse Evangelistas, non autem ipsius mactationis, quæ actio posterior priorem haud quaquam necessario sequatur: Abrahamum divinitus parare jussum fuisse sacrificium, quod tamen non peregerit: idem posse dici de paschali hoc sacrificio: monstratum fuisse locum, omnia fuisse parata, sed præsentem se stitisse agnum, mactatum a jacto mundi fundamento, qui singulis, quæ ad typicum sacrificium paranda erant, paratis ipse postridie die decimo quarto, ut in omnibus etiam mini-

minimis vere se antitypum ostenderet, in cruce pro peccatis nostris mactari voluerit.

In *septima* morem, quem Judæi observarint, *dimittendi in festo reos*, examinat, ac post commemorata illius vestigia apud populos alios, eosque seu Gentiles seu Christianos, seu priscos seu recentiores obvia, inquit: utrum in solo paschatis festo, an etiam in aliis privilegiis hoc obtinuerit? inque priori solum id obtinuisse respondet. Originem ejus a traditionibus *παρ παραδοξοις*, quibus hæc gens addictior fuerit, repetendam esse censet, forte ob liberationis ex Ægypto memoriam, quæ tamen male huc tracta fuerit. Ut ut interim humanitatis aliquam speciem consuetudo ista præ se ferre videatur, legibus tamen tam divinis quam humanis eam repugnasse dicit, & argumenta eorum, qui defendere illam conantur, latius refellit.

Ostava titulum gerit de *notis quibusdam ac stigmatibus*, inque eam multa curiosa congeffit Auctor, quæ ex varia lectione observaverat vel de personis quibusdam singularibus, aut integris familiis notis naturalibus a cæteris distinctis; vel de brutis a natura ipsa notatis, (ubi multa refert de fœtura Jacobi astu producta, nec non ex monumentis res Ægyptiorum atinentibus de Apide bove;) vel de notis, quæ hominibus a causis externis impressæ legantur, puta a Deo, (ubi de signo Caini fratricidæ agit, quale tamen istud fuerit, in medio relinquit) aut ab hominibus aliis, (heic vero simul bestias vel religionis vel discretionis causa notatas memorat,) & istas quidem modo honestas, modo ignominiosas, modo servis inditas, modo religionis aut superstitionis causa, tum a Gentilibus tum a Christianis acceptas constituit; vel de fabulosis, quales quinque Francisci vulnera; vel de stigmatibus, quæ magis a Diabolo tanquam suis mancipiis imprimi perhibeantur. Singulas autem species exemplis ex omni historia potius nec citra jucunditatem perlustrandis declarat.

Nona consecrata est *Scribis*, ac quinam hi qualesve apud populos diversos fuerint, exponit. Auspiciis in ea sumit Auctor ab Hebræis, scribasque illius gentis tum privatos, tum publicos, tum ecclesiasticos, tum politicos, & hos reipublicæ tum in toga tum in sago servientes considerat. Hinc in Ægyptum migrat, ibidemque *ιεραγραμματοῦς* sive scribas sacrorum imprimis considerat. Ab Ægyptiis

ptiis ad Persas transit, inde in Græciam se confert, tandemque in historia scribarum inter Romanos degentium subsistit.

Ex Dissertatione *decima* non opus est ut multa heic referamus; siquidem ea farrago est diverforum *poematum*, quibus Auctor aut variorum sive nuptias, sive funera, sive promotiones, sive libros conditoravit, aut alias poeticaam suam venam exercuit.

LES ÉLOGES DES HOMMÉS SCAVANS, &c.

id est:

ELOGIA DOCTORUM VIRORUM, EXCERPTA EX LIBRIS Historiarum JAC. AVGVSTI THVANI. Accedunt vita ipsorum breves expositiones, judicia de iisdem, & elenchi librorum ab ipsis scriptorum: auctore ANTONIO TEISSERIO, Consiliario & Historiographo Electorali Brandeburgico.

Ultrajecti, apud Franc. Halmam, 1696, in 12. Alph. t. plag. 18.

EXimia plane fuit in describendis & veluti nota publica signandis ingenii & studiis, cum illustrium hominum & Principum, tum doctorum virorum, quorum ætas in ea tempora incidit, quæ commentariis suis historicis exposuit, *Thuani* diligentia & accuratio. Descriptionesque istas clarorum virorum, & elogia ingeniorum, tam decenter historiæ suæ inseruit, ut similem ab ullo alio contextam, aut hujusmodi notationibus exornatam, non liceat advertere. Hinc non immerito ita eum compellavit in epistola Casaubonus: *Quid dicam de illo immenso tuo in literas amore? quem quidem eximie declarasti, quum in contexendis annalibus tuis eorum interire memoriam non es passus, qui ad illarum illustrationem, in hac ipsarum παλαιοτητα, vel mediocrem saltem aliquam symbolam consulissent.* Notationum harum in opere Thuani historico occurrentium amore adductus quidam Anglus, eas inde excerptit, & Londini A. 1671 peculiari libello inclusas, sub titulo *Elogiorum Thuanearum* prodidit: trecentos octoginta & plures doctos viros, qui ab anno 1547 usque ad annum 1606 floruerunt, & quos Thuanus memoravit, cum ejusdem de iis latis sententiis enarrans. Hæ sententiæ licet veræ omnes & exactæ, tamen quum breves sint & gustum potius quam satietatem cognitionis doctorum horum hominum præbeant; plenius & copiosius de iis differendum sibi duxit doctissimus vir *Antonius Teisserrius*. Ut enim is omnium auctorum veterum & recentium, eorumque

que scriptorum, exacta notitia pollet; (quod vel ex insigni ejus opere, quo eos omnes auctores enarravit, qui librorum catalogos, indices, bibliothecas, virorum literatorum elogia, vitas aut orationes funebres scriptis consignarunt, Genevæ anno 1686 edito, & a nobis Tomo II Supplem. pag. 5. recensito manifestum est:) ita nemo magis idoneus exiit, qui vitas, ætates, res gestas, fata, & alia memorabilia doctorum virorum enarraret; ut pateat, aecurato studio ipsum eos scriptores evoluisse, quos longe plurimos in catalogo isto auctorum enumeravit, vitas doctorum hominum vel singulorum, vel integrarum provinciarum, aut societatum, aut artium, qui posteris tradiderunt. Intra annorum autem sexaginta ambitum metas hujus suæ industriæ constituit, in quibus qui vita decesserunt, a Thuanus sunt memorati: cujus verba vel e versione Gallica Du Ryer adduxit, vel e libris, quos interpret iste Gallicos non reddidit, ipse in Gallicam linguam transtulit. Singulis autem elogiis additiones subjecit, in quibus vitæ & scripta doctorum istorum hominum, quos Thuanus laudavit, recensentur, multaque lectu jucunda nec ubivis obvia, selectaque proferuntur. Liber hic ante annos tredecim Genevæ editus quum disparuisset in tabernis librariorum, nec extaret amplius, editionem ejus instauravit superiori anno eruditissimus Auctor; qui interea Nemauso relicta Berolinum demigraverat, ibique studiorum tranquillam sedem, quam Gallia negasset, apud potentissimum Electorem Brandenburgicum invenerat. Cumque in Belgio nitidissime liber is recuderetur, pluribus in locis augendum eum existimavit idem, singulisque elogiis novas accessiones adjecit, & quæ intra hos tredecim annos ἀξιόμνημόνευσα de claris viris hinc inde apud Βιογράφους repererat, diligenter annotavit; ut historiam literariam uberem istorum annorum sexaginta exhiberi in his commentariis, merito grati agnoscamus.

REFRACTIO SOLIS IN OCCIDHI, IN SEPTENTRIONALIBUS ORIS ALIQUOT OBSERVATIONIBUS ASTRONOMICIS DETECTA &c.

Holmiæ, ex officina B. Nic. Wankiffi in 4to.

Constat 17 plagulis, cum aliquot schematicis.

Solem sub circulo arctico (antarctico) habitantibus solstitii æstivi tempore non occidere, uti res est astrorum peritis notissima; ita incolis

eolis illorum tractuum ipsa oculorum experientia quotannis comprobatur. Id vero phænomeni ceterioribus regionibus prope dictum circulum contingere, antequam refractionum leges & scientia Solis astrorumque motibus applicarentur, non æque innotuit; maxime, cum exteris in illas oras excursus rarissimus, & incolis, qui fidem ejus oculis testes facere possissent, vicissim cum gentibus australioribus nulla fore commercia.

Prima omnium Batavorum in Nova Zembla anno 1697 hybernantium observatio (quibus Sol d. 4 Novembris penitus disparuit, die vero 24 Januarii redordiri coepit; reditumque adeo suum, consueto tunc calculo astronomico expectatum, sex circiter diebus antevertit) uti enormis & insolite Solaris in septentrione refractionis non obscurum fecit indicium, ita Solis in occidentis limites, ac eosque credendum erat, ampliores esse evicit. Nemini tamen Mathematicorum, nedum aliorum, curiositas eo perrexit, ut rem ex causis opticophysicis certissimam, propriis usurpare oculis contenderet.

Rem promissæ hæcenus neglectam non dedignatus est Potentissimus Succiæ Monarcha *Carolus XI*, pro incredibili quo bonas literas scientiasque complectitur studio, cum Boreahores amplissimi regni provincias ante biennium, & quod excurret, inviseret, omissis tantisper regis curis attendere, negotiumque ulterioris inquisitionis Viris mathematica scientia instructissimis, Dn. *Joanni Bilebergio* & Dn. *Andrea Spole* (quorum prior olim publicæ doctrinæ mathematicæ Upsaliæ præfuit; alter id muneris hodie ibidem sustinet,) deinceps demandare. Et Rex quidem laudatissimus, cum anno 1694 *Tor-*

onia, urbe occidentalis *Bohemia*, sub latitudine 65. 43. versaretur, sub medinocturno, 14 & 15to Junii intercedens, quid fidei famæ, per eives de Sole medinocturno sparæ, subesse exploraturus, cum ad horizontem loci, montibus ac sylvis circumseptum, prospectus intersiperetur, conscensa non sine difficultate templi turricula, cum officiis aulae, quæ præsto erant, aliquot præcipuis, ad horam usque 11. 53. Solem (uti habet observatio; tanti observatoris manu in pugillares regios relata, & post in perpetuam rei memoriæ tabulæ, juxta altare templi suspensæ, aureis literis inscripta) oculis suis lustravit, quo tempore nubecula regente paulatim disparuit. Eandem post horam

horam unam & sextum minutum vividissimis radiis e nubecula prodeuntem denuo conspexit: tertio indicio illum interea non occidisse, sed nubem tantum in causa fuisse, quod minus tota nocte cerneatur.

Bilebergius verò & *Spolius* anno inféquente 1695 regis auspiciis d. 21 Maji *Upsalia* digressi, variaque per insolitam coeli interitum fortunam jactati; die 6 Junii *Tornoviam* pervenere, ibidemque ex accurate & repetito captis altitudinibus Solis meridianis, ejusdem latitudinem supra memoratam reperere: quoad longitudinem vero, beneficio trium horologiorum pendulorum, ad unam usque minutum conspirantium, differentiam inter *Tornovia* & *Holmia* meridianos 19. 20"; magnetis autem declinationem 7 quasi graduum magistris-fantem. Cæterum cælo pluvio & nebuloso per aliquot noctes impediti, inter 10 demum & nimum Junii serena aura Solem ipso medio noctis vestigantes, tres corporis Solaris quartas super horizonte erectas deprehenderunt, una residua subtus horizontem recondita. Hac clara & distincta observatione contenti, continuato boream versus adverso flumine *Torneo* itinere, tertio die ad tugurium *Pello* appulere, ibidemque totum Solem, amplius duabus sui diametris elevatum, ingenti cum voluptate conspicati sunt. Die porro 14 Junii ad ferri cuprique officinas *Kangis* enisi, ex navigiis Solem tribus diametris altum observarunt sub latitudine, postero die e meridiano Sole deducta, vix 66. 15. majore. Ulterius perrecturis difficultates locorum obstitere, æstatis tempore peregrinantibus omnem transitum prohibentes: undè viam secundo flumine plurimis cum periculis relegere coacti, exacto sesquidie *Tornoviam* rediere; indeque per varias regni provincias delati, *Upsaliam* d. 24 Julii reversi sunt. Hæc latius laudatus Dñ. *Bilebergius*, in præsentis libello, Suecico simul & Latino idiomate, regio jussu exposuit, variaque eruditione historiarum observationum expolivit. Nec enim sine fructu & voluptate lector ex eo percipiet *Tornovia*, *Kangis*, & ipsius *Bohemia occidentalis* descriptionem, solique pertransiti genium, & comoda incolis ex tanta æstivi Solis mora, maturandis spatio sex septemve septimatiarum segetibus provenientia; itineris difficillimi, navigationisque rationes & discrimina; refractionum Solarium doctrinam; latitudines urbium, *Tornoviam* inter & *Upsaliam* sitarum, cum magneticis ibidem declinationibus; discursum de figura telluris, aliaque quæ brevitate studio recensere omittimus,

JO. PALATII FASTI DUCALES AB ANAFESTO I. AD
Silvestrum Valerium Venetorum Ducem.

Venetis, typis Hier. Albrizzi, 1696, in 4. Alph. 2. pl. 3.

Qui jam pridem tot egregius monumentis in literaria Republica inclaruit, deque sua non minus edito olim *Leone Maritimo* bene meritus est celeberrimus Palatius; in laudem hujus splendoremque cessurum nunc putavit, si, qui per tot retro secula ad clavum Imperii Veneti federunt, eorum vitam resque praeclare gestas singulati volumine complecteretur. Ex quo enim septimo post C. N. seculo urbs, quae trecentis fere annis sub legibus Tribunisque floruerat, & a barbarorum per Italiam grassantium metu secunda haecenus perstitit, ad firmiter libertatis suae praesidium caput accepit, quod Ducis titulo insignitum est; illud quidem inficias iri nequit, vixisse viros libertati Reipublicae prave insidiantes; vitis atque sceleribus variis contaminatos, quique adeo concitatam de se expectationem nequam sustinuerunt; ast confitendum tamen & illud, plerosque eorum recto tramite ad virtutem contendisse, & quicquid aequum honestumque, & ad gloriam ac incrementum populi sui faceret, ante oculos habuisse. Videas ergo hic tanquam in theatrum quoddam producta excelsae laudis decora, Principes, qui civitatis suae imperium rationibus firmarunt, invictaque animi magnitudine propugnarunt non minus ac extenderunt, & ad fastigium illud, in quo hodie persistit, auspiciatissime evexerunt; quique ut ornamento suis, ita aliis praesidio identidem & adjumento fuerunt, quando non uno praelio irruentium barbarorum vim modo fortiter stiterunt, modo copias profligarunt, & ab illuvie ipsorum Christiana sacra, quantum ejus potuit fieri, salva praestiterunt. Eorum, quorum centum sunt & novem usque ad *Silvestrum Valerium*, modernum Reipublicae Ducem, vitas ex *Sanfovino*, *Bembo*, *Contareno*, *Nanio* & aliis ita exponit Noster, ut omnium, si duos demseris, imagines eleganter expressas, tum vero & numismata, quibus imperium ipsorum & res gestae designata sunt, ac elogium demum defunctorum conditoris inscripta, decenti ordine exhibeat. Quando ad *Marc. Antonium Justinianum*, qui nostra haec aetate imperavit, & anno 1688 gloriosam vitam cum morte commutavit, delabitur, integram orationem, qua mortuum publice laudavit,

vit, inserit, in qua tum virtutes ejus, pietas, justitia, humanitas & prudentia deprædicantur, tum apophthegmata quoque sapientissimi Principis studiose colliguntur. Ex illis hoc illustre pietatis documentum, quod, cum anno 1686 de expugnata feliciter Buda nuntium acciperet, flexis illico genibus notissimum hymnum istum, *Te Deum laudamus*, cum adstantibus recitaverit, alteraque die in basilicam descendens cum Senatu & Principum Oratoribus repetierit, hancque pietatem servaverit sedulo, quoties lata forte annunciarentur, ut a populo hinc *Il Principe delli Te Deum laudamus*, appellaretur; sicut & ad laudem ejus non minus pertinet, quod omnes pene linguas, Gallicam, Hispanicam, Latinam, Græcam &c. calluerit, excepta tamen Turcica, quam *tympanum irati Dei* vocabat. Cæterum illud etiam observatum videmus ab Autore, jam ante Franciscum Dandulum, qui LII est inter Venetos Duces, Dandulorum familiam Canis cognomen habuisse, patremque istius Johannem & avum quoque Franciscum eodem fuisse gavisos, ut vel ex hoc argumento commentum esse pateat, quicquid de Francisco illo dicitur: cum ad Clementem V. Pontificem legatus mitteretur, ut excommunicationem deprecaretur, quam Veneti ob affectatum Ferrariz dominium incurrerant, non ante eandem obtinere potuisse, quam canis instar ferrea revinctus catena sub mensa ad Clementis pedes provolutus jacuisset, & hinc Canem fuisse appellatum; cujus fabulæ nos meminimus jam ad annum 1688 p. 171, cum de Verdizzotti de gestis Venetorum libris exponeremus. Sufficiunt vero hæc de instituto celeberrimi Palatii, a quo novum de Cardinalibus S. R. E. librum propediem edendum una cum Commentario in Decretalium libros & Læctionibus Patavinis adhuc expectamus.

JOHANNIS BERNOULLI MATHEM. P. P. PROBLEMA Alterum pure Geometricum, priori (videantur *Acta Eruditorum A. 1696. pag. 269.*) subnexum, ac peculiari programme Groningæ Cal. Jan. 1697. Eruditu propositum.

AB Euclidis tempore vel tyronibus notum est, ductam utcumque a puncto dato rectam lineam a circuli peripheria ita secari, ut reſtanguſulum duorum ſegmentorum inter punctum datum & utramque peripheriæ partem interceptorum ſit eidem conſtanti perpetuo æquale.
Primus

Primus ego ostendi in Actis mense Junio A. 1696 pag. 265, hanc proprietatem infinitis aliis curvis convenire, illamque adeo circulo non esse essentialem. Arrepta hinc occasione, proposui Geometris determinandam curvam vel curvas, in quibus non rectangulum sed solidum sub uno & quadrato alterius segmentorum æquetur semper eidem; sed a nemine hæctenus solvendi modus prodit. Exhibebimus eum, quandocunque desiderabitur, Quoniam autem non nisi per curvas transcendentes quæsito satisfacimus, en aliud problema, cujus solutio per mere Algebraicas in nostra est potestate.

Quæritur Curva, ejus proprietatis, ut duo illa segmenta ad quamcunque potentiam datam elevata & simul sumta faciant ubique unam eandemque summam.

Casum simplicissimum, existente scil. numero potentie 1, ibidem in Actis pag. 266 jam solutum dedimus, generalem vero solutionem, quam etiamnum premimus, Analytici erudendam relinquimus.

M. ABRAHAMI FRENCELII DE ORIGINIBUS

Lingua Sorabica Tomus primus,

Sittaviæ, apud Jo. Willifch, 1696. Constat Alph. 3. plag. 3.

Non prima est presentis operis, quam facimus, hæc mentio, quandoquidem per distincta temporum intervalla tribus jam tum vicibus de eodem nos dixisse recordamur, (Conf. Acta nostra A. 1693 p. 304. A. 1695. p. 36. A. 1696. p. 92.) Nunc autem Benevolo Lectori istud solum indicamus, singulas, quas separatim hæctenus emittere clarissimo Auctori placuit, particulas in unum tomum constipatas haberi, in quo libri etiam secundi capiti secundo ultimum a nobis recensito tertium quartumque accessit, ac istud quidem vocabula Sorabica, quæ per aphæresin, syncopen & apocopen, hoc autem ea, quæ per prosthesin, epenthésin & paragogen Ebraea esse Auctor existimavit, continet, Utrobique methodus consueta retinetur, unde etiam in exemplis repetitis hæc monstrare supervacaneum censemus,

SUPPLENDA.

In Actis A. 1696. pag. 523. lin. 16. post verba *curvas*, quæ addæ per evolutionem duarum curvarum describuntur, hoc est, quæ. Eadem pagina lin. 17. post verba *queque* adde: per evolutionem trium, quatuor &c, curvarum describuntur, hoc est,

* * *

ACTA ERUDITORUM

Publicata Lipsiæ

Calendis Martii, Anno M DC KCVII.

ΠΑΥΣΑΝΙΟΥ ΤΗΣ ΕΛΛΑΔΟΣ ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΣ.

Hoc est:

*PAUSANIE DESCRIPTIO GRÆCIÆ CUM LATINA ROM.
Amasæi interpretatione. Accesserunt GUL. XYLANDRI & FRID.
SYLBURGI Annotationes, & nova Nota
JOACHIMI KUHNII.*

Lipsiæ apud Th. Fritsch, 1696. in fol. Alph. II.

Universam veterem Græciam, ejusque provinciarum & omnium belli pacisque artibus florentissimarum urbium ac populorum notitiam, decem libris complexus Pausanias, non magis temporum priscorum felicitatem ob oculos ponit, quam provinciarum istarum Ottomannico nunc subjectarum imperio calamitates ut expendamus & miseratione prosequamur, nobis occasionem suppeditat. Accurata sane omnium locorum, nationum, urbium, fluviorum, montium, ædificiorum, templorum, ludorum, rituum, animalium, stirpium, aliorumque memorabilium descriptione id effecit, ut Græciam magis perspectam habeamus quam Latium & Romanas provincias, quarum expositioni qui tam accuratum impenderit studium inter veteres auctores, hodie nemo superest. Ut Græciæ gratulandum sit de hoc scriptore, qui memoriam ejus conservavit: ipsi autem non in exigua felicitatis parte ponendum, quod integer maximam partem ad nos beneficio Aldi, qui Venetiis eum anno 1516 excudit, pervenerit. Integritati ejus, & ut emendatior superesset, plurimum adjumenti attulerunt sæculo superiore Gul. Xylander & Frid. Sylburgius: ut autem ab iis etiam, qui Græca non satis norunt, Græciæ cognitio non esset aliena, translatio-

N

lationibus hujus scriptoris in Latinam linguam effecerunt Abr. Lofcherus & Rom. Amasæus, quorum hic anno 1547 Florentiæ, ille 1550 Basileæ Latine Pausaniæ interpretationem ediderunt. Græcum postea Pausaniam, adjecta Amasæi translatione, ex Gul. Xylandri patris sui recognitione, Francofurti publicam in lucem emisit anno 1583 Onesimus Xylander: cujus editioni notas Frid. Sylburgius subjecit, Xylandri annotationibus, ad quintum duntaxat librum perductis, suas intertexens. Istam editionem anno 1613 Hanovienses typi iterarunt, interpretatione Amasæi, quæ in posteriorem operis partem antea rejecta fuerat, ad latus Græci Pausaniæ collocata. Hæc postrema editio, ante octoginta & plures annos evulgata, quum disparuisset, neque amplius obtineri posset in librorum tabernis, & multi tamen scriptoris hujus præstantissimi desiderio tenerentur; prælo iterum subjiciendum eum duxit Lipsiensis bibliopola, in consilium adhibito, quem Græcæ eruditionis noverat callentissimum promum condum, apud Argentoratenses linguæ hujus doctore celeberrimo, Joachimo Kuhnio, editis ad Ælianum notis, & ad Julii Pollucis Onomasticon observationum specimine, famam egregiam consecuto. Is quamvis edere Pausaniam in animum antea non induxerat, tamen a bibliopola rogatus, & exemplar Aldinæ editionis manu Casauboni passim notatum adeptus, scriptorem hunc antea a se tritum denovo perlegendum suscepit, meliores lectiones multis in locis, vel e dicto Casauboniano libro, vel ex ingenio reposuit, librisque in capita sectis, cujusvis argumenta recensuit, annotationesque scriptore isthoc dignas adjecit: quas Lipsiensis typographus Sylburgianis notis admixtas, suisque locis aptatas, paginis substravit, eum in modum, quo Stephanus Byzantinus in Belgio binis editionibus intra annos non multos lucem adspexerat; ut adeo ambo hi Græci Geographi eodem habitu induti eruditis, & veterum regionum popularumque studiosis, se ostentent.

HISTOIRE DES RÉVOLUTIONS DE SUÈDE.

Id est:

*HISTORIA VICISSITUDINUM RELIGIONIS ET IMPERII,
quæ in Regno Suecia obtigerunt.*

Pari-

Parisius, apud Mich. Brunet, 1695. 12. Alph. 1. pl. 5. & Amstelodami apud L. L. de Lorme, & St. Roger, 1696. 12. Pl. 17.

EA est rerum humanarum indoles, ut nulla ullibi terrarum reperiat *Respublica*, quæ non varias mutationes, qua religionem, quæ ipsum regimen, subierit. Atque hasce mutationes haud perfunctorie contemplari, & jucundum est, & salutare admodum. Nec minus de hominum genere quam erudito orbe præclare merentur, qui eas literarum monumentis consecrant. Operæ ergo pretium fecit Auctor doctissimus, Abbas *De Vertot* (non enim *Du. De Fontenelles*, cujus nomen editio Amstelodamensis præfert, sed hunc libelli genuinum auctorem esse, ex *Diario novo Eruditorum Berolinensi* A. 1696. p. 96, cognovimus) dum rerum statusque & ipsius religionis in Suecia commutationes compto & nitido dicendi genere exposuit. Quæ autem de Suecici regni antiquitate vulgo traduntur, fabulis atque commentis annumerare non dubitat. Saltem plus quam Cimmeriis tenebris hæc involuta esse profitetur, ut arduum perquam & difficile sit vera discernere a falsis. Seriem quidem Regum Suecicorum omnium temporis ordinem secutus subnectit, sed ipsam historiam a decimo quarto demum seculo orditur. Moris adhuc ea ætate erat (juvabit enim vestigiis Auctoris insistendo, præcipua delibare capita) eligere Regem, qui rerum summam teneret. Senatus autem regni, Episcopi & Clerus, Nobiles, ipsique rustici tanta pollebant auctoritate, ut vis omnis imperii penes eos, nomine solum & specie quadam Regi relicta, esse videretur. Cum primis Episcopi opibus abundantes, magnam regni partem sibi subjecerant. Unde quidem horum præcipue maximo opere referebar, auctoritatem Regis arctissimis circumscribi limitibus, ne in periculum amplissimas possessiones amittendi adducerentur. Hinc, iudice Nostro, fons & scaturigo omnium malorum, quæ huic regno incubuere. Quoties enim Reges ad pristinam auctoritatem & potentiam adspirabant, toties Episcopi, suffragantibus illis tanto facilius & nobilibus & rusticis, quanto suavius illis videbatur libertatis nomen, in odia inexpiabilia exardescabant, quadrata misceri rotandis satius esse putantes, quam permittere, ut tale quid impune a Principe committeretur.

Atque hæc tristia plurimorum Regum Suecicorum fluxere fata.

N 2

Circa

Circa annum 1363 circiter summam rerum tenuit Magnus Smeck, ast eiectus fuit, regnoque pulsus, quod limites sibi præscriptos migrare ausus fuisset. Nec felicior fuit, quem in ejus locum surrogarunt, Albertus Dux Mecklenburgicus. Namque & hic de regio fastigio deiectus posteros, quam difficile sit amissa semel recuperare, suo erudivit exemplo. Nec enim aliud ejus crimen fuit, quam quod tertiam possessionum clientelarium, sine ullo juris titulo ab Episcopis Nobilibusque usurparum, partem sibi vendicaret. Margareta itaque Daniæ & Norwegiæ Regina, Semiramis Septentrionis, in subsidium vocata a Suecis, & in Alberti locum electa, devicto Alberto, rebusque compositis, quod vix quisquam sperare ausus fuisset, effecit, & potentissima Septentrionis regna conjunxit. Calmariensem istam unionem (ita enim vocant,) Suecorum Danorumque celebrant annales, fecundam multorum bellorum, maximaturaque quibus cum per integrum fere seculum Suecis colluctandum fuit, calamitatum, ut Auctor censet, matrem. Egregie rebus suis se consuluisse, arbitrabantur Sueci, rati ex Calmariensi pacto solo fere titulo in posterum gavisuros Principes, suam contra libertatem & auctoritatem, patriosque mores & leges nunc munimento inexpugnabili circumseptas esse. In quo quanto pete spes vana illos fefellerit, eventus docuit. Ipsa Margareta pacti legibus adeo non stetit, ut sensim ad summam & absolutam potestatem sibi muniverit viam, & adeo propugnacula Nobilium variis artibus, ut voti damnaretur, ad se traxerit. Simul tamen, qua erat calliditate incredibili, Episcoporum possessiones non tantum non violabat, sed magnis eos cumulabat beneficiis, ut eos dicto semper audientes haberet, & simul divisis Suecorum viribus tutius iis imperitaret. Quam quidem viam cum & cæteri Danorum Reges ingrederentur, Episcopos semper sibi obnoxios habuerunt. Quæ res quanto opere Sueciam afflixerit turbaveritque, id quidem est, quod prolixius Auctor edisserit. Mortua Margareta, Ericus Dux Pomeraniæ successit, prudentia & regnandi peritia multum ea inferior. Hinc cum suis indulgeret vitiiis, moresque plane tyrannicos indueret, non tantum Sueci, sed Dani ipsi atque Norvegi jugum ejus excusere. Parum quippe huic erat, neglecta Calmariensi lege, cuncta ex arbitrio statuere; permittebat quoque militibus summa crudelitate in Suecos sævire, hostium, non subditorum instar eos habens. Engelbrechtum

brechtum tandem, rei indignitate commotum, cupido incesfit patriam in libertatem afferendi: id quod tanta etiam felicitate & celeritate, rusticis Dalecarliæ stipatus effecit, ut ipsi Senatores regni etiam inviti partes ejus sequi, regnumque Erico abrogare cogerentur. Carolus autem Canuti regni Mareschallus, vir opibus & auctoritate florens, & muneris dignitate conspicuus, Engelbrechti partes ita amplexus est, ut Dux simul & caput exercitus constitueretur, hoc ipso ad regiam dignitatem viam sibi structurus. Interim ejecto a Danis quoque Erico, ab iisdem Christophorus Bavariz Dux eligitur, qui statim, neglecto foedere Calmariensi, Sueciz Rex salutarivoluit, regnumque etiam, frustra renitente Carolo Nobilibusque obtinuit, eo quod Episcopi Clerusque Danis obstructi illi bene cuperent. Hic antecessorum vestigiis & fatis adeo non deterritus est, quo minus absolutam in Sueciz regno potestatem concupisceret, ut jam omnibus consilia ejus innotescerent; quæ tamen, eo morte præmatura oppresso, eventu caruere. Hinc tandem cautiores facti Sueci, Christiano I. Comiti Oldenburgico, a Danis in Regem electo, neququam se submittere voluerunt. Electus ergo Carolus Canuti, ipsis quoque suffragantibus Episcopis, non tam quod ei bene cuperent, quam quod metu perculsi, refragari periculosum ducerent. Verum cum potentia Regis majora indies incrementa caperet, quam istud sibi displiceret, non amplius dissimulabant; quo ipso magis magisque Rex irritatus, coercere Antistites fastu turgidos, opibusque, quæ adeo insolentes & ipsis Principibus formidandos eos redderent, spoliare instituit. Justissimam ergo ad frenum mordendum causam se habere rati Præsules, Daniæ Regem Christianum ad occupandum Sueciz regnum evocant, eidem Sueciam ingresso copias suas jungunt, Carolumque victum & fugatum regno excedere, & Dantiscum se recipere cogunt. Facilius sæpe esse regnum acquirere quam partem tueri, & in Christiano patuit. Archiepiscopus enim Upsaliensis motuum omnium auctor, a Christiano se negligi ægre ferens, Regem ob tot, ut putabat, beneficia parum sibi gratum videri, haud obscure significavit, nec a minis sibi temperare potuit. Parum profecto tempestive. Namque Christianus custodiz commissum, firmisque præsidis circumdusum in Daniam misit. Male habuit ista severitas tum alios, tum præcipue Lincopiensem Episcopum, qui & arma arripuit, nec semel Chri-

stiani copias vicit ac fugavit. Interim redire ad obsequium paratus erat, modo Upsaliensi Archiepiscopo libertas redderetur: quod cum non oblineret, Carolum tandem ab exilio revocatum regno regique dignitati restituit. Christianus ergo, agnito errore, cum Archiepiscopo custodia liberato in gratiam rediit, ea quidem lege, ut Carolum regno iterum se ejectionem huic polliceretur: id quod tanta felicitate effecit, ut Carolus ipse caperetur, copiisque ejus ad interjectionem cæsis & iurato regno in Finlandiam relegaretur. Nec tamen ex ista victoria Christianus fructum cepit, Archiepiscopo cautius agente, nec regnum reddituro, priusquam suæ auctoritati consulisset; unde summa confusio & perturbatio orta est. Quanta vero rerum humanarum vicissitudo sit, patuit, cum mortuo Archiepiscopo, Sueci tot miseriarum pertæsi Carolum tertia vice revocarent, qui & summæ rei admotus quidem est, ast mox vitam cum morte commutavit. Successorem habuit Stenonem Sturium nepotem suum, qui ipsius consilio, ad invidiam procerum amoliendam, Administratoris solum titulo usus est. Magna quidem Administratorum fuit dignitas, præsertim tempore belli, ast regia tamen minor. Sed & quoties de regni negotiis deliberabatur, primum locum Upsaliensis Archiepiscopus, alterum Administrator tenuit. Idque pluribus Noster exponit. Nec tamen Daniæ Regibus hoc displicere non poterat, quippe quibus nihil solennius erat, quam ad Calmariense provocare fœdus, Nec verbis & querelis solum causam egerunt, sed ad arma ventum, perque annos quadraginta, in Suecia quidem post Stenonem Suantonæ Sturio, in Dania post Christianum I. Johanne II. rerum potentiibus, a principio Marte bellum gestum fuit, mox Suecis, mox Danis victoriam reportantibus. Mortuo demum Suantone Sturio maximis status & religionis conversionibus fenestra aperta fuit. Rerum enim summa ad Stenonem Sturium Suantonis filium admodum juvenem, renitente & reclamante Archiepiscopo Upsaliensi, Danisque favente, specie tenus autem Ericum Trollium virum senem regimini destinante, est delata. Motus, quos hinc orituros prudentiores providebant, ut consopirentur, Gustavo Trollio Erici filio, annitente & per juvenem imprudenciam approbante Administratore, Archiepiscopus Upsaliensis collatus est. Fuisse autem Trollium huncce hominem turbulenti ingenii & valde ambitiosum, Auctor exerte testatur.

Acce-

Accedebat odium erga Administratorem ob repulsam, quam acceperat Pater; quo eum eum accensum esse Dani intelligerent, pollicitationibus aliisq; artibus eum magis magisq; inflammabant, & ad res novas movendas concitabant. Et faciebat sane Archiepiscopus Danorum spei abunde satis. Namque ut Succorum animos illis conciliaret, omnem movebat lapidem. Auctor etiam fuit clandestinae conspirationis, quae eo spectabat, ut Danis Sueciae regnum ex lege Calmariensi redderetur. Sed detecta fraus omnis fuit per Arcimboldum Pontificis Legatum, hominem, ut ipse Auctor fatetur, turpissimo & nefando quaestus ac nundinationis genere, ingentem pecuniae vim undique, maxime autem ex Septentrionis regnis corradentem. Hunc ex Dania in Sueciam migraturum, omnium arcanorum participem fecerat Christianus II. D. R. certa spe fretus, fore, ut consilio Archiepiscopi, & qui cum eo faciebant, adjuvaret, viamque planam ad regnum sibi redderet. Sed liberalitate & beneficiis Stenonis victus, parum memor promissorum, totam machinationum omnium seriem prodidit. Hinc convocatis comitiis, conjurationis principes quaestioni subiecti, rem quidem omnem fatentur, ast culpam in Trollium Archiepiscopum conjiciunt. Hinc cum ad dicendam causam comparere nollet, Steno jussu & auctoritate Senatus urbem Steckam, in quam Archiepiscopus se receperat, in suam redigit potestatem, Archiepiscopo infelici rerum successu adeo non deterrito, ut Holmiam commigraret; ubi tamen a Senatu condemnatus, sacramque dignitatem exuere jussus est. Male ista res habuit Romanum Pontificem, sive quod e re Curiae Romanae esset Episcoporum partes contra Reges tueri, sive quod jam pridem irati essent Sueciae Regibus ob Petri denarium denegatum, (qua de re pluribus Auctor exponit) sive denique quod Caroli V. Imp. qui a partibus affinis sui Christiani II stabat, potentiam metueret. Deligitur Arcimboldus, qui Stenonem ac Senatum juberet restituere Trollium pristinae dignitati; si vero hoc facere recusarent, excommunicationis, ut vocant, in eos vibraret fulmen. Steno causam suam mascule tueretur, & majus crimen a Pontifice committi posse negat, quam quod patriae proditorem defendendum suscipiat, ipsiq; Arcimboldo spem Archiepiscopatus obtinendi callide facit. Arcimboldus ergo, mutato consilio, ipsam Administratores causam apud Pontificem perorare incipit, infelici quidem adeo

suc-

successu, ut in maximam ipse Pontificis incurreret indignationem, si-
 mulque spe Archiepiscopatus obtinendi exideret. Sine mora ergo a
 sacris solenai ritu Rex & Senatus arcentur, Christianusque Pontificis
 auctoritate munitus, irruptionem in Sueciam facit, Holmiamque ob-
 sidione cingit. Ast victus non tantum obsidionem solvere cogitur,
 sed magnam exercitus jacturam facit, cumque ventum adversum ha-
 beret, domumque reverti non posset, parum absuit, ut cum exer-
 citu fame periret. Ergo fraude se ulcisci constituit, cum viribus de-
 stitueretur. Inducias petit, & in colloquium cum Administratore se de-
 scensurum simulat, modo traditis obsidibus, quos inter Gusta-
 vum Erici, cujus incredibilis fortitudo indolesque plane divina
 haud dubiis argumentis multis jam innotuerat, designat, suæ saluti
 & securitati consuleretur. Ita non tantum comæatum ad ali-
 quot dies consecutus est, sed Gustavum quoque cum cæteris obsidi-
 bus, migrata promissorum fide, captivum secum abduxit. Stenone
 Administratore frustra in omnes se vertente partes, ut libertati Gusta-
 vus restitueretur, moxque minis, mox pollicitationibus ad saniora
 Regis animum flectere annitente, redintegratur bellum, Ottone
 Crumpeinio Dasico exercitui summo cum imperio a Rege præfecto.
 Fortiter utriusque res geritur, sed ipso Stenone ex vulnere mortuo,
 victoria & summa rerum penes Danos mansit. Perditis Sueciæ rebus
 hoc unicum restare videbatur. Tanta crudelitate in omnes sævi-
 tum, tanta protervia jura omnia conculcata, ut nihil nisi dura ser-
 vitus & fædus squalor undique conspiceretur, Et sene summæ &
 plane barbaricæ crudelitatis maximum luculentissimumque argu-
 mentum Holmienfis illa laniena præbet. Nulla fere gens generis no-
 bilitate conspicua in Suecia fuit, cui non ista fuerit funesta. Accede-
 bat ridicula & execrabilis simulatio, dum religio, Pontificisque aucto-
 ritas obtentui fumebantur. In quibus omnibus accurate explicandis,
 admodum diligens Auctor est & operosus. Sed utramque tamen hic
 paginam Gustavus Erici facit, quem ut libertatis suæ regni que re-
 stauratorem merito Sueci venerantur. Non ignorabat Christianus
 juvenis hujus præclaram indolem, eamque formidabat; hinc maxima
 sollicitudine custodiendum curabat. Barnerius tamen a Rege impe-
 travit, ut custodia Gustavi sibi demandaretur. Hinc laxius haberi cœ-
 pit, captivitatisque molestia utcumque temperata, tandem & occasio
 fuga

fuga sibi consulendi, Gustavo enata fuit. Poterat si non injurius in amicum, saltem ingratus videri, eundem maximo periculo exponendo; sed argumentis gravissimis eidem Lubecæ sibi occurrenti demonstravit, nihil quod aetas esset, se commisisse, unde iram ejus placavit, seque pecuniæ summam, quam solvere ex fidejussionis lege Barnerius tenebatur, ei se redditurum promisit. A Lubecensibus vero frustra auxilium, ad patriam tyrannide liberandam, Gustavus efflagitat. Hinc nulla re alia, quam animi præsentia & fortitudine sua fretus, nec periculi magnitudinæ deterritus, Sueciam petit. A miraculo prope absunt, quæ hic de Gustavo ab Auctore, consentientibus tamen & aliis, narrantur. Undique hostibus circumdatus, undique insidiis petitus, tandem tamen non tantum evasit, & maxima pericula superavit, sed cum cæteri Sueci fere omnes cum libertate animum quoque & spera libertatem recuperandi amisisse viderentur, solus Gustavus Dalecarliæ rusticos ad aliquid pro patriæ libertate tentandum erexit, & incredibili celeritate & felicitate Sueciam a Danorum jugo liberavit. Iter per singula momenta, instituti nostri legibus repugnat; quare paucis ea complectemur, quæ prolixè Auctor edisserit. Gustavus summi fortissimique Principis partes undique explevit. Parum autem illi fuit, expulsisse ex Suecia Danos, regiamque dignitatem, consentientibus & ut eam acceptaret efflagitantibus cunctis Sueciæ Ordinibus, præclaris facinoribus promeruisse; fontem quoque omnium malorum feliciter sustulit, id quod in animum induxisse tot antea Regibus funestum fuerat. Nimirum Episcopos in ordinem redegit, quippe qui publica lege, in comitiis Holmiensibus, urbes munitas & propugnacula Regi reddere, militemque quem hætenus aluerant, dimittere jussi sunt. Constitutum quoque fuit, ne in Senatu regni locus illis concederetur, quippe quorum esset sacris operari, non autem de reipublicæ administratione deliberare. Cuncta deniq; bona ecclesiastica, post legem a Canuto Rege ea de re latam, sacro ordini dicata, adempta illis & Regi collata sunt. Quæ ut eo feliciter obtineret, non tantum permisit, ut purior illa, & ope Lutheri defæcata religio, quæ in Germania radices jam egerat, propagaretur, sed omni quoque studio & ope illorum, qui hoc sibi sumpserant, institutum promovit. Hic autem ad historiam reformationis Auctor digreditur, ejusque ortum & progressum maxime in Suecia exponit; quæ cum jam pridem expo-

exposita, & partim quoque discussa & confutata ab aliis sint, hisce non immorabimur. Non defuerunt quidem, qui tum nimiam Regis potentiam, tum religionis quoque mutationem ægerrime ferrent: inque his præter Pseudo-Stenonem, Rostochii tandem post infelices conatus capite truncatum, Turo Johannis, magnus regni Marschallus, homo, Auctoris judicio, vanissima ambitione in transversum actus, & libertatis & patriæ avitæque religionis defensor & propugnator haberi volebat. Faciebant cum eo omnes, qui Romanæ Ecclesiæ sacris erant addicti, & ipsi quoque Dalecarhiæ rustici, homines & religionis & morum paternorum tenacissimi. Sed celeritate & fortitudine Gustavi hi motus in ipsa, quod ajunt, herba suppressi, majorem illi addiderunt auctoritatem. Et ita exteris quoque spes omnis Sueciam turbandi erepta est, Rege id agente, ut suas res magis magisque firmaret. Namque summæ & absolutæ, qua gaudebat, potestati hoc unice deesse videbatur, ut juxta successionis lege regia dignitas ad ejus posteros transmitteretur. Ast nihil tam arduum erat, quod non prudentiæ Gustavi cederet. Hinc & tandem obtinuit, ut unanimi omnium Ordinum consensu sanciretur, ne Rex in posterum eligeretur, sed ut Gustavi posterii juxta serie in regia dignitate se exciperent. Finiit Auctor nonnullis de Erico Gustavi filio, Elisabetham Angliæ Reginam frustra, sed invito quoque & dissentiente Patre, ambiente commemoratis. Continuationem opusculi, si, ut speramus, proditura est, recenserebimus haud invito, quamprimum ad manus nostras pervenerit.

THE PRÆTERNATURAL STATE OF ANIMAL HUMOURS
described by their sensible qualities &c. Hoc est:

*PRÆTERNATURALIS STATUS ANIMALIUM HUMORUM
descriptus per sensibiles eorum qualitates, qua dependent ex diversis
gradibus fermentationis; nec non medela cujusvis particularis cacochymia, peracta remediis saporis peculiaris specifici &c.*

Auctore JOANNE FLOYER.

Londini, apud Sam. Smith, 1696. in 8. plag. 19.

Cum experientissimus Auctor rationi maxime consonum judicaret, ut præsens ætas admitteret omnes observationes sensibiles a veteribus circa humana corpora factas, easque explicaret & illustraret Philosophia temporis præsentis; constituit in hoc tractatu explicare ani-

males humores, tam per observationes a veteribus traditas, quam per accessiones, quas recentior Philosophia, Chymia & Anatomia illis adjecit. Primo ergo capite de morbis in univcrsum agit, eosque distribuit in morbos partium solidarum, humorum, & spirituum, specialiusque intemperiem solidarum partium explicat. Secundo autem capite fluidarum partium intemperiem ut exponere possit, distincte recenset originarios liquores animalium, ex quibus reliqui secernuntur, eorumque statum naturalem describit, ut eo luculentius præternaturalis hinc possit intelligi. Quem in finem quoque capite tertio præparationem animalium humorum contemplatur, persuasus chylum fermentatione præparari, reliquos autem humores ab illo ortos, serum nempe, sanguinem, & fluida ab his secerni solita, circulatione, longiori digestionem, mixtura & secretionem, ita ut his mediis acquirant peculiare crases & sapes: contra vitari chylum, quando fermentatio vel nimis est languida & suppressa, vel major quam naturalis animalium temperies requirit, atque labem suam reliquis etiam humoribus affricare. Quapropter capite quarto in genere agit de nimis debili fermentatione, ejus afferens causas, noxas, & remedia ex sapore specifico cognoscenda, qualia v. g. sunt acra, amara, aromatica, sulphura mineralia, testacea, nec non illa quæ fermentum animale in se continent &c. qua methodo etiam in sequentibus utitur. Specialius enim in sequentibus vitia humorum ex remissiori fermentatione ortum trahentia considerat, exponens capite quinto de statu mucilaginoso animalium humorum, in specie chyli & lymphæ, qui vulgo pituitosa cacochymia vocatur; sexto de tartarea illorum aciditate vel acerbitate, quæ communiter se exerit in aciditate stomachi nostri; septimo de flatulenta cruda cacochymia chyli aliorumque humorum; octavo de cacochymia ferosa. Porro capite nono ad alteram generalem morborum causam, nimiam scilicet chyli fermentationem accedit, & cum illa bilis maxime augeatur, de hujus natura, usu, coloribus & coagulatione per acida, prolixius disserit; ad speciales mox cacochymias hinc oriundas descendens. Nam disquirat decimo capite de scorbuto calido, seu statu oleoso, vitriolico & rancido sanguinis; undecimo de visciditate feri & inspissatione chyli; duodecimo de falsedine sanguinis aliorumque humorum; decimo tertio de vitriolica sanguinis aciditate, & de-

cimo quarto tandem de putrefactione humorum animalium. Accedunt duæ appendices, in quarum prima de febribus agitur, ostenditurque, veterum pariter ac recentiorum opiniones de iisdem inter se posse conciliari, atque in hanc conjungi definitionem, quod febris sit præternaturalis fermentatio aut effervescentia sanguinis, orta a fermento quodam irritante spiritus sanguinis & nervorum, ut dissolvatur, putrescat & separetur pars succi cacochymici nutritii ex massa humorum, cui admixtus est. Post traditam autem febrium curam concludit, valde probabile esse, cum singulis fere 40 annis pestis in Anglia recurrat, quæ a putrido humorum statu dependet, reliquas etiam cacochymias, quæ species febrium diversas pariant, quandam habere revolutionem, & has cum illis reverti. Nimirum cum status humorum est mucilaginosus, febrem esse similem quartanæ; cum tartareus, habere symptomata cholica; cum serosus, febrem esse catharrhalem; cum flatulentus, vertiginosam cum flatulentia in primis viis & doloribus vagis: sed si cacochymia est cholericæ, produci tertianam; si rancida, oleosa, scorbuticam; si viscida, dolores rheumaticos; si vitriolica, quartanam. Unde sperat, si diligenter observetur, quarum febres quotannis grassentur, explorari posse, quarum cacochymiarum febresque sibi invicem succedant, quibusque temporum periodis illarum recursus sit expectandus. Appendix secunda introductoriis est discursus ad tractatum de asthma, continens explanationem defluxionis humorum (termini veteribus valde usitati) qua asthma diversique alii morbi chronici producuntur. Ostenditur ergo, omnes humorum fluxus vel ab intermittente vel ephemera febre produci, ejusque causam esse effervescentiam in sanguine; terminum a quo, sanguinem; canales hujus fluxus, venas, arterias, vasa lymphatica, nervos & glandulas excretorias; terminum ad quem, partem affectam. Specialius quoque recensentur morbi hinc profluentes, eorumque cura subnectitur.

JOH. ALBERTI FABRICII BIBLIOTHECA LATINA; SIVE
Notitia Auctorum veterum Latinorum, quoruncunque Scripta ad nos pervenerunt. Accessit duplex Appendix &c.

Hamburgi, apud Benjaminum Schiller, 1697. in 8.
 Alphab. 1, plag. 13.

Melio-

Melioribus literis ornandis strenue incumbit, quæ Bibliothecam hanc Latinam earum cultoribus jam aperuit, clarissimæ *Fabritius*. Latere id neminem potest, ad cujus conspectum *Plagiatorum Centuria*, subjunctaque ei haud inelegans *de Lexicographis* Commentatio, ab eo, pubertatis annos non multum supergresso, ante octo hos annos publicata pervenit. Nec imminuit, quam jam tum de eo concepimus, spem potissimæ librorum Apocryphorum partis editio, quæ luculentis doctisque *προλεγομένων* ornata, paucis admodum post annis lucem publicam adspexit. Nunc dum majora parturire opera, & quæ perfectam maturitatem requirere videntur, Bibliothecam præsentem Latinam, quam Græca pari methodo studioque adornanda suo tempore sequetur, publici juris faciendam censuit.

Tria autem potissimum in ea sibi proponit: quorum primum fuit, ut Latinos Autores veteres, non Ecclesiasticos, quorum scripta ætatem tulerunt, recenseret universos ordine chronologico. Ita quidem, ut eorum in auream, argenteam & ferream ætatem dispersitorum, facta a Platone initio atque in Cassiodoro fine, non nomina nuda atque ætatem commemoraret; sed concinna brevitate patris similia, quæ præcipue observari de unoquoque merebantur, perstringeret. Alterum fuit, ut singula eorum quæ extant, nonnumquam tamen & deperdita scripta, illorumque argumenta percenseret, quibusque illa ab autoribus suis inscripta essent ostenderet, & demum generatim a dubiis spuris que rite distingueret. Tertium denique, ut editiones, non omnes quidem, sed præcipuas, & quæ prodesse maxime posse deliciis hisce pascere sese volentibus videbantur, commemoraret; non prætermittis singulatibus virorum doctorum laboribus, quibus vel historiam alicujus auctoris, vel loca obscuriora, sive peculiaribus scriptis, sive passim in operibus suis illustraverunt; imo iis quoque, quæ conati illi, sed sæpi præproperi injuria vel aliis eventibus impediri, abrupte coacti fuerunt, passim diligenter expositis, Quæ dexteritate omnia ista fuerint præstita, experientur, qui pervolvere libellum paucis foliis multa complectentem dignati fuerint. Nec minus persuasum habemus, judicii acrimoniam tum ex aliis, tum ex iis quæ de Manili nomine atque ætate, de Chalcidii Aufonijque religione,

gione, de variis Palladii &c. disputavit, Lectori sese esse probatura. Tacemus, quod passim nonnulla, ut varie Lectorum suorum animos oblectet, afferat, quæ alibi quidem rectius forte locum obtinere potuisse fatetur, sed quæ tamen nec huic opusculo dedecori esse existimamus. Inter ea eminet insigne scholiorum Eustathii fragmentum, quo versus octingentesimus octogimus nonus cum proximis 26 Periegeseos Dionysii Alexandrini præclare illustrantur, quodque in omnibus editionibus desideratum, hic, ubi de Avieni paraphrasi Periegeseos istius agit, inferendum censuit. Quod uti de quibusdam Phœnicæ oppidis memoratu digna aliquam multa habet, quibus aliorum autorum loca illustrari confirmarique queant, ita acceptissimum iis, qui talibus capiuntur, non esse non potest.

Verum de ipso libro pro instituti ratione satis. De appendice enim duplici, mole non multum eo inferiori, nonnulla etiam sunt delibanda. In priori primo varias fragmentorum veterum Poetarum collectiones, quales Stephano, Scriverio, Douzæ aliisque debemus, recenset: ubi simul de Centonibus, quales Virgiliani sunt, & Catalectis, Priapejis item & aliis hujus generis collectionibus satis prolixè agit. Deinde Christianos Poetas eorumque editores & collectores enarrat. His brevem Scriptorum Ecclesiasticorum, primorum IV seculorum, qui apud Latinos floruerunt, notitiam subjungit, ita tamen ut ex quinto, sexto, imo & duodecimo nonnullos addat. Hinc eorum qui fragmenta vel integra opera Latinorum Historicorum conjunctim ediderunt, variaque monumenta antiqua & inscriptiones in lucem protulerunt, commemorat labores. Quos excipiunt ii, qui Grammaticis Rhetoribusque Latinis similem operam præstiterunt. Porro veterum Romanarum legum reliquias percenset, laudatis qui illustrandis iis vacare voluerunt. Inde veterum Juristarum scripta, e quibus Tribonianus cum sociis, Justiniani Imperatoris jussu, jus civile concinnarunt, ordine chronologico enarrat, moxque corporis juris civilis & canonici exponit contenta. Sequuntur Scriptores rei agrariæ, & tandem medicæ, quorum varias a variis continatas collectiones diligenter annotavit.

In posteriori appendice de tribus insignibus impostoribus, qui e fraudibus fucisque compositos libros suos Bibliothecæ Latinæ inferre temerario ausu conati fuerunt, egit, Curtio nimirum Inghiramo,

mo, Alfonso Cicarello, & Johanne Annio Viterbiensi. Et denique coronidis loco celebriores typographos, alphabetico ordine digestos, ex Almelo venio potissimum & Bailieto representavit.

DES KONINGS RECHTEN &c.

Hoc est:

JURA REGIS, ET RATIO ADMINISTRANDI EA SUB UTROQUE Testamento: sive potissimarum rerum, ad verum eorum, qua ad ingressum Jesu in Sanctuarium suum spectant, intellectum pertinentium elucidatio. E precibus Davidis Ps. LXXII, 1. elicita a THEODORO van TOLL V. D. apud Wudenbergenses Ministro.

Trajecti ad Rhenum apud Anth. Schouten, 1696. in 8. pl. 31.

Reverendus Autor, qui regia Christi jura ex primo eoque unico commate Psalmi LXXII deducere propositum habet, postquam generalia nonnulla de Psalmi hujus inscriptione, autore & scopo prae-mouisset, ad rem ipsam sine mora accedit. Et primo quidem ipsam regiam Christianitatem, ex Patre quippe Deo ab aeterno geniti, e S. Scripturis occasione textus sui ob oculos ponit. Imo etiam regiam ejus ex hominibus originem demonstrat, cum ex Davidis semine carnem a se assumendam formari voluerit; qua quidem occasione totum incarnationis ejus mysterium, & quae ad illud utcumque pertinent, describit. Regnum autem ejus spirituale, Regemque adeo spirituales esse docet, cui ut judicia sua Deus tradat, in textu Davidem orare ait. Jam vero porro quaeenam judicia sive jura illa sint in Jesum a Deo sub utroque Testamento collata, declarat. Primo inter ea loco ponit jus aequas & justas populo suo leges praescribendi, & ad normam illarum eum gubernandi. Hic de lege morali naturalive, de Sinaitico foedere inter Deum & Israeliticum populum sancito, de lege item ceremoniali atque forensi agit. De legibus porro, quas Christus tanquam Rex Ecclesiae N. T. (ita nimirum ipsi loqui sensu tamen minime Arminiano Socinianoque visum fuit) tradidit, exponit. Et hic quidem speciatim de lege fidei differit, de sacris N. T. ritibus, baptismo & coena Domini, quos similibus Judaeorum Gentiumque ceremoniis illustrat, de disciplina denique ecclesiastica sive clavibus. In quibus

p. 30.

p. 52.

p. 77.

p. 102.

p. 106.

p. 141.

151.

155

209.

bus omnibus, quomodo leges ferendi jus Regis nostri Christi se exer-
 247. gauerit, postquam ostendisset, ad aliud quoddam ejus jus atque prae-
 rogativam explicandam se confert, quae in eo consistit, quod viros ele-
 gerit, qui proximi ab eo essent, & pro salute regni curam gererent, officii
 sui unumquemque admonentes. Primi quos hoc honore dignatus
 224. est, Patriarchae sunt, qui singuli ab Adamo ad Moysi usque tempora
 256. percensentur. His successisse Moses dicitur, Josuaque & reliqui Ju-
 dices, indeque Reges tam Judae quam Israelis, quorum gesta itidem
 292. ad captivitatem usque Babylonicam Autor singulatim persequitur.
 Inde vero de iis etiam agit, qui in captivitate & post eam populo isti
 307. praesuerunt, ubi de Synedrio quoque Judaeorum disquisitionem in-
 stituit. Tandemque de Johanne Baptista, de XII item Apostolis & eo-
 rum munere, Evangelistis item, Doctoribusque & Pastoribus, quibus
 344. in N. T. Ecclesiae suae curam Rex ille commisit, agit. Quibus omnibus
 expensis, tertio loco inter jura regia ponit, quod ejus sit semper in
 regno suo versari, populoque suo esse praesentem. Ostendit itaque,
 quomodo a primis usque temporibus Patribus, quomodo Israeli in
 Aegypto, quomodo eidem in deserto fuerit praesens, utpote in quo
 359. tabernaculum sibi etiam poni fuerit passus, Tabernaculi hujus stru-
 ctura, & alia quae eo pertinent, fusius hac occasione explicantur. Cum-
 361. que deinde populo isti in terram repromissionis delato adfuisse et-
 iam Regem Jesum, ostensum esset, in templo peculiariter, de quo
 iterum multa annotantur, tanquam domo sua habitasse dicitur. In
 382. Babylonia denique, in Ecclesia N. T. imo in nobis ipsis qua ratione
 praesens semper fuerit, demonstratur. Jamque ad quartum jus sive
 officium Regis fit progressus, quod est, ut in hostes atque inimicos
 suos omnes severe animadvertat, vel eos coercitos regni sui cives ef-
 ficiat. De origine & progressu regni Diaboli inter homines hic agi-
 tur, nonnullaque de idololatricorum cultuum incunabulis adspere-
 guntur, & quid Christus, ut a dominio Satanæ nos liberaret, fecerit,
 edocetur. Imo quomodo ultionem suam ab inimicis suis, idolorum
 & oraculorum gentiliū destructione, Reipublicae Judaicae ever-
 sione, Romani Imperii ruina, Pontificiae denique tyrannidis per re-
 formationem subversione sumserit, ostenditur. Tempusque ventu-
 rum esse docetur, quo conversione Israeliticae gentis ad Deum, &
 omnimoda Diaboli atque eorum qui partes ejus sequuntur, in ex-
 tremo

Quod in his rebus non minus in fine superioris anni de C
dum & Sphaeroidum superficibus complanandis insinuat

P

Fig. 6.





Fig. 8.



omnimoda Diaboli atque eorum qui partes ejus sequuntur, in ex-
tremo

tremo iudicio destructione, gloriosissime ultimum hocce jus suum
Jesús Rex noster sit exerciturus.

**QUADRATURA UNIVERSALIS FIGURARUM CURVILINEA-
rum per series infinitas, simplici transpositione rectarum linea-
rum formatas, per D. T.**

Cum heri legerem, quæ in Actis mensis Decembr. A. 1696 Vir in
his studiis profunde versatus *Johannes Bernoullius* de Tetrago-
nismo universali exposuit, mirum in modum ea mihi placuerunt, oc-
casionemque suppeditarunt reminiscendi eorum, quæ circa hanc rem
olim fui meditatus, imprimisque methodi a multis jam annis mihi
familiaris, cujus ope, absque ullis tangentibus, per simplicem linea-
rum rectarum transpositionem Tetragonismos absolvo; quam nunc
cum publico communicare animus est. Nimirum si fuerit spatium
quodcumque ABGIK, ducatur recta BK & huic parallela FGHI, fiat-
que continuus FH = GI, & orietur hinc curva CHK. Porro ducta
recta CK, & huic parallela, formeretur eodem modo nova curva DK,
& sic in infinitum. Dico rectangulum ABLK esse ad curvum spati-
um BGIK, ut 2AB ad AB + Bc + CD + DE &c. Hæc autem series
infinita, si quadratura spatii absoluta datur, semper ad seriem fini-
tam potest reduci, idque quandoque statim manifestum est, ut in
parabola infinitis accidit. Nota quoque mihi dudum fuit methodus,
omnes quadraturas curvilinearum, quæ expressionem finitam patiun-
tur, per simplicem linearum transpositionem absolvendi, ejusque spe-
cimina jam Parisiis A. 1682 Academiæ Regiæ exhibui, cum observas-
sem, tale quid nec in Parabola Archimedeæ præstitum fuisse; ve-
rum calculi molestia, quotiescunque ad eandem perficiendam me
applicui, semper me absterruit, quo minus pergerem in ea numeris
omnibus absolvenda, quamvis semper singularia quædam hinc de-
rivaverim, quæ aliquando, si otium suppetat, cum fœnore publico
impertiar.

TAB. III.
Fig. I.

**JOH. BERNOULLII DE CONOIDIBUS ET SPHEROIDIBUS
quædam. Solutio analytica Equationis in Actis A. 1695, pag. 553 pro-
posita. Notatiuncula in Responsonem a Nob. D. T. nupero
Novembri editam &c.**

Quod in Actis Eruditorum mense Junio superioris anni de Conoi-
dum & Sphæroidum superficiibus complanandis insinuavi, in
tran

transitu velut attigeram, neque ejus mentionem injecissem publice, nisi inter scribendum in mentem mihi incidisset elegans illa coniectura proprietatis, quam publico impertiondam duxi, subindicando simul fontem, ex quo fluebat. Est vero materia illa talis, in qua excolenda nemo male suam operam collocabit; eruenda enim restant egregias cui rei fidem faciam novo & facili sed eleganti theoremate. Est curva quavis ABC (fig. 1) convertenda circa duos axes DE & DF constituentes quemcunque angulum EDF, sitque recta GDH perpendicularis ad lineam angulum eundem bisecantem, cui parallela EF; Dico superficiem, quæ oritur ex conversione curvæ ABC circa DE, unâ cum superficie orta ex conversione ejusdem ABC circa DF, esse ad superficiem solam genitam ex circumvolutione curvæ ABC circa GH, ut EF ad ED; Idem intellige etiam de solidis, quæ fiunt ex triplici ista conversione segmenti ACB, vel sectoris ADC, vel alterius cujusvis figuræ. Unde existente angulo $EDF = \frac{2}{3}$, recti, erunt duæ conversiones circa axes DE, DF simul æquales conversioni circa GH, reliquis vero in casibus si fiat curva *abc* similis expositæ ABC, ita ut ducta utcumque Db sit ad DB, ut EF ad mediam proportionalem inter EF & ED, erunt duæ simul superficies factæ ex conversione curvæ ABC circa DE & DF æquales superficiem descriptæ a curva *abc* conversa circa GH. Sin autem Db sit ad DB ut EF ad primam earum mediarum proportionalem inter EF & ED, erunt duo solida figuræ ACB circa DE & DF rotatæ, æqualia solido figuræ *acb* circa GH conversa. Hinc patet, qua ratione sphæroidibus, oblongo & depresso, ab eadem quacunque elliptoide descriptis & simul sumtis æquale solidum, illorumque superficiebus una superficies æqualis construatur possit; Id quod Hugenio quondam erat unum ex maxime desideratis.

Jam addam hic solutionem analyticam (quia hætenus nulla comparuit æquationis differentialis a Fratre propositæ in Actis Dec. 1695. Compellatus enim a celeberrimo Leibnitio, ut ei me accingerem, vidensque & ipsam nonnihil operæ solutioni impendisse, & Fratrem iteratis vicibus Mathematicos provocando suum problema pluris quam ab initio credideram æstimasse, invitationi diutius deesse nolui. En igitur solutionem, quam per semiquadrantem horæ instituta meditatio mihi suggessit, quamque Dn. Leibnitio, si horum recordari dignetur, jam tum perscripsi, antequam constructio fraterna comparuisset.

Equæ

TAB. III.
Fig. 2.

Æquatio proposita est hæc: $ady = y^p dx + by^n qdx$ (ubi a & b quantitates datas & constantes, n potestatem quamvis literæ y ; p & q quantitates utrunque datas per x denotant) separandæ sunt in illa literæ indeterminatæ x & y cum suis differentialibus a se invicem, ut saltem per quadraturas construi possit, id quod sic facio: Ut potestas n deprimatur ponendum est $y^n = \frac{z}{v^{1-n}}$, unde proposita mutatur

in hanc ulterius resolvendam $\frac{z}{1-n} dv = v^p dx + b q dx$, quæ res-

spondet formulæ Leibnizianæ in Martio 1696 traditæ. Sed hac depressione potestatis mihi non opus est; immediate enim consequor finem ponendo $y = mz$, ideoque $dy = m dz + z dm$; quibus substitui-

tus in æquatione proposita habebitur $azdm + amdz = mzpdx + bm^n z^n qdx$. Nunc ut hæc æquatio quatuor terminorum ad duos redi-

gatur, pono $amdz = mzpdx$ id est $\frac{adz}{z} = p dx$, unde cum habe-

tur z per x aut algebraice aut saltem transcendenter esto, $z = \xi$ (per ξ intelligo quantitatem datam per x & constantes.) Quoniam vero destructis mdz & $mzpdx$ in æquatione transmütata, remanet $azdm$

$= bm^n z^n qdx$ seu surrogato valore ipsius z , $a\xi dm = bm^n \xi^n qdx$ id est

$am^{-n} dm = b\xi^{n-1} qdx$, hinc pariter habetur m per x , nimirum $\frac{a}{-n+1}$

$m^{-n+1} = b\xi^{n-1} qdx$, posito ergo $m = X$ (quantitati iidem ex x & constantibus compositæ) proveniet $y = (zm) = \xi X$ — quantitati pure dependenti ab x & constantibus. Q. E. F.

Hæc dum scribo, pervenit ad me Nobilissimi Dn. Tschirnhausii schediasma proximo Actorum Novembri insertum. Per totum, fateor, profundas sagacissimi ingenii meditationes spirat; doleo solum assequi me non posse, utrum nostras observationes circa ipsum meditata Geometrica approbet, an vero improbet. Absit, ut putem

Virum hunc, nulli in cognitione abstrusioris Geometriæ secundum, improbare velle talia, quæ quoadcunque libuerit, evidentissimis demonstrationibus munire possum. Lubens ergo merito credam, quædam fuisse ab ipso proposita in Nov. 1695, quæ limitanda erant; quæ autem limitatio nec a Fratre nec a me (qui fere eadem haud ex communicato objecimus) percipi potuit. Neque jam in dubium vocabo, acutissimum Authorem mirandas possidere methodos generales, quarum utram nos participes faceret, ne siquid ipsi humanitatis accideret, talia nulli oblivioni tradenda simul interirent. Paucis interim notabo, quæ in novissima ista responsione animadvertere licuit.

Etiannum sustineo, quod theorema fig. 2, Act. Nov. 1695 expositum sese extendat ad omnes curvas, siue sint per focos siue aliter quomodocunque & si via, libera manu descriptæ. Quod autem Vir celeberrimus inde infert, me esse in ea sententia; non omnes curvas per focos describi posse, planè non sequitur: quasi vero una eademque curva per focos descripta non posset etiam mille aliis modis describi. Exemplo nobis sit vel sola Ellipsis, quæ non tantum per filum, sed etiam per regulam secundum latera anguli recti progredientem aliterque æque facile formatur. Hoc duntaxat ex assertionem meam legitime sequitur; theorema illud valere in omnibus curvis, non quatenus per focos tantum sed utcunque progenitæ considerentur. Atque sic salva meâ assertionem non nego, omnes curvas habere focos saltem lineares; an vero etiam habeant simplices seu puncta ex quibus semper per filâ delineari possint, hæcenus a nemine demonstratum est.

Quod præterea Vir ingeniosissimus inveniit, *methodum tangentium inversam ante aliquot annos magno in pretio se habuisse, jam vero eandem non leves ob causas eo loco non amplius a se haberi, indicium utique est sibi eam adeo planam & tritam fecisse, ut ipsi jam ut ludus sit habendus; unde cum nihil hæcenus propositum videris, (ut ait) quod ejus ope cum operam dare ei licuit, non potuerit determinare, videre desidero akerum illum modum parabola portiones inter se conferendi, quem priori suo substituit & cum pluribus specimenibus communicandum pollicetur. Cæterum ingenue fateor, me nondum posse perspicere ex omnibus illis, quæ allegat, quomodo theorema meum de reductione curvarum ad circulares* per

per alias evolutiones quam Hugénianam augeri possit. Pro hoc si habet methodum quam offert, grato animo excipiam, quodcumque communicare libuerit. Hoc tamen in antecessum præmonendum duco, non opus esse ut curvæ reducantur ad extensiones ellipseos, hyperbolæ, parabolæ, altiorisve curvæ, si id fieri possit per circulates, tanquam post rectam simplicissimas. Verum enim vero omnia omnino curvâ, quocumque etiam habeat focos, per unicum semper potest describi, id est per evolutionem Hugénianam. Non video igitur, cur recurrendum esset ad evolutiones magis compositas, cum idem perpetuo obtineri possit per simplicissimam.

Subnectit Vir eruditissimus, se habere *singularia theoremata universalialia* pro nova doctrina locorum, asseritque sibi valde probabile videri, æqualitatem rectorum rectorum se interfecantium (quam ego præterquam circulo infinitis aliis curvis competere nuper ostendi) absolute omnibus communem esse. Id quidem facile largior, si duas tantum rectas se interfecantes intelligat, ut fere innuere videtur, quando dicit *certissimum id esse, in ipsa quoque parabola, hyperbola & ellipsi hanc veritatem, quod duabus rectis se interfecantibus rectorum segmenta inter se infinitis modis certa ratione sine æqualia, demonstrari posse*; sed ridiculum prorsus fuisset, si tale quid ut novum vendicare voluisset, siquidem prima statim attentione cuius obviū est, omnem curvā, si non sit circulus, posse a circulo secari in quatuor punctis, per quorum bina & bina transeuntes lineæ rectæ habebunt utique segmentorum rectorum æqualia; adeo ut hoc de omnibus curvis non solum probabile sed omnino certum sit. At sensus mei inventi longe alius est. Non enim duas saltem, sed infinitas, sed omnes rectas e puncto quodam egredientes, quæ fecent curvas, volo ut faciant rectorum segmentorum suorum æqualia, atque hoc omnibus curvis convenire nemo demonstrabit, cum contrarium potius in ipsis tribus sectionibus conicis evinci possit. Quod superest, si theorematum suorum vires experiri velit, sat amplam materiam habet applicandi illa in inquisitione curvæ, quam in Actorum mense Junio insolutam relinquo, ut scilicet solidum sub uno segmento & quadrato alterius sit ubique eidem æquale, cujus solutio mihi reperta est. Item quod nuper publice proposui, quærat curvā ita ut summa segmentorum ad potentiam datam elevatorum sit perpetuo eadem.

dem. Hisce aliisque si satisfecerit (ut non dubitamus) Vir perspicacissimus, haud aptiorem ansam nobis præbebit, de inventis ipsius pro merito sentiendi, quam si methodos ipsas, quas hucusque latere nos voluit, tandem candide aperuerit.

AN ENQUIRY AFTER HAPPINESS &c,

Hoc est:

FELICITATIS VERÆ INDAGATIO, INSTITUTA AB Auctore Christianismi Practici. Volumina duo.

Londini, apud Sam. Smith, 1692. 1696. in 8.

Constant Alphab. 2. plag. 15.

Auctor hujus libri, qui nomen suum ignorare nos voluit, ab alio quodam opere, quod non sine Anglorum suorum plausu jam olim publicavit, appellationem sibi adscivisse contentus, infortunato quodam casu oculorum suavissimo usu privatus fuit. Ut itaque tædium, quod miseræ hujusmodi conditioni natura quasi sua junctum esse videtur, falleret, aliisque ratione qua maxime posset, inferviret, operi huic manum admoveere constituit. Cui eo magis idoneus fuit, quod ipsemet, uti fatetur, omnes delicias fuerit expertus, quas prosper & felix hominis status suppeditare potest, ut adeo scire queat, quid ad veram conferre illæ valeant felicitatem. Præterea autem rebus etiam adversis adeo exercitum se esse ait, ut de hominis miseria, virtutisque qua sese erigere & contra niti debeat necessitate, recte se judicare posse confidat. Animam denique suam in corpore, nobilissimo sensu destituta, ita degere ait, ut non multum ejus conditio a separate animæ statu distet; quo ipso fieri existimat, ut liberum & corporis affectibus parum corruptum judicium ferat.

Non expectandum autem est, ut accuratam operis hujus recensionem instituamus, quod, uti habet virtutes suas egregias, ita a nemine non salutis felicitatisque suæ studioso legi deberet. Ast vero amittere hujusmodi scripta solent vim pariter & gratiam suam, si quidquam iis demas, & vividam illam quæ nitent faciem arida relatione illis detrahas. Contenti igitur erimus tribus verbis summam rerum omnium indicasse. Absolvitur nimirum primum volumen sectionibus tribus: in quarum prima ostenditur, felicitatem nec arduum adeo esse bonum, ad quod ambiendum humana non debeat exsurge-

te ambitio; nec leve adeo ac despicibile, ut negligi mereatur. Id tamen nec a tempore & fato quoddam, nec a phantasia & inclinationibus nostris, sed a ratione recta & industria, virtute atque religione pendere demonstratur. In secunda, primo quid vere intelligatur per felicitatem, & quænam complectatur illa, edocetur; deinceps vero impossibile non esse, ut eam consequamur, evincitur. In tertia denique in causas inquiritur miseræ humanæ, ut & frustranæ felicitatis affectationis; remediaque usriusque optimâ fide indicantur.

Postquam hac ratione in priori volumine amota essent, quæ a veræ felicitatis studio avertere nos poterant; jam propius ad ejus considerationem in volumine secundo accedit. Cumque ea ex mente ejus sit *status entis perfecti, in intemerata, non interrupta, & æterna fruitione consummatissima voluptatis constituti*; quatuor potissimum esse videntur, quæ definitionem istam ingrediuntur, vita nimirum, perfectio, indolentia atque fruitio. De horum primo, vita nempe, in hoc, de quo nunc loquimur, volumine egit, aliis voluminibus deinceps expectandis reservatis reliquis. Divisit autem hanc quoque de vita commentationem in tres iterum sectiones. In quarum prima quid vita proprie sit, edocuit, deductis inde iis, ad quæ præstanda tenemur, qui vivimus, officiis. In secunda, qua ratione & practicam & contemplativam vitam utiliter instituere debeamus, declarat. In tertia denique, quomodo ita vivere debeamus, ostendit, ut & vitam quam longissime protendamus terminos, & si brevior nobis obtigerit, talis tamen sit, ut cum longissima bene gestorum ratione contendendi valeat.

PETRI HADRIANI F. VERDUIN AMSTELÆDAMENSIS

Dissertatio Epistolaris, de Nova Artium decurtandorum Ratione &c.

Amstelædami, apud Joh. Wolters, 1696. in 8.

Constat plag. 2. & tabulis æneis 7.

Octodecim & quod excurrit, elapsi sunt anni, cum chirurgicus quidam Scriptor Anglicus *Jacobus Tonge*, Anglicò Idioma libellum ederet, cujus rubrica, *Carrus Triumphalis ex Terebinthina*, in quo oleum terebinthinæ in hæmorrhagiis, etiam enormioribus, sistendis cuncta hæctenus nota & usualia remedia antecollere, pro-

lixa fatis rationum atque experimentorum enarratione ostendebat. Subnectebat huic libello Epistolam ad amicum quendam, in qua novam & singularem methodum, a quodam Anglo *Lowdham* sibi communicatam, amputandi artus corruptos, hisque detruncatis commodius & citius, ac hactenus factum, medendi innuebat. Cujus hæc potissimum ratio, ut portio cutis, & carnis in alterutro membri abscindendi latere, v. g. in tibia suræ maxima, pars trunco annexa relinqueretur, quæ operatione administrata, hujus extremitati ita superinducenda & inducta conservanda, donec per symphysin & infitionis modum, sine ossis abscessione, celerius, felicius & ita consolidaretur vulnus, ut machina seu crus artificiale commodius quoque ipsi applicari posset. Verum, cum circumstantias hujus chirurgiæ non recensuisset Autor, eadem quoque ad paucorum hactenus manus pervenerit, ab illo tempore nihil hujus plus, penes nos imprimis innotuit, donec biennio circiter abhinc, a chirurgo quodam Amstelodamensi hanc operandi rationem felicissime administrari, amici cujusdam literæ nobis significarent. Atque is est *Petrus Verduin*, cujus *Dissertationis epistolariæ* argumentum Tibi, L. B. recensebimus. In præfatione perhibet, in Anglia jamdum simile quid fuisse factum: num ab illis, quos nominavimus, chirurgis, subsolacere haud possumus. Hinc primo instrumenta exponit; in operatione, post eandem, & vulneris sanatione absoluta, necessaria; deinde operandi modum, ac denique commoda hinc emergentia, Instrumentorum alia reperimus communia seu vulgaria, alia huic administrandi rationi peculiariora: quorum forsitan potissima sunt cingulum latum constrictorium, fig. 3. & 4, patina seu lamina concava, fig. 5. delineata, cujus applicandi rationem fig. 6. & 7. monstrant, quo remoto instrumentum quoddam retentivum applicandum describitur, cujus integri schema fig. 8, in partes divisi fig. 9, 10 & 11, applicationem fig. 12. promunt; quibus demum subnectitur, pro tibia detruncata, crus factitium, fig. 13. descriptum.

Post hæc operandi modum docet sequentem. Femori v. g. cruris detruncandi applicat, inter tendines crus flectentes, & interno ejus lateri, ubi majora sita sunt vasa, splenia duo teretia, & desuper hæc linteum quadruplicatum, femoris inferiorem partem & genu obvolvens ac fasciola firmandum. His cingulum latum constrictorium
fig. 3.

fig. 3. & 4. superimponit, hocque ope breviorum suarum corrigiarum, fibularum & lingularum ad sufficientem vasorum sanguiferorum arctationem firmiter in poplite claudit: imò majoris constrictionis gratia tæniam latam omnibus superinficit, inter operandum baculo a quodam adstantium contorquendam, quod instrumenti genus, Gallis modernis frequens, *Tourniquet* audit. Vid. fig. 6. Quibus ita adaptatis, illam cinguli latioris partem, quæ genu tegendo destinata, cum loris propendentibus, retrosum, ne operationem turbent, reclinat. Dein crus paulo supra amputationis locum (qui minime, ut olim tradebant, prope genu, sed ab hoc, quantum licet, remotissimus sit, quo factitium crus trunco commodius & firmiter adaptari queat) zona graciliore, ex molliore corio vitulino confecta, & fibula atque lingula instructa, arcte constringit, idemque ministris duobus, alteri circa zonam, alteri prope pedis articulum, immobile tenendum committit. Hinc ipsemet chirurgus suram læva manu arreptam, & ab ossibus quasi avulsam, cultro falcato & ancipiti, ab ipsa zona crus coarctante inchoando, juxta cruris longitudinem, pone ossa deorsum abscindit, reliquas vero cutis carnisque partes ad ossa usque transversim, ut moris, incidit, tandemque retroducta interim, ne a serâ lædatur, prædicta suræ rescissæ portione, ossa decurtat. Extemplo vulnus cruentum spongia tepida imbuta leniter abstergit, ne quid scobis remaneat, ac soluta zona, qua crus constringebatur, carnem illam revulsam dicto citius antrosum & super mutilati membri truncum reflectit, vulneris oras fungo, stupa ac styptico idoneo munit, totam vero extremitatem vesica bubula una vel duabus emollitis operit, fascia emplastro viscoso oblita firmandis. Vesicam desuper eidem trunco applicat linteum complicatum, hinc laminam illam concavam fig. 5. genu vero partem cinguli constrictorii anticam adaptat, & hujus loras longiores laxata tænia constrictoria, super extremitate trunci & lamina decussatas, ac per fibulas illas prominentiæ quadantenus attractas, lingulis suis, juxta fig. 7 claudit, totam denique hanc deligationem fascia quadam muniendo, & paucis post operationem horis cingulum etiam paulum laxando.

Quia tamen chirurgiæ hujus per insitionem momentum potissimum in eo consistit, ac carnes vel mutilatæ partis, vel huic admo-

Q

tz,

ta, lædatur, sed ut ad sui coalitionem arctius conjunctæ serventur, applicat retinaculum fig. 8, 9, &c. hoc modo, ut portio ejus major ac latior A inferius & posticum femoris latus excipiat, crus mutilatum alteri, quam vaginam ait, B ineumbat, singulam singulæ fasciæ alligandam. Vaginæ eminentiam ferream Æ lamellæ curvæ C eousque immittit, ut carnem mutilatæ parti instratam & linteo quadruplicato tectam, sustineat illamque parti probe cunitam conservet, vulneri tamen, plagulis & fasciis solutis, quotidie mederi liceat, secundum fig. 12. Sanato autem perfecte vulnere, cruri detruncato crus artificiale fig. 13 ita adaptat, ut aliquid simul motus voluntarii in genu remaneat.

Utilitates & commoda, quæ ex hac chirurgia emānant, sunt hæmorrhagiæ felicior, sine gangrænæ, quæ fasciarum longiorum & & multiplicium constrictionem arctiorem alias facile excipere solet, metu, suppressio: 2, ne os detruncatum desquametur & abscedat: 3, ut labia vulneris brevius & sine magna deformitate cicatrifentur: 4, ut crus supposititium commodius applicetur ac 5, ut dolor ille sympatheticus, a quo mutilatos ejusmodi quasi in parte rescissa communiter diu fatis infestari per experientiam constat, avertatur.

Figurarum explicatio.

TAB. III.

Fig. 3. seqq.

Fig. 3. (Auctori Tab. I. f. 1.)

Cinguli lati constrictorii, ex corio vitulino confecti facies interna; & quidem A partis femori applicandæ, quemadmodum B partis genu adaptandæ.

Fig. 4. (Tab. I. fig. 2.)

Facies ejusdem totius cinguli externa.

Fig. 5. (Tab. I. fig. 4.)

Lamina concava, cruri post detruncationem admovenda.

Fig. 6. (Tab. 3. fig. 1.)

Cinguli hujus applicatio seu apparatus in operatione.

Fig. 7. (Tab. 3. fig. 3.)

Ejusdem post operationem apparatus.

Fig. 8, 9, 10, & 11. (Tab. 5. fig. 1. 2. 3. 4.)

Retinaculum integrum & in partes divisum.

Fig.

Fig. 12. (Tab. 6. fig. 1.)

Hujus retinaculi applicatio,

Fig. 13. (Tab. 7. fig. 1.)

Crus artificiale. Ubi *A* pes ligneus caliga & calceo ornatus. *D* Vagina ex lamina ænea, duobus locis, ad truncum immittendum, incisa. *C* Fibula, qua vagina post immissum truncum, quadantenus clauditur. *D* Locus ubi vagina pedi ligneo est affixa. *E. E.* duæ laminæ ferreæ, quarum ope crus ad genu latera flectitur. *F.* Instrumentum femorale, constans ex lamina ferrea anticum femur ambiante & corio vestita: quod restat femoris corio circuitur, & in postico femore ligamine G notato, ordine connectitur. *G* Ligamen prædictum. *H.* Flexuræ locus, cum crus incurvatur. *I.* Caliga ex aluta, qua truncus & femur sunt vestita,

HEYLIGH HOF &c.

Hoc est:

AULA SANCTA IMPERATORIS THEODOSII, DESCRIPTA, emblematicis exornata, elegantibus carminibus illustrata, & observationibus moralibus usui accommodata a P. ADRIANO POIRTEES Soc. Jesu, Nunc demum post fata ejus edita,

Ypræ, apud I. B. Moormans, 1696. in 8. pl. 19,

Autor hujus opusculi, cui haud postremum locum inter Poetas Belgas concedi postulat editor ejus, jam ante quatuor hæc lustra, antequam ultimam manum huic foetui suo imponere posset, in collegio Mechlinensi fatis concessit. Unde etiam ad annum usque trigessimum primum solum Theodosii junioris, cujus aulam hoc opusculo describit, procedere ei licuit, ulterius progressuro, nisi fata solum abruptere eum jussissent. Scopum ad quem eo potissimum collineavit, ignorare nos haud sinit præfatio, quam ipse ei, antequam moreretur, præmisit. Scilicet suavi hujus Imperatoris, & quatuor ejus sororum, quas inter Pulcheria præcipue eminuit, exemplo, mundi contemptum aliasque Christiano homine dignas virtutes inculcare voluit. Ut itaque eo fortius certiusque persuaderet, non nullam historiam, in cujus enarratione ingenio nonnunquam indulgere

Q 2

vide-

videtur, proposuisse contentus, doctrinas morales ubique luculente ex ea deducit, & carmina non inamœna, quibus vim quasi faciat lectorum animis, semper inspergit. Cæterum non unicum nec primum hoc opus est, quo inter Poetas Belgas locum sibi illius Auctor vendicavit. Eleganti enim carmine prælium, quo anno 1638 Fœderati Belgii copias præfigarunt Hispani, celebravit. Imo & anno 1640 Belgico carmine interpretatus est præcipua eorum, quæ de gestis Jesuitici Ordinis hominum præclaris Latina lingua P. Jo. Tollenarius fuerat commentatus. Ut taceamus ea, quæ de vanitate mundi, de larva mundi, de columba in petra cavernis, de vita S. Rosaliæ, & de sancto denique corde suavissime cecinisse dicitur.

BERNHARDI NIEUWENTIÏT CONSIDERATIONES SECUNDA
de circa calculi differentialis principia, & Responsio ad Virum
Nobilissimum G. G. LEIBNITIUM.

Amstæledami, apud Johannem Wôlters, 1696, 8, plag. 3.

POSTquam ea, quæ ad difficultates contra calculum differentialem motas responderat maximi nominis Geometra Leibnitiuss, ex Actis Eruditorum A. 1697, mens. Julio & Aug. pag. 310, 369, perspexerat doctissimus Nieuwentiit, non difficultatum omnino omnium immunita ea ipsi visa fuerunt, speravitque a Viri omnis politioris literaturæ fama clarissimi insita humanitate, ægre latum non iri, si ea, quibus adhuc suspensus tenetur, dubia in his Considerationibus Secundis exponeret. Id vero eum in finem fieri profiteretur, ut (quæ ipsius verba sunt) *ad ulteriora jam prorumpens, & veterum fines supergressa Geometria, eam nec difficultatum vepribus ubique exasperatam semitam inveniat, ac post exhaustas quantitas assignabilium proprietates, per insolitas quoque, omnisque humana imaginationis vim eludentes partium infinite parvarum considerationes, lapsus ac erroris secuta nihil a tergo dubii, nihil indemonstrati relinquens procedere possit.* Fecit autem quinque sectiones harum Considerationum, in quarum prima disquirat, an legitime a nobilissimo Leibnitio sit demonstratum, in calculo differentiali quantitates infinite parvas nihilorum adinstar abjici debere: in secunda, an, si calculus differentialis primi gradus suscipi possit, differentiationes aliorum graduum ex rationibus a Viro cele-

celeberrimo hunc in finem adductis rite inferantur. In *tertia* solutiones objectionum suarum, quibus calculum differentialem ad casus particulares adhibitum in absurdum desinere, probare annis fuerat, expendit. In *quarta* ad difficultatem, adversus suam circa infiniteimas ratiocinandi methodum motam, respondet. In *quinta*, num suus calculus ad curvas exponentiales adhibitus, licet tolerari possit, ad identicum redire cum ratione dicatur, & an huic ideo calculus nobilissimi Leibnitii sit præferendus, inquirat. Atque hæc summa libelli capita indicata a nobis fuisse suffecerit, cum momenta controversiarum ipsa recensere, prolixum nimis foret, & opusculum ipsum perlegi facili negotio possit integrum ab iis, qui talium studiis capiuntur. Quemadmodum & ea, quæ nobis, quod in Actis Eruditorum A. 1696, mense Febuario pag. 81, Mathematicos in unum notas usurpandi modum convenire, & quidem notationi per summas & differentias insisti, obiter optaveramus, in Præfatione libri a clarissimo Nieuwentiit opponuntur, aliorum iudicio & examini æquissimo animo relinquimus.

JOH. BERNOULLI PRINCIPIA CALCULI EXPONENTIALIUM seu PERTURRENTIUM.

Mirari subit, Cl. Dn. Nieuwentiit in *Considerationibus suis secundis* nuper editis conqueri, celeberrimi Leibnitii responsiones non tanti se ponderis deprehendisse, quæ objectionibus suis primum motis per totum satisfacerent. Credebam equidem nostram calculandi methodum semetipsam satis commendare, vel solo consensu tot tantorumque inventorum, in quæ hæcenus diversis licet insistentes viis incidimus, quæque nullius unquam falsitatis convinci poterunt quod sane a methodo suspecta nedum erronea expectari nec potest nec debet. Esto nobis instar omnium unicum exemplam famosi illius problematis catenarii, cujus solutiones ad unum egregie conspirantes, illustre Virorum par, Hugenius & Leibnitius exhibuerunt, quibus simul mea accessit, ne in minimis quidem dissentiens; nob. Hugenio sua analysi, nobis vero nostra, sed feliciter utentibus: hæc enim duce eo usque ultra simplicem solutionem processimus, ut ipse Hugenius mirabundus fallus fuerit ingenue (vid. Hist. Oper. Erud.

Q

que

Virum hunc, nulli in cognitione abstrusioris Geometriæ secundum, improbare velle talia, quæ quodocunque libuerit, evidentissimis demonstrationibus mutare possum. Lubens ergo merito credam, quædam fuisse ab ipso proposita in Nov. 1695, quæ limitanda erant; quæ autem limitatio nec a Fratre nec a me (qui fere eadem haud ex communicato objecimus) percipi potuit. Neque jam in dubium vocabo, acutissimum Authorem mirandas possidere methodos generales, quarum utram nōs participes faceret, ne siquid ipsi humanitatis accideret, talia nulli oblivioni tradenda simul inererent. Paucis interim notabo, quæ in novissima ista responsione animadvertere licuit.

Etiamnum sustineo, quod theorema fig. 2, Act. Nov. 1695 expositum *se se extendat ad omnes curvas, sive sint per focos sive aliter quomodocunque & si vis, libera manu descripta.* Quod autem Vir celeberrimus inde infert, me esse in ea sententia; non omnes curvas per focos describi posse, planè non sequitur: quasi vero una eademque curva per focos descripta non possit etiam mille aliis modis describi. Exemplo nobis sit vel sola Ellipsis, quæ non tantum per filum, sed etiam per regulam secundum latera anguli recti progredientem aliterque æque facile formatur. Hoc duntaxat ex assertionem meam legitime sequitur; theorema illud valet in omnibus curvis, non quatenus per focos tantum sed utcunque progenitæ considerentur. Atque sic salva mea assertionem non nego, omnes curvas habere focos saltem lineares; an vero etiam habeant simplices seu puncta ex quibus semper per fila delineari possint, hæcenus a nemine demonstratum est.

Quod præterea Vir ingeniosissimus inruit, *methodum tangentium inversam ante aliquot annos magno in pretio se habuisse, jam vero eandem non leve ob causas eo loco non amplius a se haberi, indicium utique est sibi eam adeo planam & tritam fecisse, ut ipsi jam ut ludus sit habendus; unde cum nihil hæcenus propositum videris, (ut ait) quod ejus ope cum operam dare ei licuit, non potuerit determinare, videre desidero alterum illum modum parabola portiones inter se conferendi, quem priori suo substituit & cum pluribus specimenibus communicandum pollicetur.* Cæterum ingenue fateor, me nondum posse perspicere ex omnibus illis, quæ allegat, quomodo theorema meum de reductione curvarum ad circulares per

per alias evolutiones quam Hugénianam augeri possit. Pro hoc si habet methodum quam offert, grato animo excipiam, quandoque communicare libuerit. Hoc tamen in antecessum præmonendum duco, non opus esse ut curvæ reducantur ad extensiones ellipsos, hyperbolæ, parabolæ, altiorisve curvæ, si id fieri possit per circulates, tanquam post rectam simplicissimas. Verum enim vero omnis omnino curvâ, quocumque etiam habeat focos, per unicum semper potest describi, id est per evolutionem Hugénianam. Non video igitur, cur recurrendum esset ad evolutiones magis compositas, cum idem perpetuo obtineri possit per simplicissimam.

Subnectit Vir eruditissimus, se habere *singularia theoremata universalialia* pro nova doctrinâ locorum, asseritque sibi valde probabile videri, æqualitatem rectangulorum rectarum se interfecantium (quant ego præterquam circulo infinitis aliis curvis competere nuper ostendi) absolute omnibus communem esse. Id quidem facile largior, si duas tantum rectas se interfecantes intelligas, ut fere innuere videtur, quando dicit *certissimum id esse, in ipsa quoque parabola, hyperbola & ellipsi hanc veritatem, quod duabus rectis se interfecantibus rectangulorum segmenta inter se infinitis modis certa ratione sint æqualia, demonstrari posse*; sed ridiculum prorsus fuisset, si tale quid ut novum venditate voluisssem, siquidem primâ statim attentione cuiusvis obvium est, omnem curvâ, si non sit circulus, posse a circulo secari in quatuor punctis, per quorum bina & bina transeuntés lineæ rectæ habebunt utique segmentorum rectangula æqualia; adeo ut hoc de omnibus curvis non solum probabile sed omnino certum sit. At sensus mei inventi longe alius est. Non enim duas saltem, sed infinitas, sed omnes rectas e puncto quodam egredientes, quæ fecent curvas, volo ut faciant rectangula segmentorum suorum æqualia, atque hoc omnibus curvis convenire nemo demonstrabit, cum contrarium potius in ipsis tribus sectionibus conicis evinci possit. Quod superest, si theorematum suorum vires experiri velit, sat amplam materiam habet applicandi illa in inquisitione curvæ, quam in Actorum mense Junio insolutam relinquo, ut scilicet solidum sub uno segmento & quadrato alterius sit ubique eidem æquale, cujus solutio mihi reperia est. Item quod nuper publice proposui, quærat curvâ ita ut summa segmentorum ad potentiam datam elevatorum sit perpetuo eadem.

dem. Hisce aliisque si satisfecerit (ut non dubitamus) Vir perspicacissimus, haud aptiorem ansam nobis præbebit, de inventis ipsius præ merito sentiendi, quam si methodos ipsas, quas hucusque latere nos voluit, tandem candide aperuerit.

AN ENQUIRY AFTER HAPPINESS &c,

Hoc est:

FELICITATIS VERÆ INDAGATIO, INSTITUTA AB Auctore Christianisismi Prælici. Volumina duo.

Londini, apud Sam. Smith, 1692. 1696. in 8.

Constant Alphab. 2. plag. 15.

Auctor hujus libri, qui nomen suum ignorare nos voluit, ab alio quodam opere, quod non sine Anglorum suorum plausu jam olim publicavit, appellationem sibi adscivisse contentus, infortunato quodam casu oculorum suavissimo usu privatus fuit. Ut itaque tedium, quod miseræ hujusmodi conditioni natura quasi sua junctum esse videtur, falleret, aliisque ratione qua maxime posset, inserviret, operi huic manum admoveere constituit. Cui eo magis idoneus fuit, quod ipsemet, uti fatetur, omnes delicias fuerit expertus, quas prosper & felix hominis status suppeditare potest, ut adeo scire queat, quid ad veram conferre illæ valeant felicitatem. Præterea autem rebus etiam adversis adeo exercitum se esse ait, ut de hominis miseria, virtutisque qua sese erigere & contra niti debeat necessitate, recte se judicare posse confidat. Animam denique suam in corpore, nobilissimo sensu destituta, ita degere ait, ut non multum ejus conditio a separata animæ statu distet; quo ipso fieri existimat, ut liberum & corporis affectibus parum corruptum judicium ferat.

Non expectandum autem est, ut accuratam operis hujus receptionem instituamus, quod, uti habet virtutes suas egregias, ita a nemine non salutis felicitatisque suæ studioso legi deberet. Ast vero amittere hujusmodi scripta solent vim pariter & gratiam suam, si quidquam vis demas, & vividam illam qua nitent faciem arida relatione illis detrahas. Contenti igitur erimus tribus verbis summam rerum omnium indicasse. Absolvitur nimirum primum volumen sectionibus tribus: in quarum prima ostenditur, felicitatem nec arduum adeo esse bonum, ad quod ambiendum humana non debeat exsurge-

te ambitio; nec leve adeo ac despicabile, ut negligi mereatur. Id tamen nec a tempore & fato quodam, nec a phantasia & inclinationibus nostris, sed a ratione recta & industria, virtute atque religione pendere demonstratur. In secunda, primo quod vere intelligatur per felicitatem, & quænam complectatur illa, edocetur; deinceps vero impossibile non esse, ut eam consequamur, evincitur. In tertia denique in causas inquiritur miseræ humanæ, ut & frustraneæ felicitatis affectationis; remediaque utriusque optima fide indicantur.

Postquam hac ratione in priori volumine amota essent, quæ a veræ felicitatis studio avertere nos poterant; jam propius ad ejus considerationem in volumine secundo accedit. Cumque ea ex mente ejus sit *status entis perfecti, in inextinguibili, non interrupta, & æterna fruitione consummatissima voluptatis constituti*; quatuor potissimum esse videntur, quæ definitionem istam ingrediuntur, vita nimirum, perfectio, indolentia atque fruitio. De horum primo, vita nempe, in hoc, de quo nunc loquimur, volumine egit, aliis voluminibus deinceps expectandis reservatis reliquis. Divisit autem hanc quoque de vita commentationem in tres iterum sectiones. In quarum prima quid vita proprie sit, edocuit, deductis inde iis, ad quæ præstanda tenemur, qui vivimus, officiis. In secunda, qua ratione & practicam & contemplativam vitam utiliter instituere debeamus, declarat. In tertia denique, quomodo ita vivere debeamus, ostendit, ut & vitam quam longissime protendamus terminos, & si brevior nobis obtigerit, talis tamen sit, ut cum longissima bene gestorum ratione conteri valeat.

PETRI HADRIANI F. VERDUIN AMSTELÆDAMENSIS

Dissertatio Epistolaris, de Nova Ariuum decurtandorum Ratione &c.

Amstelædami, apud Joh. Wolters, 1696. in 8.

Constat plag. 2. & tabulis æneis 7.

Octodecim & quod excurrit, elapsi sunt anni, cum chirurgicus quidam Scriptor Anglicus *Jacobus Tonge*, Anglicæ idiomate libellum ederet, cujus rubrica, *Currus Triumphalis ex Terebinthina*, in quo oleum terebinthinæ in hæmorrhagiis, etiam enormioribus, sistendis cuncta hæctenus nota & usualia remedia antecellere, pro-

lixa fatis rationum atque experimentorum enarratione ostendebat. Subnectebat huic libello Epistolam ad amicum quendam, in qua novam & singularem methodum, a quodam Anglo *Lowdham* sibi communicatam, amputandi artus corruptos, hisque detruncatis commodius & citius, ac hactenus factum, medendi innuebat. Cujus hæc potissimum ratio, ut portio cutis, & carnis in alterutro membri abscindendi latere, v. g. in tibia suræ maxima, pars trunco annexa relinqueretur, quæ operatione administrata, hujus extremitati ita superinducenda & inducta conservanda, donec per symphysin & insitionis modum, sine ossis abscissione, celerius, felicius & ita consolidaretur vulnus, ut machina seu crus artificiale commodius quoque ipsi applicari posset. Verum, cum circumstantias hujus chirurgiæ non recensuisset Auctor, eadem quoque ad paucorum hactenus manus pervenerit, ab illo tempore nihil hujus plus, penes nos imprimis innotuit, donec biennio circiter abhinc, a chirurgo quodam Amstelodamensi hanc operandi rationem felicissimo administrari, amici cujusdam literæ nobis significarent. Atque is est *Petrus Verduin*, cujus *Dissertationis epistolariæ* argumentum Tibi, L. B. recensimus. In præfatione perhibet, in Anglia jamdum simile quid fuisse factum: num ab illis, quos nominavimus, chirurgis, subolfacere haud possumus. Hinc primo instrumenta exponit, in operatione, post eandem, & vulneris sanatione absoluta, necessaria; deinde operandi modum, ac denique commoda hinc emergentia, Instrumentorum alia reperimus communia seu vulgaria, alia huic administrandi rationi peculiariora: quorum forsitan potissima sunt cingulum latum constrictorium, fig. 3. & 4, patina seu lamina concava, fig. 5. delineata, cujus applicandi rationem fig. 6. & 7. monstrant, quo remoto instrumentum quoddam retentivum applicandum describitur, cujus integri schema fig. 8, in partes divisi fig. 9, 10 & 11, applicationem fig. 12. promunt; quibus demum subnectitur, pro tibia detruncata, crus factitium, fig. 13. descriptum.

Post hæc operandi modum docet sequentem. Femori v. g. cruris detruncandi applicat, inter tendines crus flectentes, & interno ejus lateri, ubi majora sita sunt vasa, splenia duo teretia, & desuper hæc linteum quadruplicatum, femoris inferiorem partem & genu obvolvens ac fasciola firmandum. His cingulum latum constrictorium

fig. 3.

fig. 3. & 4. superimponit, hocque ope breviorum suarum corrigiarum, fibularum & lingularum ad sufficientem vasorum sanguiferorum arctationem firmiter in poplite claudit: imò majoris constrictionis gratia tæniam latam omnibus superinficit, inter operandum baculo a quodam adstantium contorquendam, quod instrumenti genus, Gallis modernis frequens, *Tourniquet* audit. Vid. fig. 6. Quibus ita adaptatis, illam cinguli latioris partem, quæ genu tegendo destinata, cum loris propendentibus, retrosum, ne operationem turbent, reclinat. Dein crus paulo supra amputationis locum (qui minime, ut olim tradebant, prope genu, sed ab hoc, quantum licet, remotissimus sit, quo factitium crus trunco commodius & firmiter adaptari queat) zona graciliore, ex molliore corio vitulino confecta, & fibula atque lingula instructa, arte constringit, idemque ministris duobus, alteri circa zonam, alteri prope pedis articulum, immobile tenendum committit. Hinc ipsemet chirurgus suram læva manu arreptam, & ab ossibus quasi avulsam, cultro *falcato* & ancipiti, ab ipsa zona crus coarctante inchoando, juxta cruris longitudinem, pone ossa deorsum abscindit, reliquas vero cutis carnisque partes ad ossa usque transversim, ut moris, incidit, tandemque reducta interim, ne a ferra lædatur, prædicta suræ rescissæ portione, ossa decurtat. Extemplo vulnus cruentum spongia tepida imbuta leniter abstergit, ne quid scobis remaneat, ac soluta zona, qua crus constringebatur, carnem illam revulsam dicto citius antrosum & super mutilati membri truncum reflectit, vulneris oras fungo, stupa ac styptico idoneo munit, totam vero extremitatem vesica bubula una vel duabus emollitis operit, fascia emplastro viscoso oblita firmandis. Vesicam desuper eidem trunco applicat lineum complicatum, hinc laminam illam concavam fig. 5. genu vero partem cinguli constrictorii anticam adaptat, & hujus loras longiores laxata tænia constrictoria, super extremitate trunci & lamina decussatas, ac per fibulas illas prominentiæ quadantenus attractas, lingulis suis, juxta fig. 7 claudit, totam denique hanc deligationem fascia quadam muniendo, & paucis post operationem horis cingulum etiam paulum laxando.

Quia tamen chirurgiæ hujus per insitionem momentum potentissimum in eo consistit, ac carnes vel mutilatæ partis, vel huic admo-

Q

tz,

ta, lædatur, sed ut ad sui coalitionem arctius conjunctæ serventur, applicat retinaculum fig. 8, 9. &c. hoc modo, ut portio ejus major ac latior A inferius & posticum femoris latus excipiat, crus mutilatum alteri, quam vaginam ait, B ineumbat, singulam singulæ fascia alligandam. Vaginæ eminentiam ferream Æ lamellæ curvæ C eoque immittit, ut carnem mutilatæ parti instratam & linteo quadruplicato tectam, sustineat illamque huic probe cunitam conservet, vulneri tamen, plagulis & fasciis solutis, quotidie mederiliceat, secundum fig. 12. Sanato autem perfecte vulnere, cruri detruncato crus artificiale fig. 13 ita adaptat, ut aliquid simul motus voluntarii in genu remaneat.

Utilitates & commoda, quæ ex hæc chirurgia emanant, sunt hæmorrhagiæ felicior, sine gangrænæ, quæ fasciarum longiorum & & multiplicium constrictionem arctiorem alias facile excipere solet, metu, suppressio: 2, ne os detruncatum desquametur & abscedat: 3, ut labia vulneris brevius & sine magna deformitate cicatrifentur: 4, ut crus supposititium commodius applicetur: ac 5, ut dolor ille sympatheticus, a quo mutilatos ejusmodi quasi in parte rescissa communiter diu satis infestari per experientiam constat, avertatur.

Figurarum explicatio.

- Tab. III.** Fig. 3. (Auctori Tab. I. f. 1.)
Fig. 3. seqq. Cinguli lati constrictorii, ex corio vitulino confecti facies interna; & quidem A partis femori applicandæ, quemadmodum B partis genu adaptandæ.
- Fig. 4.** (Tab. I. fig. 2.)
 Facies ejusdem totius cinguli externa.
- Fig. 5.** (Tab. I. fig. 4.)
 Lamina concava, cruri post detruncationem admovenda.
- Fig. 6.** (Tab. 3. fig. 1.)
 Cinguli hujus applicatio seu apparatus in operatione.
- Fig. 7.** (Tab. 3. fig. 3.)
 Ejusdem post operationem apparatus.
- Fig. 8, 9, 10, & 11.** (Tab. 5. fig. 1. 2. 3. 4.)
 Retinaculum integrum & in partes divisum.

Fig.

Fig. 12. (Tab. 6. fig. 1.)

Hujus retinaculi applicatio.

Fig. 13. (Tab. 7. fig. 1.)

Crus artificiale. Ubi *A* pes ligneus caliga & calceo ornatus. *B* Vagina ex lamina ænea, duobus locis, ad truncum immittendum, incisa. *C* Fibula, qua vagina post immissum truncum, quadantenus clauditur. *D* Locus ubi vagina pedi ligneo est affixa. *E. E.* duæ laminæ ferreæ, quarum ope crus ad genu latera flectitur. *F.* Instrumentum femorale, constans ex lamina ferrea anticum femur ambiente & corio vestita: quod restat femoris corio circumitur, & in postico femore ligamine *G* notato, ordine connectitur. *G* Ligamen prædictum. *H.* Flexuræ locus, cum crus incurvatur. *I.* Caliga ex aluta, qua truncus & femur sunt vestita,

HEYLIGH HOF &c.

Hoc est:

AULA SANCTA IMPERATORIS THEODOSII, DESCRIPTA, emblematis exornata, elegantibus carminibus illustrata, & observationibus moralibus usui accommodata a P. ADRIANO POIRTERS Soc. Jesu, Nunc demum post fata ejus edita.

Ypræ, apud I. B. Moermans, 1696. in 8. pl. 19,

Autor hujus opusculi, cui haud postremum locum inter Poetas Belgas concedi postulat editor ejus, jam ante quatuor hæc lustra, antequam ultimam manum huic foetui suo imponere posset, in collegio Mechlinensi fati concessit. Unde etiam ad annum usque trigessimum primum solum Theodosii junioris, cujus aulam hoc opusculo describit, procedere ei licuit, ulterius progressuro, nisi fata solum abrumpere eum jussissent. Scopum ad quem eo potissimum collineavit, ignorare nos haud sinit præfatio, quam ipse ei, antequam moreretur, præmisit. Scilicet suavi hujus Imperatoris, & quatuor ejus sororum, quas inter Pulcheria præcipue eminuit, exemplo, mundi contemptum aliasque Christiano homine dignas virtutes inculcare voluit. Ut itaque eo fortius certiusque persuaderet, non nullam historiam, in cujus enarratione ingenio nonnunquam indulgere

videtur, proposuisse contentus, doctrinas morales ubique luculente ex ea deducit, & carmina non inamœna, quibus vim quasi faciat lectorum animis, semper inspergit. Ceterum non unicum nec primum hoc opus est, quo inter Poetas Belgas locum sibi illius Auctor vendicavit. Eleganti enim carmine prælium, quo anno 1636 Fœderati Belgii copias præfigarunt Hispani, celebravit. Imo & anno 1640 Belgico carmine interpretatus est præcipua eorum, quæ de gestis Jesuitici Ordinis hominum præclaris Latina lingua P. Jo. Tollenarius fuerat commentatus. Ut taceamus ea, quæ de vanitate mundi, de larva mundi, de columba in petra cavernis, de vita S. Rosaliæ, & de sancto denique corde suavissime cecinisse dicitur.

BERNHARDI NIEUWENTIIT CONSIDERATIONES SECUNDA
de circa calculi differentialis principia, & Responso ad Virum
Nobilissimum G. G. LEIBNITIUM.

Amstæledami, apud Johannem Wôlters, 1696, 8, plag. 3.

POSTquam ea, quæ ad difficultates contra calculum differentialem motas responderat maximi nominis Geometra Leibnitius, ex Actis Eruditorum A. 1695, mens. Julio & Aug. pag. 310, 369, perspexerat doctissimus Nieuwentiit, non difficultatum omnino omnium immunia ea ipsi visa fuerunt, speravitque a Viri omnis politioris literaturæ fama clarissimi insita humanitate, ægre latum non iri, si ea, quibus adhuc suspensus tenetur, dubia in his Considerationibus Secundis exponeret. Id vero eum in finem fieri profiteretur, ut (quæ ipsius verba sunt) *ad ulteriora jam prorumpens, & veterum fines supergressa Geometria, tantam nec difficultatum vepribus ubique exasperatam semitam inveniat, ac post exhaustas quantitatam assignabilium proprietates, per insolitas quoque, omnisque humana imaginationis vim eludentes partium infinite parvarum considerationes, lapsus ac erroris secuta nihil a tergo dubii, nihil indemonstrati relinquens procedere possit.* Fecit autem quinque sectiones harum Considerationum, in quarum prima disquirat, an legitime a nobilissimo Leibnitio sit demonstratum, in calculo differentiali quantitates infinite parvas nihilorum adinstar abjici debere: in secunda, an, si calculus differentialis primi gradus suscipi possit, differentiationes aliorum graduum ex rationibus a Viro cele-

celeberrimo hunc in finem adductis rite inferantur. In *tertia* solutiones objectionum suarum, quibus calculum differentialem ad casus particulares adhibitum in absurdum desinere, probare amissus fuerat, expendit. In *quarta* ad difficultatem, adversus suam circa infinitesimas ratiocinandi methodum motam, respondet. In *quinta*, num suus calculus ad curvas exponentiales adhibitus, licet tolerari possit, ad identicum redire cum ratione dicatur, & an huic ideo calculus nobilissimi Leibnitii sit preferendus, inquirat. Atque hæc summa libelli capita indicata a nobis fuisse suffecerit, cum momenta controversiarum ipsa recensere, prolixum nimis foret, & opusculum ipsam perlegi facili negotio possit integrum ab iis, qui talium studiis capiuntur. Quemadmodum & ea, quæ nobis, quod in Actis Eruditorum A. 1696, mense Febuario pag. 81, Mathematicos in unum notas usurpandi modum convenire, & quidem notationi per summas & differentias insisti, obiter optaveramus, in Præfatione libri a clarissimo Nieuwentiit opponuntur, aliorum iudicio & examini æquissimo animo relinquimus.

JOH. BERNOULLI PRINCIPIA CALCULI EXPONENTIALIUM seu PERTURRENTIUM.

Mirari subit, Cl. Dn. Nieuwentiit in Considerationibus suis secundis nuper editis conqueri, celeberrimi Leibnitii responsiones non tanti se ponderis deprehendisse, quæ objectionibus suis primum motis per totum satisfacerent. Credebam equidem nostram calculandi methodum semetipsam satis commendare vel solo consensu tot tantorumque inventorum, in quæ hæcenus diversis licet insistentes viis incidimus, quæque nullius unquam falsitatis convinci poterunt quod sane a methodo suspecta nedum erronea expectari nec potest nec debet. Esto nobis instar omnium unicum exemplam famosi illius problematis catenarii, cujus solutiones ad unum egregie conspirantes, illustre Virorum par, Hugenius & Leibnitiis exhibuerunt, quibus simul mea accessit, ne in minimis quidem dissentiens; nob. Hugenio sua analysi, nobis vero nostra, sed feliciter utentibus: hæc enim doceo usque ultra simplicem solutionem processimus, ut ipse Hugenius mirabundus fallus fuerit ingenue (vid. Hist. Oper. Erud.

Q3

que

quæ Roterodami editur, mense Febr. 1693, p. 251) se non posse imaginari, quomodo calculus eo nos perduxerit.

Sed nolim hic respondere novis objectionibus Dn. Nieuwentiit, quod ipse acutissimus Leibnitijs, cujus potissimum res agitur, si ipsi necessum visum fuerit (de quo tamen dubito) bonam causam vindicare non differet. Ultimam duntaxat aggrediar sectionem secundarum harum Considerationum, ut quod jam aliquoties facere volui, ansam habeam exponendi modum tractandi æquationes curvarum, in quibus indeterminata exponentes ingreditur. Cujus inventionem eatenus mihi attribuire fas est, quod jam ante quinquennium sponte mea eo penetraverim, Dn. Leibnitio non monente, ut ipse fatetur in Actis anni 1695, p. 314; quod utique non leve argumentum deberet esse, apud Dn. Nieuwentiit præsertim valiturum, calculum differentialem exponentialibus curvis adhibitum plane nullis laborare difficultatibus. Gaudebo interim, si explicatio mea prolixior doctissimo Nieuwentiitio scopulum, quem forte in succincta animis Leibnitiana offendit, summo verit: sin minus, pro publico tamen laborasse non pigebit.

Quantitatem elevatam ad potentiam indeterminatam (antequam hæc etiam Leibnitijs considerata intellexissem) vocabam *percurrentem*, quia omnes possibile dimensiones quasi percurrit. Hinc æquationes quantitatis hujusmodi constantes, ipsæque curvæ per illas designatæ, eodem mihi nomine veniebant. Quoniam vero *exponentialium* appellatio magno nostro Geometræ atrisit, in illius honorem hoc alterum nomen & ego asciscam, misso priori, ne, quod subinde accidit, diversa ejusdem rei denominatio Lectori confusionem pariat.

Exponentialem igitur quantitatem concepiebam ut medium quid inter algebraicam & transcendentem: accedit enim ad algebraicam, eo quod terminis finitis utur indeterminatis constet; ad transcendentem vero, quod nulla constructione algebraica exhiberi possit. Hinc colligere est, quam superfluum fuerit jocus Hugenii, curvas exponentiales appellando *hypertranscendentes*, cum serio potius & congrue illas nominare potuisset *hypotranscendentes*. Est enim & ipsa Logarithmica (omnium profecto transcendentium simplicissima) ex hoc curvarum genere, omnesque alix exponentiales ope

Opè hujus construi & earum tangentes determinari possunt, ut ex jam dicendis patebit. Tria interim sunt, quæ maxime suspensum tenent Dn. Nieuwentiit, quo minus assensum tribuat. 1. *Quomodo una eademque indeterminata possit esse in curva logarithmica de applicatarum genere, & simul abscissa alterius cujusdam curva.* 2. *Quomodo ex æquatione $x^y = y$, deducatur hæc æquatio $\sqrt{x} = y$ (per lx, ly, lz &c. intelligo logarithmos ipsarum x, y, z &c.)* 3. *Quomodo lx possit esse $= f \frac{dx}{x}$.* Hæc ergo satis alias trita, quorum originem se ignorare fatetur, ipsum edocebõ.

TAB. III.
Fig. 14.

Esto DE (Fig. 14) axis curvæ HGF, illique perpendicularis DC, axis logarithmicæ AB; producatür applicata FE, donec occurrat logarithmicæ AB in B, a quo demissa perpendicularis BC æqualis erit abscissæ DE, est autem BC applicata logarithmicæ, ergo patet, qua ratione abscissæ DE, cujuscunque curvæ HGF, possint esse de applicatarum genere, non solum in logarithmica, sed in quavis etiã alia curva AB, & quidem ita ut salva maneat ratio inter DE & EF, quocunque etiã modo crescat DE, sive æqualiter sive inæqualiter; adeo ut sumtis ex. gr. differentiis axis logarithmicæ Cc æqualibus, nihilominus differentialis FG ad differentialem Ee, seu ipsa FE ad subtangentem EL, suam generalem perpetuo, servet relationem. Ad demonstrandum secundum, quod \sqrt{x} sit $= ly$, inspiciat, si placet, vulgares, quæ prostant, tabulas logarithmicas, quæ e vestigio ipsum docebunt, logarithmum numeri quadrati, cubi, biquadrati &c. esse duplum, triplum, quadruplum &c. radices: unde generaliter $\log. x^y = y / x$;

quid ergo si $x^y = y$, annon & eorum logarithmi sunt æquales, id est, $\sqrt{x} = y$? Superest tertium, quod ita ostendo; si AD = 1 = subtang. & BC = numero, erit ut constat, DC logarithmus ejusdem, est autem ex natura logarithmicæ subtang. in Bn = BC in Cc, & per consequens

$$\frac{Bn}{BC} = Cc, \text{ hinc si BC sit } x, y, z \text{ \&c. \& DC, lx, ly, lz \&c. erit } \frac{dx}{x}, \frac{dy}{y},$$

$$\frac{dz}{z} \text{ \&c.}$$

$\frac{dz}{z} \&c. = d\ln x, d\ln y, d\ln z \&c.$ ergo etiam summa $f = \frac{dx}{x}, f = \frac{dy}{y}, f = \frac{dz}{z} \&c. = \ln x,$

$\ln y, \ln z \&c.$ Unde satis mirari nequeo, doctis. Nieuventiit, qui eandem ferè demonstrationem sibi format, hic discrimen querere in li-

teris, concedendo $f = \frac{dy}{y}$, sed dubitando an etiam $f = \frac{dx}{x} \&c. = \ln x$; quasi

arbitraria denominatio mutationem rei afferat. Regetur quidem, id de omnibus indeterminatis valere si absolute considerentur; sed hic x & y considerandas esse certo ad invicem respectu: ast quid tum? demonstratio generalis est & nulla conditione, nullò respectu limitata. Demonstratum enim est, quacunque ratione crescant Dx, DE seu bc, BC ; quocunque demum appellentur nomine sive x , sive y ; sive absolute, sive respective considerentur, perpetuo earum logarithmos esse Dx, DC . Quod autem assumatur $AD = 1$ subtang. id compendii gratia tantum fit: quacunque enim quantitatem, quid ni ergo & subtangentem, unitati substituere tuto licet, si modo ad assumptam ceteræ omnes referantur. Discussis jam ut opinor difficultatum nebulis, venio ad ipsam exponentialium tractationem.

Quantitates exponentiales sunt diversorum graduum, quorum infimus (qui hactenus tantum fuerat consideratus) est, quando

exponens constat indeterminatis ordinariis, ut y^m, x^n, Z^p ; posito m, n, p esse quantitates simpliciter indeterminatas. Quantitas exponentialis secundi gradus est, cum exponens ipse est quantitas exponen-

tialis ut y^{m^n} ; & sic in universum quantitas exponentialis cujuscunque gradus habet pro exponente quantitatem exponentialem gradus proxime præcedentis. Idem etiam intellige de æquationibus & curvis exponentialibus ad suos gradus referendis. Nota interim, quod si æquatio constet ex diversis diversorum graduum exponentialibus, tunc æquatio ut & curva per illam designata forficetur nomen a potiori. De quibus omnibus hæc habe:

Esto curva logarithmica quævis AB , sumtaque subtangente proportionate, & ipsi æqualis prima applicata AD ; ordinata BC quovis modo varians, sive sit de applicatarum sive de abscissarum genere alterius cujuscunque curvæ, si modo per minima crescat, sive æqualiter sive

inæqua-

inæqualiter, sit $\equiv x, y, z$, adeoque $DC \equiv lx, ly, lz$; $Bn \equiv dx, dy, dz$; $Cc \equiv dlx, dly, dlz, \&c.$ Unde fluit regula generalis: *Differentiale logarithmi utriusque compositi est æquale differentiali numeri diviso per numerum ut*

$$dl \sqrt{xx + yy} = \frac{x dx + y dy}{x + y}$$

Ad differentiandam ergo quantitatem exponentialem primi

gradus m^n , fiat $m^n = t$, ergo $nlm \equiv lt$, & differentiando juxta calculum differentialem $lmdn + n dlm \equiv dt$, at per regulam genera-

lem $dlm = \frac{dm}{m}$, & $dlt = \frac{dt}{t}$, ideoque $\frac{ndm}{m} + lmdn = \frac{dt}{t}$ (ob $m^n = t$)

$\frac{dt}{m^n}$; unde dt seu $dm^n = nm^{n-1} dm + m^n lmdn$, id quod suggerit

regulam primam specialem pro exponentialibus primi gradus, possunt enim pro m & n quantitates intelligi quomodocunque ex indeterminatis compositæ.

Esto jam exponentialis secundi gradus m^p , ponatur illa æqualis t , adeoque $n^p lmdn \equiv lt$, sumtis utrobique differentialibus modo com-

muni, $n^p dlm + lmdn^p \equiv dt$; quoniam autem per regulam primam specialem $dn^p = pn^{p-1} dn + n^p lndp$, & per regulam generalem dlm

$= \frac{dm}{m}$, $dlt = \frac{dt}{t}$, habebitur regula secunda specialis pro exponentia-

libus secundi gradus, quæ hæc est $dm^{n^p} = n^p m^{n^p-1} dm + pn^{p-1} m^{n^p}$

$n^p lmdn + n^p m^{n^p} lndp$. Eodem modo inveniuntur regulæ sequentes pro altiorum graduum exponentialibus. Nec difficilius differentiantur quantitates quomodocunque ex illis compositæ; ut

$dm^n p^q = p^q dm^n + m^n dp^q$, ubi si furrogetur valor ipsarum dp^q, dm^n , modo supra inventus, prodibit differentiale quæsitum.

Hactenus explicata sufficiunt pro generali exponentialium differendiandarum adumbratione : videamus paucis applicationem in uno alterove exemplo ; quorum si aliam solutionem a nostra diversam tradiderit, vel saltem nostram a vero abluere demonstravit Cl. Nieuwentiit, nobis magnus erit Apollo, cui libenter manus victas dabimus.

I. Construenda est curva, cujus natura exprimitur per hanc æquationem exponentialem $x^x = y$; ejusque tangens determinanda: Sumtis logarithmis habetur $x \ln x = \ln y$: facta itaque logarithmica AB, cujus subtangens sit $= t = AD$, sitque DE vel $BC = x$, erit $DC = \ln y$ & per consequens si fiat $AD \cdot BC :: DC \cdot DM$, erit $DM = \ln y$, & $MN = y$, cui si æqualis applicetur EF ad abscissam DE, erit punctum F in curva optata HGF. Tangens in F determinatur sic: Per regulam primam specialem $dy = x^x dx + x^x \ln x dx = (x^x dx + x^x \ln x dx)$

id est $y + y \ln x$. $1 :: dy \cdot dy :: y \cdot \text{subtang.} = \frac{y}{1 + \ln x}$: Hinc sumta EL tertia

proportionali ad $AD + DC$ & AD , erit FL tangens; Quam proin in terminis ordinariis, id est, finitis expressimus. Judicet jam Dn. Nieuwentiit, quò jure vehementer adeo exprobrat Celeb. Leibnitio, ac si sui oblitus nescio quod enorme crimen in Geometriam perpetrasset, dum in Nieuwentiitiana methòdo (meritissime) reprehendit, quod non exhibeat rationem dx ad dy seu subtangentialis ad ordinatam in terminis ordinariis expressam, neque adeo ductu linearum assignabilem construi possit. Etenim per ordinarium & assignabile non solum algebraicam sed etiam transcendentem quantitatem, si modò sit finita, comprehendit Leibnitius. Circuli utique peripheria terminis algebraicis exprimi nequit; an ideo non est ordinaria seu finita? an ideo minus assignabilis, cum tamen unico ductu circini assignetur? Hanc de assignabilitate mentem fuisse Leibnitii; venari potuisset ex eodem, quem citat, Actorum loco, versa saltem pagina A. 1695, p. 315, l. 15, ubi acutissimus Author distinguit quantitatum genera in ordinarias, infinitesimas primas seu differentiales, differentio-differentiales seu infinitesimas secundas &c. manifesto certe indicio, per ordinarias nihil aliud intelligere quam quantitates finitas. Præterea fallitur Dn. Nieuwentiit, quando rationi subtangentis ad ordinatam expresso-

1677

MENSIS MARTII A. M DCXCVII.

nem in terminis ordinariis (algebraicis vult dicere) impossibile plane arbitratur, in casu quo ipsa curva æquatio in terminis ordinariis exponi nequit: Consideret, ut de possibilitate convincatur, vel solum cycloidem primariam, quæ utut transcendens, ordinata tamen ad subtangentem rationem habet pure algebraicam, eam scilicet quam obtinet abscissa ad applicatam circuli genitoris, ut notum est.

Sed revertimur ad curvam nostram, cujus notabiles quasdam proprietates recensuisse non abs re erit; ideo præsertim quod summus Leibnitiuſ eam a me ipsi primo propositam sua applicatione nequaquam indignam reputavit, quin potius occasione illorum quæ super hac aliaque materia repereram & ipsi præscripseram, ipse multa alia scitu dignissima animadverteret, mecumque vicissim communicaret. Applicatæ AG, DH, subtangens puncti G, & AD, omnes inter se & subtangenti logarithmicæ sunt æquales. Item ducta ex H applicata ad logarithmicam HP, & PR parallela ipsi HD secante curvam in O, erit OR omnium ordinarum brevissima, id est punctum O omnium curvæ punctorum minime distat ab axe DE. Habemus etiam generalem methodum quadrandi hujusmodi figuras, cui ipse Leibnitiuſ licet consimilem invenerit pro ingenii quo pollet acumine, haud tamen facile obviam esse ultro agnovit: Hanc interim animadverto quadraturam præ omnibus aliis memorabilem, quæ ob curiosam seriem, qua exprimitur, mirifice placuit huic Geometræ: Si enim AD vel DH vel AG vocetur 1, erit spatium DA GOH = sum-

mæ hujus seriei $1 - \frac{1}{2^2} + \frac{1}{3^3} - \frac{1}{4^4} + \frac{1}{5^5} \&c.$

II. Quod si proponatur curva, cujus æquatio $x^y = a$: habebitur ad logarithmos redacta $y \log x = \log a$, unde ut supra per logarithmicam factum est, slicitur curvæ constructio. Differentiando autem per reg. 1 spec. erit $x \log y = -ay dx$, id quod subtangentem determinat.

III. Esto curvæ æquatio $x^x = ay$, & proinde $x \log x = y \log a$, quod constructioni inservit: sumtis per reg. 1 spec. differentialibus obtinetur $dx + x dx = y dy$, ex quo pariter subtangentis determinatio fluit. Observatu dignum hic venit, quod hujus figuræ qua-

dratura citra seriem possit exhiberi, est enim $fy dx = \frac{2xx \log x - xx}{\log a}$

IV. Si proponeretur $a^x = y$, adeoque $x \ln a = \ln y$, prodiret
 $y \ln a x = dy$, id est subtangens foret $= \frac{1}{\ln a}$ constanti; unde

concludendum æquationem propositam ipsissimæ logarithmicæ com-
 petere: unico ergo ductu calami *planam regiamque* qualem Dn.
 Nieuwentiit desiderat, *viam aperui, Logarithmicam hoc tempore*
nulli non cognitam ad æquationem exponentialem reducendi.

V. Estò jam Exponentialis plurium terminorum ex gr. $x^x +$
 $x^2 = x^y + y$: sumtis separatim differentialibus cujusque termini
 per reg. 1 spec. reperietur $dx^x = x^x dx + x^x \ln x dx$, $dx^c = cx^{c-1} dx$, $d x^y$
 $= yx^{y-1} dx + x^y \ln y dy$, quæ rite disposita dabunt æquationem hanc
 $x^x dx + x^x \ln x dx + cx^{c-1} dx - yx^{y-1} dx = x^y \ln x dy + y dy$; factò
 itaque ut dy ad dx , id est, ut $x^x + x^x \ln x + cx^{c-1} - yx^{y-1}$ ad $x^y \ln x$
 $+ 1$, ita y ad quartam, erit hæc quarta subtangens quæsitæ curvæ
 propositæ: Nota intèrim quòd multitudo terminorum constructio-
 nem planè non impèdiat, cum enim mediante logarithmica singu-
 lis seorsim assignari possit quantitas æqualis, patet utique quantita-
 tes istas hoc modo assignatas & simul sumtas formare illam ipsam,
 quæ quaritur.

Exempla huc usque allata abundè illustrabunt processum in-
 stituendum in aliis primi gradus exponentialibus, exque illis haud
 difficulter perspicitur, quomodo methodus applicanda sit ad altiorem
 gradus; in omnibus enim par operandi ratio observanda est: quam
 si Nob. Hugènius tantæ raritatis & insolentiæ deprehendit, ut non
 nisi ægre admiserit, jam sane si etiãnum in vivis esset, haud ægrius
 esset admissurus quam ipsum calculum differentialem, quem ab ini-
 tio mediocriter fatis, postea vero perspectò insigni ejus usu tanti æsti-
 mabat, ut ejus præstantiam & præbitatem ultro agnoscere & palam
 profiteri non fuerit dedignatus; ceu liquet ex iis, quæ exhibuit in Actis
 an. 1693, p. 475, ubi ipse ingenue asserit occasione mei in eodem an-
 no propositi problematis se ad tales Geometriæ subtilitates pervenis-
 se ope calculi differentialis, ad quas sine illo vix admissus fuisset.
 Tanti itaque Viri libera confessio invitare deberet Doct. Dn. Nieu-
 wen-

wentit ad similem ingenuitatem, vel siquidem illius autoritate uti velit, ut id faciat ad amplectendum potius quam ad labefactandum nostram analyfin.

HISTORIA DELLA REPUBBLICA VENETA.

Hoc est:

HISTORIA REIPUBLICÆ VENETÆ AUTORE

MICHAELE FOSCARINO *Senatore.*

Venetis, apud Combiurn & La Nou, 1696. in 4. Alph. 2. pl. 19.

Eorum quidem bellorum, quæ cum Christiani nominis hostibus Turcis Europæi Principes per duos, & quod excurrit, secula gesserunt, Serenissima Venetorum Respublica pars non exigua fuit, postquam nimirum isti longè lateque arma sua circumferre, & Archipelagum Græciamque subjugare, ac ulterioribus deinde regionibus ingruentes ipsius finibus appropinquare cœperunt. Neque est tamèn ullum ex illis, in quo fortuna magis secunda eadem usa sit, quam quòd hodiènum geritur; quippe quò auspiciis Francisci Mauroceni fortissimi imperatoris universa Peloponnesus in ejus potestatem fuit redacta. Illud bellum quomòdo cœperit A. 1683; quomòdo, cum obsessa a Turcis Vienna, Morlachisque in eorum regiones prædatum excurrentibus, occasio daretur barbaris gravissima quæque Venetis minandi, iidem tutius rati prævenire ejus insultus, foedus fecerint cum Leopoldo Imperatore Augustissimo ac Rege Poloniæ; quæque deinceps gloriose acta fuerint a Sociis, decenti ordine exponit in hoc libro *Michael Foscarinus* illustre Veneti Senatus membrum: ita ut simul, quem finem habuerit gestum per viginti & quatuor annos in Candia bellum, quæque post conclusam pacem ab A. 1669 potro obvenerint notatu digna, strictim ac breviter tribus prioribus libris exponat. Substitit vero in anno labentis seculi nonagesimo, mortuus quippe biennio post, ac fato adeo prohibitus, quò minus pertexeret omnem præsentis belli historiam ac explicaret.

HISTOIRE DE DOM ANTOINE ROY DE PORTUGAL &c.

Id est:

HISTORIA ANTONII REGIS LUSITANIÆ.

Amstelodami, apud Lud. de Lorme & Steph. Roger, 1696. in 12. pl. 7½.

R 3

Quam

Quam non semper consiliis respondeat eventus, cum quotidie novis edocemur exemplis, tum præcipue superiori ævo illustris illa, sed funesta, Sebastiani Portugalliae Regis in Africam suscepta expeditione, luculentissime comprobavit. In qua postquam Rex ipse cum exercitu florentissimo periisset, rerum summæ quidem admotus in Portugallia est Henricus Cardinalis, ejus patruus magnus, sed qui prole destitutus, & ob decrepitam ætatem morti proximus, cæteris, qui regnum sibi debere contendebant, spem succedendi adimere non poterat. Hos inter & Antonius erat Prior Cratensis, Ludovici de Beja filius, Emanuelis Portugalliae Regis nepos. Ex illegitimo thoro eum natum fuisse, plerique asserunt. Sed secus sentit, quæ hanc historiam composuit, & inter scæminas scriptis claras hoc ipso locum promeruit. Matrem Antonii Ludovico, clandestino quidem, verò tamen & legitimo matrimonio junctam fuisse contendit, & documentis variis etiam comprobat. Laudat insuper præclaram Antonii indolem, & quanto iniquiorem fortunam expertus est, tanto eum digniorem, qui regnaret, fuisse affirmat. Ut enim (ita porro censet) causæ justitia Philippo multum fuit superior, ita potentia viribusque inferior fuit, & prælio victus, regnoque excedere coactus, frustra, quamvis & Galliae Regis & Elisabethæ quoque Angliæ Reginae auxiliis adjutus, illud recuperare annisus est. Hæc omnia prolixius edisserit, & subinde epistolas, quæ in ejus inciderunt manus, ad rem omnem illustrandam & comprobandam inspergit. Hinc quæ filiorum Antonii, Christophori, & Emanuelis, ejusque ex Emanuele nepotis Ludovici, fata fuerint, indicat. Ut vero inter omnes, quos adversæ fortunæ comites habuit Antonius, & fide & fortitudine maxime conspicui fuerunt, Scipio Vasconcellos de Figueredo, & Gomezius Vasconcellos de Figueredo, fratres, non minus generis nobilitate, quam factis præclaris virtutibusque clari: ita magnam quoque historiæ hujus partem vita horum & res fortiter gestæ occupant. Et de Scipione quidem observat, eos magnopere falli, qui ex insula Tercera, cui præerat, ideo ab Antonio eum evocatum putant, quod de ejus in se fide dubitaret; secus enim se rem habere, ipsius Antonii literis evincit. Tacemus alia ex libello ipso ab harum rerum cupidis haurienda.

MENSIS MARTII A. M DC XCVII. 137
ANALYSE DES INFINIMENT PETITS, POUR
l'intelligence des lignes courbes.

Hoc est:

*ANALYSIS INFINITE PARVORUM, AD LINEARUM CUR-
varum naturam intelligendam inserviens.*

Parisus, ex typographia Regia, 1696, in 4, plag. 259
Tab. æriincis. II

Quamvis præclare suam ponant operam, qui reconditos scientiæ mathematicæ thesauros in publicam proferant lucem; omniumque exponunt usui; longe tamen majori beneficio sibi literariam devinciunt rempublicam, qui non solum aditum ad illas divitias intento quasi digito monstrant, sed novas quoque investigant vias ad penetranda matheseos sine circuitu ducentes, vel etiam easdem nobis intunt. Id quod egregie jam præstitit illustrissimus Marchio *Hospitalinus*, dum *Analyse* infinitorum, a celeberrimo ejus inventore strictius propositam in Actis Erudit. anni 1684, p. 467 sq. & a paucissimis rite intellectam, doctissima commentatione illustravit; cum, quanta esset hujus præ *Cartesii*, *Barrovii* aliorumque in hoc genere inventio præstantia, perspexisset. Tam late enim patet ejus utilitas, ut cum ordinariis tum transcendentibus conveniat curvis, neque illam moreretur signa radicalia, aut quantitatum indeterminatarum numerus, sed ad infinitum ipsum se extendat, comparando differentias infinite parvas quantitatum finitarum, imo ultra infinitum, si ita loqui fas est, porrigatur, dum detegit rationes, quas habent differentie differentiarum infinite parvarum, seu differentie secundæ, & harum denuo differentie, tertiæ nimirum, & sic porro. Exposuit autem Vir genere pariter ac eruditione summa insignis, primam hac vice tantum *Methodi Leibnitiana* partem, seu calculum differentialem, docuitque, quomodo ab integris magnitudinibus descendendum sit ad illarum differentias infinite parvas, etjusetinque sint generis; alterius vero partis, seu calculi summatorii aut integralis, (ubi ostenditur, quomodo ab infinite parvis ad magnitudines, ad quas pertinent, ascendendum sit) editionem suppressit, cum ex Dn. G. G. L. literis certior fuisset redditus, eum admovisse manum ad elaborandam *Scientiam infiniti*

infiniti: ne fortassis publicum opere defraudaret, quod comprehensurum est problemata maxime ardua & curiosa circa methodum tangentium inversam, curvarum rectificationes, quadraturas curvilinearum spatiorum, centrorum gravitatis inventionem, & id genus alia. Idem candide fatetur, plurimum se profecisse *inventis Leibnitianis ac Bernoullianis*, multumque se imprimis *Cl. Bernoullio juniore*, Professori Mathematicum Groningensi, debere. Ipsum opus *decem* absolvyitur *sectionibus*, in quarum *prima*, retento characterismo Leibnitiano, quia calculum expeditiorem reddit, regulæ calculi differentialis traduntur, præmissis duabus hypothesibus: *Quantitatum* nimirum, quarum differentia infinite parva est, alteram pro altera assumi posse; & curvam lineam posse considerari tanquam compositam ex infinitis rectis iisque singulis infinite parvis, seu, ut peripheriam polygoni infinitorum & infinite parvorum laterum, quæ angulis, quos constituunt, curvaturam lineæ determinant, *Secunda* in sectione usus calculi differentialis ostenditur, in tangentibus curvarum algebraicarum pariter ac transcendensium investigandis, & speciatim demonstratur modus determinandi tangentes curvarum, quæ ex focus describuntur, cujus ideam primum in Medicina mentis proposuit illustris Dn. D. T., auxit ex consideratione centri gravitatis Duillerius, perfecit nunc Autor illustrissimus. *Sectione tertia* calculus differentialis adveniendâ maxima & minima; *quarta* vero calculus differentio-differentialis explicatur, ejusque usus ostenditur in indagando puncto recursus & flexus contrarii linearum curvarum. *Sectione quinta* calculus Leibnitianus applicatur ad curvarum evolutiones; *sexta & septima* adveniendas causticas, cum ex reflexione, tum ex refractione oriundas; *octava* ad recipienda puncta curvarum, quæ tangunt quocumque positione datas rectas aut curvas lineas. *Sectione nona* solutio exhibetur problematum nonnullorum illustriam dependentium ex methodis præcedentibus; *decima* vero a priori ostenditur *methodus Cartesiana & Huddeniana*, particularis illa tamen, nec cum supra explicata conferenda; cum spectet tantum ad curvas ordinarias, & incommensurabilium sublationem, quæ sæpe numero tædiosissima est, requirat. Constituerat quoque eruditissimus Auctor unam adhuc addere sectionem, expositurus in eadem admirandum hujus calculi usum in Phycis, quantum scilicet ille con-

ducat

ducat ad eam magis limandam, & quantum mechanicè hinc possit utilitatis recipere: sed morbo præpeditus destitit a proposito, alio tempore cum scœnore illam publico impertiturus. Quod ut quamprimum faciat, neque diutius premat alteram hujus Analyseos partem, Marchionem generosissimum omnium illorum nomine rogamus, qui in ejus scriptis singularem cum mira perspicuitate conjunctam doctrinam suspiciunt; sperantes non exiguum redundaturum in orbem literarium commodum, si plures eruditione excellentes Viri in eodem argumento illustrando versentur; præsertim cum illustri nostro Leibnitio, plurimis summorum Principum negotiis districto, illa quæ affecta habet egregia quam plurima, tam cito, quam vellet ipsique optamus, absolvere vix liceat.

MARQUARDI GUDII ET DOCTORUM VIRORUM ALIORUM ad eum Epistola. Quibus accedunt ex bibliotheca Gudiana doctorum virorum quorundam qui superiore & nostro seculo floruerunt, & CLAUDII SARRAVII Epistola ex eadem bibliotheca auctiores; curante PETRO BURMANNO.

Ultrajecti, apud Fr. Halmam & Gul. vande Water, 1697. in 4.
3. alph. 21. plag.

Marquardus Gudius, Vir cum eruditionis fama, tum dignitate, dum viveret, illustris, quum Galliam Italiamque anno seculi hujus M DC LX & sequentibus perlustraret, nobili fortunatoque juveni Sciasio (a quo præclara in ipsum derivata hæreditas fortunas ejus nimium quantum auxit & amplificavit) rector comesque additus, eum sibi præ cæteris fructum eruditæ peregrinationis proposuit, ut quoscunque liceret, codices manuscriptos, aliaque doctorum virorum monumenta inedita, e latebris suis erueret, & quocunque sibi pretio vindicaret, nulli hac in re labori parcens nec sumtui, & vel Cræfos animosa emtione provocans; uti ipse studium hæc suum exaggerat Heinsio epistola, quæ est inter Gudianas septima p. 9. Neque successus destituit diligentiam sagacissimi Viri, qui tot manuscriptis cimeliisque literariis auctus, & tanquam spoliis opimis onustus, domum rediit; ut hac ex parte ipsius bibliotheca, alioquin omnis generis melioribus libris instructissima, privatarum sortem longe superaret,

S

raret, & regiarum prope fortunam adæquaret. In cætera vero eruditæ elegantiæ suppellectile, ingentem copiam literarum, a viris doctis hujus & superioris seculi scriptarum, congestam asservari, pridem monuerat Morhofius Polyhist. Lib. 1. cap. 25. Quas quidem ipse, qui collegit, in lucem publicam proferre decreverat; sed civilibus negotiis districtus, quibus instar Wowerii a Cimbrorum Duce & Danicæ Rege admotus fuit, & demum anno 1689 fato functus, non magis illis publico impertiri, quam reliquas lucubrationes suas inchoatas aut promissas perficere & absolvere, potuit. Ast bonum factum! Et epistola illæ ex Gudianis copiis, & quæ ad Phædrum recensendum atque illustrandum Vir doctissimus in schedis notaverat, in celeberrimi Grævii manus inciderunt: cujus ad eò beneficio & Phædrus ille Gudii tam diu expectatus propediem videbit lucem, & epistolas istas non minus desideratas legere jam contigit; curam illis edendis adhibentis doctissimo Petro Burmanno, cui non inficiendo disciplinæ suæ studio, felicissimi ingenii & eloquentiæ exultæ, has vices delegaverat gravioribus in salutem & decus rei literariæ distentis occupationibus Grævius. Non dissimulat Editor, hanc epistolarum collectionem minime respondere expectationi, quam de illis commoverat Morhofius; sed quum plures ad se pervenisse aut in Grævii forulis latere neget, hoc contenti sumus Catone; & gratiam iis habeamus, qui istas nobis non inviderunt, quarum lectione desiderium reliquarum tantisper solemur, dum & reliquæ in pluteis Gudianis delitescentes, a Morhosis visæ; perruptis clathris publicam aspiciant lucem.

Distributæ vero sunt epistolæ, volumine hoc comprehensæ, in tres veluti ordines. Primum occupant ipsius Gudii; alterum, quæ ad Gudiana scriptæ; postremum variæ doctorum virorum e bibliotheca Gudiana depromptæ. Succedit appendix epistolarum, quas partim in Scipionis Gentilis literaria suppellectile reperitas, partim aliunde petitas, cum Burmanno amici communicarunt. Denique nova hic spectatur epistolarum Claudii Sarravii editio, eaque expletis e Gudiano codice lacunis, quas editor filius Isaacus Sarravius anno 1684, ne quem offenderet, de industria reliquerat, auctior & integrior. Ex singulis, quæ quidem primum nunc evulgantur, (nam Sarravianæ, doctorum manibus pridem trita, nostrum non requirunt recensum) speciminibus loco, pro instituti ratione, pauca veluti in gustum apponemus.

E Gu-

E Gudianis, quæ perpaucæ sunt, discimus, Gudium, quum Amste-
 lodami ageret, a Consulibus potentissimæ illius urbis invitatum fuisse,
 ut Animadversiones Blondellianas in Annales Baronii curaret: sed
 quum in eo esset, ut laborem hunc aggredere-
 tur, commendatione Gronovii admotam fuisse spei nobilis ac opulentissimi juvenis Sam.
 Sciasii, quem per Galliam, Italiam, aliasque Europæ regiones pe-
 regrinantem præfectus morum studiorumque comitaretur. Quo in
 itinere Lutetiam Parisiorum delatus, in gratiam Menagii, quem in
 edendo Diogene Laertio occupatum offenderat, loca quædam illius
 scriptoris emendavit vel illustravit epistolis, quæ quod serius a Men-
 agii manuscriptorum hærede Hervæo Petro Simone Valheberto trans-
 missæ essent, in calce præfationis leguntur, & ab ipso Menagio suis
 in Diogenem animadversionibus maxima ex parte sunt insertæ. Ad
 eundem de scriptis Theophrasti, Platonis commentatoribus vetustis,
 Platoni *ἑμπερίτοις* quatuordecim, ejus ætate, fratribus tribus, pe-
 regrinatione in Ægyptum & ad Hebræos, in prima & tribus ei præ-
 missis, Præfationi subjectis, epistolis differit. Nicolao Heinsio in septi-
 ma eaque proluxa & bonæ frugis plenissima epistola, inter alia expo-
 nit, in quæ incidit vetera monumenta, quantaque cura & quanto
 sumtu veteres bonæ fidei codices conquirat, in primis quanto ducatur
 studio inscriptionum veterum, persuasus ex omni antiquariorum su-
 ppellectile has plurimum lucis Romanis scriptoribus inferre; quarum
 adeo ineditarum aliquot millia se collegisse memorat, e quibus Gru-
 teri volumen infinitis locis emendavit. De Tanquillo Fabro, ejusque
 editione Phædei, minus præclare sentit: de suo autem in Phædri fa-
 bulas studio multa pollicetur; Livio etiam Gronoviano subsidia
 haud contemnenda promittit. Amicos non ambitiose colendos,
 aut morose exigenda præstandave his officia, eleganter docet. Ex
 itinere in Belgium reduci Daventrienses munus Professorium in
 schola sua obtulisse narrat, quod gratis actis modeste sibi recusand-
 um statuit. Jo. Jonsii, eruditissimi viri & edito de Scriptoribus histo-
 riæ philosophicæ libro celeberrimi, mortem acerbè deflet. Ad Fer-
 dinandum Episcopum Paderbornensem & Monasteriensem, doctrinæ
 fama & elegantioris literaturæ cultu longè illusterrimum, elegan-
 ti epistola laudes ejus exequitur, carminum dulcedinem ipsi nativam
 celebrat, & Hippolyti martyris de Anti-Christo editum a se Parisiis

Ep. XXI,
P. 24.

p. 8. 9.
p. 10.

p. 7. 8.
p. 8.

p. 9.

Ep. 10.
Ep. 12. 17. 18.
Ep. 13.

Ep. 14.

- Ep. 15. libellum mittit. Cui epistolæ responsoria Ferdinandi subjicitur. Cimbricæ suæ infelicem statum, & res suas inde afflictas, queritur; potior tamen literarum quam aulæ curam gerere se velle pronunciat,
- Ep. 19. istarumque tantum sibi amorem esse profiteretur, ut nisi cum ipsa vita eum sit depositurus, & si vacare iis liceat, Crassum se divitiis superare existimet, atque aliis omnia libenter relinquere velit. Interiorum harum literarum amorem communem arctissima etiam summæ conjunctionis intet se & Grævium vincula constrinxisse affirmat.
- Ep. 2. In iis, quæ ad Gudium scriptæ sunt, quæ numerum Gudiana-rum non multum excedunt, sed rariùs respondent, Reinesius Gu-dio adhuc Jenæ literis operanti indicat Scriptores, qui de cultu reli-quiarum Sanctorum sint commentati. Bosius vero Gudium Amste-lodami agentem admonet, ut de Clinicis veteris Ecclesiæ dissertatio-nem perficiat, cujus prior pars, præside ipso, Jenæ anno 1657 publicæ disquisitioni exposita fuerat. Idem Bosius H. Vossii diatriben de æta-te mundi sibi non probari significat; cujus quidem istud ingenium eamque eruditionem agnoscit, ut, si voluisset, non patre modo Jo-hanne Gerardo, sed & Salmasio, major esse potuisset, verum subau-daculum eum & confidentiorem esse ait, quam par sit, in asserendis de quibus cordatioribus dubitant. Grævius multa nova literaria Gudio indicat, & inter alia Thuaneam bibliothecam (cujus indices a Bullial-do contexti extant) viliori pretio venditam esse nunciat, quam vo-luminum involucria Thuano constiterint. Communicat eidem qua-tuor inscriptiones, quarum tamen primam in Lusitaniam pro genui-na non agnoscit, & concinniorē esse quam pro veterum gravitate, adeoque a recentiore manu confictam, censet Gudius. Marcus Meibomius indicat, se, ex quo veterum Musicorum gemina publica-verit volumina, Ptolemæum, cum abstrusiore Musicæ scientia, tum styli obscuritate difficillimum scriptorem, utpote Ægyptium, expli-catum difficilibus locis, & sexcentis restitutum, asservere. Horbius a Justello se ait deterritum, quo minus Hærescon historiam conte-xat, quæ e paucis ac erroneis Patrum scriptis nulla *ἀρχαία* erui possit: se tamen versari in Nestorianis, & Lutheri de Conciliis librum, in quo Cyrillum damnarit, Nestorium probarit, tueri. De formula *dimidio plus minuse*, quem sensum habeat, Jac. Holstius disquirat.
- Ep. 21. Maghabechius inter alia significat, Elzevirio constitutum esse, Dictionarium
- Ep. 19. *narium*

narium Italicum della Crusca, seu Furfuratorum, recudere quam nitidissime; quod tamen morte forsan ipsius interceptum non contigit. Schefferus ad Rachelium (hæc enim epistola in hanc classem est relata, qua sibi Gudium conciliari petit) postquam quales sint ipsius in Ciceronis Officia annotationes perscripserat, Wolfium notat, qui Ciceroni sæpe affinxerit, de quibus ne per sonium quidem cogitarit. Bigotius Tanaquilum Fabrum, bibliotheca sua vendita, ad otium & tranquillitatem muneris sui professorii se contulisse: Homilias Chrysostomi in Johannem, a Burgundione cive Pisano in Latinam linguam translatas, ut eo labore redimeret animam filii Hugolini, mortui in itinere Constantinopolitano anno 1178, manuscriptas extare in bibliotheca Ultrajectina: in omnibus Plutarchi editionibus se multum desiderare: Combesium majore volumini Hippolyti martyris de Antichristo librum a Gudio anno 1661 editum inferuisse, narrat. Oldenburgius notas Gudii in Scriptores Geoponicos, & Etymologicon Photii ejus cura recensitum, (cujus etiam Gœsius mentionem fecerat ep. 24. p. 62.) memorat.

Succedunt epistolæ a Gudio collectæ, & ex ejus bibliotheca depromptæ, quinque & sexaginta supra ducentas; in quibus multæ a doctis in Italia viris superiori ævo exarant: quorum magna quidem in literas extiterit merita, sed nonnullorum memoria sic exolevit, ut notorem hodie desiderent. Cujus vicem doctissimus Editor præfando subivit, & quicquid illis agnoscendis faciebat, diligenter indagatum protulit. Agmen earum ducunt Alciati doctissimi Jurisconsulti epistolæ XXVI, ad Franciscum Calvum typographum Romanum; quo ita familiariter usum esse apparet Alciatum, ut nec intima animi sentia illi credere dubitarit, fratris eum loco se habere professus p. 76. Hinc non prohibet ab eo disseminari, de se Patavium aut Bononiam avocando agi, ut Avenionenses augeant stipendium. Docebat enim, quum hæc scriberet, Avenione stipendio sexcentorum aureorum, sæpe octingentis & amplius auditoribus stipatus. Postea ad Bituriges eundem vocatum stipendio millium solarium discimus, quum trigessimum septimum ætatis annum ageret. Incitatus a Calvo ut adversus Lutherum scribat, oneri se imparem esse fatetur; alibi fortasse publice interesse censet, esse aliquem qui tantam licentiam coerceat, & qui etiam injusta defendat, ut saltem justa obtineantur. Orationem

Ep. 22.

Ep. 35.

Ep. 39.

Ep. 3.
& 16.

Ep. 23.

Ep. 8.

Ep. 9.

- vero Alciati illam, quam Calvo creditam, & ab eo cum Germanis, Ep. 35. & 6. Amorbachio, Frobenio & Erasmo, communicatam vehementer indigatur, veritus ne typorum beneficio in publicam lucem exponeretur, non aliam esse, quam eam Epistolam (quo nomine etiam p. 82, eam appellat) ad Matthiam Minoritam de vita monastica fugienda scriptam, quam superiore anno clar. Antonius Mattheus divulgavit, (recensitam a nobis mense Junio præteriti 1696 anni p. 290) jam vidit monuitque Editor: eandemque a Beato Rhenano innui existimamus, quum ad eundem Calvum scribit: *Mitte Cucullomastiga, nosti cuius.* Post Alciati epistolas Marii Nizolii ad Majoragium datæ leguntur literæ, a Morhofio quoque in Polyhistoræ memoratæ, quibus ob Antiparadoxa edita reprehensus Majoragius ita fuit commotus, ut Reprehensionum libros in Nizolium scriberet. Quas doctorum hominum lites componere allaboravit Seb. Corradus, duabus in hanc rem epistolis Italice scriptis, Hieron. Cardanus de afflictâ re sua familiari queritur, literis erudiendi filii sollicitus. Jovium graviter monet Ben. Theocrenus, ut, quicquid scripturus sit posteris, cum ipsa veritate, cujus personam rerum scriptor induit, profus consentiat, ne quid amori neve odio quid datum deprehendatur. Festivum vero est, quod Erasmus mitigando Petro Curtio, rhetori Romano, scribit, (quæ epistola etiam in Londinensi Erasmicarum Epistolarum volumine Lib. 30. ep. 68. p. 1954. legitur) qui *Italum* in Chi-liad. II. cent. I. proverbio 7. imbellem dictum indignabatur, quod id typographi sit peccatum, qui ex *Attalo*, quem Erasmus scripserat, fecerit *Italum*. Qua occasione graviorem & longè turpiorem errorem in libris suis dolo malo typographi admissum commemorat. Nam quum is xenia non recte sibi ab Erasmo soluta doleret, in libro quem *Pidua* inscripserat, Reginæ Hungariæ dicato, ubi Erasmus scripsisset *mente illa usam eam* (Reginam) *semper fuisse, qua talem feminam deceret*; ipsum loco *mente illa* reposuisse *mentula*, sensu obscœnissimo, quem trecentorum aureorum jactura redimere & delere maluerit Erasmus. Laocoontis cum liberis draconibusque mirabili nexu implicitis statuam, Plinio memoratam, stupendi artificii opus, in ruinis ædium Titi Imp. repertam fuisse Triukius Pomponio fratri narrat: neque tamen ex uno lapide confectam, quod Plinius censuit, sed plus minus quatuor compaginibus occulte ferrumina-

tam

tam circumlitamque esse, monet. Plures etiam extant Jo. Oporini, elari doctique Basileensium typographi, ad Franc. Cicerinum perscriptæ epistola, e quibus multa ad typographiæ rei que adeo librariz rationem attentia disci possunt, ejusque eruditi librarii erga Majoragii scripta impensum cognosci studium. Julius Pflugius (quem Alciatus p. 82. 92. *Aratum* dixerat) in epistola gratulatoria ad Cardinalem quendam (quem Nicolaum Schonbergium e Nobilitate Misnica fuisse conjicimus) accurate scripta, Cardinali consentit, in Synodis nullam esse spem faciendæ concordiæ ecclesiasticæ, tollendique schismatis; agnoscitque operam potius dandam, ut vitia tollantur ex ecclesiis, revocataque disciplina veteri Deus a nobis vere ac pie colatur. Sed missis veteribus præteriti seculi epistolis, progrediamur ad propiores ætati nostræ & recentiores hujus seculi eruditorum literas e penu Gudiana depromtas. In quibus Dominicus Molinus epistola Italica ad Meursium data conquiritur, bibliothecam Veneram a Legato Hispanico Hurtado Mendoza esse compilatam, & optima Græca manuscripta a Cardinale Benevone (forte *Bessarione*) huic relicta, in Hispaniam aucta, ibi in regia bibliotheca Scorialensi conspici. Gravis est querela, quam piùm Theod. Canteri pectus in sinum Meursii de collapsa Christianorum pietate ac probitate, quæ major apud Gentiles & potissimum Romanos veteres fuerit, effundit. Lipsium Lev. Torrentius gravissima elegantissimaque epistola (quæ etiam in XIX Decadibus epistolarum Lipsii in Centuriis omissarum, a Jo. Isacio Ponsano Hardervici 1621 editis, p. 129. seqq. legitur) hortatur, ut ex sacerarum literarum potius disciplina, quam gentiliū Stoicorum placitis moram doctrinam efformet. Kirchmanno Gruterus multa suggerit libro de Funeribus Rom. inservientia; Casellii scripta a Tengnagelio collecta studiose, ut Kirchmannus edat, eum hortatur; eam tamen provinciam Coar. Horneio jam demandatam ab Augusto Duce Brunsvicensi monet; Discursus suos in Tacitum Batudio displicere nil curat; Plautum sub Taubmanni nomine a se edi narrat, Goldastus in Epistola ad Goth. Jungermannum Etymologici, quod Magnum vulgo dicitur, auctorem esse quendam Megalum, inque MSS. constantiter reperiri scriptum, *Ἐτυμολογικὸν τῆς Μεγάλου γραμματικῆς*. Daniel Heinsius, se extitisse affinis sui Rutgersii in Suecia defuncti hæredem, ipse proficitur. Piscartus queritur, præstanti ingenio juvenes,

Ep. 77. seqq.

Ep. 107.

Ep. 46.

Ep. 99.

Ep. 115.

Ep. 116.

seqq.

Ep. 121.

Ep. 125.

Ep. 123.

Ep. 124.

Ep. 153.

Ep. 150.

Ep. 183.

Ep. 184.

venes, in quibus Mart. Ruarus, ab Ern. Senero fuisse corruptos, & Socini erroribus, quos ab Arminio is hauserit, infectos; quorum quidam a Senatu Norimbergensi carcere multati fuerint, alii Wittembergam, Jenam & Helmstadium se contulerint, ut plures in partes traherent; Ruarum cœtui eorum mœuseum commodasse, in quo sacramento se invicem obstrinxerint; libros autem eorum publice esse concrematos, interveniente voce præconis, quæ impietatem illam dejerarit, & omnes ejus impietatis fautores complicesque ditione

Ep. 187.

Norica brevi excedere jusserit. Idem Piccartus, post absolutos Observationum historico-politicarum libros, Lexicon criticum se moliri profitetur. Josephus Scaliger Gifanium accusat plagii, qui literas amicorum, ex quibus aliquid didicerit, se accepisse negare consueverit, ut ea sibi posset arrogare. Fuisse addit hominem doctiorem quam probiorem, cujus doctrinam prober, mores exsecratur. Plura ex reliquorum doctorum virorum, Georgii Remi, Jani Rutgerii, Gothofredi Jungermanni, Conr. Rittershusii, Chr. Coleri, Jo. Caselii, Jo. Wowerii, Jo. Meursii, Fr. Lindenbrogii, Jani Gebhardi, Th. Reinesii, Jo. Fr. Gronovii, Is. Vossii, Marqu. Freheri, & aliorum epistolis delibare angustia propositi nostri vetat; nec diutius Lectorem moramur, qui multa scitu non indigna ex ipsis eo jucundius discet, quod præter Latinitatis, in diversa quamvis orationis forma, nativam puramque indolem, *et* *et* scribentium, quod maxime delectat, in iis perspiciet. Nec de *Sarravianis* ut quicquam commoremur, opus fuerit, quum in iis, jam quadraginta & plures ante annos editis, nunc e Gudjana bibliotheca lacunas modo, ab editore filio Isaaco, ut viventium parceret nominibus, relictas, expletas intelligamus; quas in suo exemplari Gudius, qui autographas Lutetiae Parisiorum inspexerat, adjectis quæ in his deprehenderat verbis, restituit. Expectamus jam avidè, quæ has proxime excipient, *Salmasianis*, quas e literaria penu Guil. Anslarii acceptas Schalbruggium prælo paratas habere, editor harum doctissimus Burmannus confirmat,

ERRATA,

In Actis anni superioris pag. 149. lin. 10. n. pro *propria lege rarioribus*. lin. 13. pro *a se lege a quibusdam*. In Actis anni mensisque præsentis pag. 104. lin. 4. pro *Rex & Senatus*, lege *Administrator & Senatus*.

* *

N. IV. 547
ACTA
ERUDITORUM

Publicata Lipsia

Calendis Aprilis, Anno M DC XCVII.

JOANNIS SCHILTERI CODEX JURIS ALEMANNICI FEUDALIS, cum Commentario ad singula capitula, ac Dissertationibus nonnullis huc pertinentibus. Accedunt ANTONII MINCUCCII de Prato Veteri libri sex de Feudis, e bibliotheca Parisiensi primum editi: item

BARTHOL. BARATERII libellus feudorum reformatus, & ANTONII DADINI ALTESERRÆ de origine & statu feudorum pro moribus Gallia liber singularis.

Argentorati, apud Fridericum Spoor, 1696. in 4. Alph. 10. pl. 7.

Magna sunt hujus Viri merita erga utramque & publicam & rem literariam, quæ nos prædicamus in vivo, quæque post fata non reticebunt posteris. Si ad studia prudentiæ civilis maxime attendimus, nulla prope in his pars est, quam non dederit explicatiorem, per justa systemata, & commentarios. In singulis ad usum spectat hodiernum, ita tamen ut satisfaciat lectori suo propter varias quoque observationes, ac digressiones eruditas, ad rem præsentem facientes. Obtinet inter tam præclara ingenii monumenta locum non postremum codex ejus juris feudalis Alemannici, cum commentario: quem cum aliis ejusdem argumenti operibus, ibidem conjunctis, paulo uberius quam soliti alias sumus, nunc enarrabimus.

Præmittit ad notitiam pleniorẽ hujus juris præfationem, in qua de antiquitate illius, de utilitate & auctoritate, in causis feudali-
bus dijudicandis ac decidendis agit. Quoniam vero per consuetudines, inter diversos populos, jus feudale invaluit præcipue, fontes aperit §. 3, unde vel indagari rectius id ipsum, vel reduci atque corrigari majore cum fide & integritate possit. Ne tamen in limine sta-

T

tim,

tim; de nomine ac gente Alemannorum incerti essemus, eos describit in patria ac solo natali; item quo jure in feudalibus usi sint ab initio, proprio nimirum, non aliunde sumto & accepto; item quod successu temporis in scripturam sit redactum. Probat hoc ex potestate constituentium, ac postquam semel ita constitutum fuerat, ex libris judicialibus feudorum, positus in curiis dominorum; patria lingua scriptis, & ad usum perpetuum diligentissime adservatis. Sic vero per occasionem; ac velut in transitu, de lingua vernacula nostra, de forma litterarum ac scriptura majorum disserit: quæ singula, uberius diducta, in glossario Germanico, cujus fecit spem nobis, coelesti aspirante gratia dabit. Qui successerunt in Imperio Carolingis, eos non pauca addidisse §. 15 ostendit, in comitiis præsertim Noribergensibus, quorum in codicis rubrica mentio facta est. Hinc vero docet, auctoritatem juris hujus renovati, ac per res judicatas, tanquam per supplementa aucti, non ex sola constituentium potestate, sed ex modo pariter constituendi, & more antiquo in comitiis recepto, æstimandam esse. Tempus comitiatum istorum statuit in titulo operis annum, post Christum natum, CIO CC IV; in præfatione autem §. cit. 15 & 17. annum demonstrat CIO CCVIII, ac per testimonia historicorum confirmat; quia tunc post necem Philippi, Otto in comitiis procerum animos conciliare sibi facilius poterat, legibus præfatis in patria stabilitis, & additis necessariis aliis. Hæc satis discussis, progreditur ad jus feudale Saxonicum, & id Alemannico recentius tradit per indubitatas rationes. Pergit mox ad jus feudorum commune Longobardicum; quod Alemannico vel ideo præferri non posse ait, quia tantum in subsidium hujus receptum est. Sub finem præfationis ostendit, quoniam sint meliores juris feudalis Alemannici codices, tam manu exarati, quam typis exscripti; qualis orthographia sit in illis, ac translatio in sermonem Latinum? Singulis istis probe expensis, contextum undique emendatum subjungit, additis in margine variis lectionibus & concordantiis, quas ita vocant, juris feudalis Saxonici veteris ac Longobardici; ex quibus judicandum rectissime, & convenientia ac differentia consuetudinum feudalium. Prius vero quam hinc transimus, ad capitula singula in commentario, propter auctoritatem juris hujus, ad præsertim confirmatam; notamus adhuc, male & inique consilio auctorem des surgen Oegen, Bedemans

bon der Ehr, Pfälzischen Vicariats-Gerechtigkeit / anno 1614, quasi jus hoc feudale Alemannicum non sit tam antiquum aut sincerum, inque comitiis publicis receptum, sed opicum, sordidum, nuper excogitatum, superstitiosum & incertum. Scilicet inseruit causæ suæ, quisquis ille sit, acturpiter conculcat, quæ sibi obesse intelligit. Veteriora longe sunt, quæ Schardius *cap. XI. de origine Electorum*, ac Meichnerus *in præfatione*, a nostro adducta, pronunciarunt.

In commentario ipso quædam sunt prænotanda: quod nimirum sine exemplo noster concinnum in jure feudali Alemannico demonstret ordinem ac nexum, eumque nec violentum aut longius petiitum, nec a juris contextu alienum: deinde quod per singula capita, genuina juris feudalis principia eruat, & cum aliis in patria nostra juribus receptis conferat, inprimis feudali Saxonico, & communi Longobardorum, addita subinde ad majorem in sensu lucem paraphrasi, & emendatione: denique quod præter casus feudales, quos ita vocant, resjudicatas in curiis feudilibus, & inedita plurima documenta proferat, junctis passim monitis practicis, ex usu hodiernorum jam dissertationes, consilia ac responsa feudalia, per occasionem inserta commemoremus. Ad *rubricam* diversam feudi significatum, ejusque differentiam ab allodio explicat, item quodnam sit vasalli, quodnam jus domini: ubi propter cognitionem argumenti, bona emphyteutica, fiscalia, Salica, censualia breviter declarantur, infra autem plenius, de curiis dominicalibus & bonis laudemialibus. In vocem feudi mox inquit, ejusque ætatem: inque transitu velut mentionem facit constitutionis perquam celebratæ, de expeditione Romana, quam vulgo adscribunt Carolo Crasso; noster autem Conrado Salico vindicat illam, *cap. VIII §. 10 & seqq.* Verum neque factis erat, vocis incunabula detexisse, ipsius pariter juris feudalis originem, & quidem Germanicam, postea corrivat ab institutis nostræ gentis, allatis exemplis, itemque legibus Caroli Magni, ac Lotharii Saxonis. Progreditur hinc ad varias divisiones feudi, ut considerationem hujus doctrinæ universalem rite absolvat: in quibus egregia habetur observatio de *homine ligio*, quem Cujacius cum *colono homologo* Codicis Theodosiani, non recte comparat: item de *Quiritibus* Germanorum ac Francorum, qui vulgo dicuntur *equites*, *viri* ac milites generosi. In *capite primo* explicat, quomodo moribus

Germanorum nobilitas præcipue fit orta ex dignitate militari: qua occasione interpretatur gradus clypei militaris, in Feudista Alemanno, & quomodo clypeus hic pervenerit ad ecclesiasticas personas eminentiores, sive wie ein Krumb, Stab gewachsen seye zu einem langen Speer. Notabilis in hanc rem est ipsius sententia § 11. de clypeo militari ecclesiastico. Ex principiis istis mox transit ad alias personas, feudi capaces, & inter ultimos clypei gradus describit breviter die Freyen / Mittelfreyen / Schöppenbabe und Sempersteye / item die Ritter / Knecht und Dienst / Manne. *Altero capite* pergit in eadem feudi capacitate, ac differentiam inter nobilem vasallum ac plebejum explicat, tam in servitiis militaribus, quam judicialibus, ac sub finem jus feudale Saxonicum & Longobardicum confert cum Alemannico, in eodem discrimine clypei militaris. Sic & *cap. 3.* agit idem, ac de clerico, deque muliere quærit, an sint capaces clypei, des Heer- Schildes? & respondet ex moribus Francorum & Alemannorum, qui episcopatibus olim & abbatibus præfecerunt homines nobiles, patricos, & alios insigni doctrina juxta & pietate claros: immo post sacras functiones admiserunt eosdem ad investituram simultaneam, quam Alemanni die *Lebens-Hand* / Saxones vero die *gesamte Hand* adpellant. Hinc varia clericorum jura feudalia adducit, ac potiora ad forminas thesi finali adplicat. Postquam ita præmisit, quænam personæ sint capaces feudi, *cap. 4.* acquisitionem feudi originariam ac derivativam proponit. Ad illam refert feudum novum, ubi tres actus declarat, *promissionem*, quæ fit per expectativam in casum aperturæ: *constitutionem feudi*, quæ fit per contractum feudalem, sive investituram: ac *traditionem*, quæ fit per immissionem. Ad hanc refert successionem in feudo, & alienationem quamcunque habilem, ad fundum transferendum. Quoniam vero in utroque acquisitionis modo prævalet investitura, eam heic potissimum cum Alemanno contemplatur, in vocis ortu, symbolo vario, ritu, ac juris effectû: ubi per cessionem in curia feudali solennem, & receptam, in vasallum investitum transire statim ait dominium ac possessionem, ex 1. F. 25 & 2 F. 32: unde etiam competit eidem utilis rei vindicatio, contra quam sentit vulgus Feudistarum, quasi per symbolicam ejusmodi traditionem nulla investito competit possessio, nullum prorsus dominium. Addit, ex quorum fecibus ita turbata sit jurisprudentia feudalis Germanorum liquida & illimis pla-

nc:

ne: ac sententiam suam ex rationibus & auctoritate meliorum probat. Quæ de fidelitate vasallitica sequuntur, probe excogitata sunt inprimis quæ monentur de obedientia promissa in jurejurando principum ac statuum Imperii. Ex investitura, sive traditione feudi solenni, coram paribus, porro dijudicatur obligatio inter dominum & vasallum: quæ tamen ita se non habet, sicut mutua de jure civili, a qua neuter invito altero potest recedere: quia tacitum pactum inest regulariter contractui feudali, quamdiu vasallus non resignat bona fide in manus domini feudum, aut refutat illud. Pergit adeo *cap. 5.* ad refutationem feudi, quam definit, in partes suas distribuit, exceptiones ac limitationes addit, Saxonicumque feudale jus cum Longobardico conjungit, ut eo magis illustretur mos Alemannorum, *von Usgeben / Uffagen*: quorum formulam in refutando feudo receptam declarat, ac simul ostendit, quomodo ex adverso non competat domino refutatio homagii, aut fidelitatis prælitæ: *der Herr mag dem Mann das nicht gethun*. Sicut autem vasallus *refutare*, ita dominus *homagium guerpire*, sive *werpire* dicitur, ex justa causa felonix. Post fidelitatem igitur præstitam, refutatione non facta a vasallo, nec justa dimissione ex parte domini, uterque certo jure gaudet: ille quidem pro pari *curia* habetur, hic vero si fidelitas nondum jurata, ante investituram urgere potest eandem, ut sic paratum habeat vasallum, ad obsequia & servitia promissa. Tradit hæc generatim *sexto capite*, nisi quod sub finem pauca de *officio stropa*, quod Papæ Cæsar debet, annotet: *sequenti* autem describit servitia militaria, inprimis *berobannum*, quorum edicto sive banno vocantur omnes, immediati & mediati, sive vasallorum vasalli, qui tenere dicuntur *des Reichs Afferlehen / cap. VIII. §. 7. & seqq.* Inter exempla laudantur Rutheni comites, qui feuda sua Imperialia recognoscant a rege Bohemix: ubi de terra Advocatorum singularia. Quia vero in modo mensurave consistunt hæc obsequia, inde de tempore servitorum, quantum illud sit, deque sumtibus ad præstanda servitia requisitis, differit erudite. *Octavo capite* in specie demonstrat expeditionis Romanæ originem, ad quam obligabantur summi præsertim Imperii officiales, qui præsentem esse debebant, ad splendorem ejus augendum: qua occasione numerum init electorum, sive ex publica administratione docet apertius, quinam inter principes Germaniæ jus

electionis peregerint. Hæc eadem causa est, cur in duplicem de expeditione Romana constitutionem inquirat, & alteram pseudo-Carolinam adscribat Conrado Salico, alteram Friderico Barbarossæ, quæ tamen non sit correctoria prioris. Jungit heic explicationem *beneficentiarum*, sive adzationis, quam Neapolitani ac Siculi vocant *adobam*, nostri *den Geld-Aufschlag* oder *Ritter-Pferde*; itemque praxin hodiernam, circa obligatos ex matricula, cum annotatione temporis, quando sit indicta expeditio, & quando finem habuerit. Post explicata militaria, progreditur *capite nono* ad servitia judicialia. Ad facta quidem præclara nati sunt vasalli, sive ad originem clypei spectemus, sive ad virtutis impetum: neque tamen a judiciis & curiis feudilibus abesse possunt, in quibus pares audiunt, propter causæ ac generis dignitatem præcipue. Quoties igitur vocantur a domino, in curia debent comparere, non ad cognoscendam duntaxat causam, ad suffragandum ac decernendum, sed ad probandum pariter, si forte producantur testes, & postulandum, si lis aut mota fuerit, aut movenda. Ubi non comparent iusto tempore, id est antemeridiano, fiunt culpabiles, *wethafft*; secus ac de jure civili, quo dies integer currit, usque ad finem: nisi excusent illos feræ, aut dominus ipse sit in culpa, propter justitiam aut restitutionem denegatam rei debitæ. *Decimo capite* pergit ad quæstionem: an, si dominus per annum & diem vasallo justitiam denegat, ipsi pereat actio? ad quam decidendam ostendit forum competens ac praxin, circa litem inter dominum ac vasallum. Ab hac digreditur ad iudicium susceptum inter convasallos, & quidem possessorium; in quo explicando notat, quod contra juris communis regulam, non actor, sed possessor ac reus probare debeat. Hac in parte considerantur diversæ species probationum, *per corpus*, sive duellum, *per patriam*, sive honestos & inculpatores testes e patria, *per iurjurandum*, &c. Ubi propter iudicii feudalis possessorii competentiam, distinctio inter iudicem ordinarium & feudalem expenditur. *Capite undecimo*, in eadem materia titulum possessionis, sive investituram controversam explanat, quatenus contra dominum probatur illa manu jurantis vasalli, aut si hic non sit in possessione, per duos pares, aut literas quoque investituræ. Atque hæcenus allata, de investitura pure facta, sufficere possunt. Incipit deinceps *capite duodecimo* tractare investituram ex die incerto, vel

sub

sub conditione latentem apertura: quæ vulgo dicitur *expectativa*, *Erbing / Lehens - expectant / Anfall*. Istam describit, ac post multiplicem ejus naturam declaratam, commoustrat statim, quomodo differat ab investitura simultanea; de qua infra *cap. 16*; item quod ejus communis effectus sit, siue cum investitura detur, siue sine illa, ut careat possessione. In casu, quo duobus vel pluribus expectativa concessa est, eaque vel sine designatione, vel cum ea, quæ vim habet expectativæ specialis, ac generali derogat, solidiora ingerit, & *incertum* cum primis apud Saxones nostros, *das Jrr-Lehen / ex errore natum* esse tradit §. 6. Hinc in eodem Saxonum jure feudali interpretatur expectativam tacite definitam, *was das Lehen stüchtiglich / obet für Stuchtsahl geliehen / mortis causa*, ad lectum possessoris decumbentis. Tandem contextu l. F. 27 diducto & illustrato notat, expectativam prisca Germanis incognitam fuisse, neque huc pertinere ait dogma civile, de fundo demonstrato; & non demonstrato, ad eludendam promissionem honeste factam. In *cap. 13*. hæc sunt potiora: qui possidet, non possidenti præfertur: item quod conditione apertura existente, immisionem expectativarius per nuncium a domino petere debeat: illo autem cunctante, si forte expectativam cum investitura acceperit, quod ipse possessionem adprehendere possit. Sequitur feudum annuæ præstationis, *das Pfund, Lehen*: id quomodo huc pertineat, in connexionem docet noster *cap. 14*. si maxime sit facta *investitura nominata* præstationis, vel quantitatis. Hæc simul de valore antiqui feudi differit, deque præstationis annuæ differentia a feudo pecuniario, camerae & cavenæ, per documenta prius medita. Superest *cap. 15*, terminus, intra quem expectativarius feudum apertura generalis petere debet, annus nimirum ac dies, qui currit a momento scientiæ, ac probandus est ab actore. Quia vero dies non eodem spatio circumferibitur ab omnibus, hunc quoque explicat. Simultanea investitura, siue communitio feudalis, *cap. 16*. cum suis effectibus proponitur: quorum primus est, quod simultaneæ investitus non possit esse testis, in causa feudi communis: deinde quod in alienatione ejusdem consentire debeat, ob jus quæsitum: tandem quod in communitio tali viventes nominare debeant pro vasallum, *einen Lehen-Träger / propter servitia domino præstanda*. Huc usque de feudo nobili. Aliter se res habet circa ser-

vitia

vitia plebejorum, qui clypeo quidem sunt præditi, sed minus perfecti. Sic in causa feudali postulare possunt, exemplo parium, non autem nisi in curia domini sui. Hinc quaestio porro examinatur, an vasallus ad postulandum cogi possit? & caput de gravamine in sententia, sive de adpellatione finitur. *Cap. 18.* de numero parium, sive adfessorum in curia feudali, generatim concipitur, qui regulariter est duodenarius. Quomodo autem provocatio fiat speciatim, in feudo mediato, inque immediato, contra dominum, ex instituto majorum demonstratur. Hinc vetera Germanorum judicia provincialia, die *Kaiserliche Land-Gerichte* / cum praxi hodierna componuntur. *Cap. 19.* occurrit quaestio de expectativa, sine consensu possessoris vivi concessa. Affirmativa placet Saxoni & Longobardo, cujus verbis in *l. F. 27* lux affertur. Negativam probat Alemannus, utut permittat successiones pactitias; sine dubio ex conditione & qualitate prioris ævi, quo diffidationes, die *Befehdigungen* / adhuc frequentabantur, per quas vivo possessori vel ignoranti, vel invito, multa poterant inferri pericula. Quæ sententia nec hodie prorsus incognita est in aula Cæsarea, si præsertim superstes possessor immediati feudi contradicat. Ne tamen mitiores laudet Saxones noster, addit rationem juris apud eosdem: quos & Alemanni successu temporis secuti sunt. De jure possessionis deinceps pariter tractat, inprimis *cap. 20.* in cujus principio docet, utile dominium ex investitura simultanea competere, item possessionem absque fructuum perceptione esse posse: quod jus vulgo adpellant *den Insaß*. Facultatem modumque petendæ & adprehendendæ possessionis, jure investituræ factæ, *cap. 21.* ex nostro discere licet, cujus praxis heic ostenditur. *Cap. 21.* de feudo promisso alteri, alteri autem vendito, deque jure evictionis feudalis agitur. *Cap. 22.* proponit casum, quo dominus vasallum spoliavit feudo promisso, & ordinem judicii format. De quasi possessione quantitatis certæ ac redditus ex feudo pergit in *cap. 23.* & id observat speciale, quod possessione hujus vel quasi non concessa, nulla sit ejus transmissio. Quando autem dominus ejusmodi feudum retinet injuste, quid in foro tunc obtineat, breviter significat. Feudum minoris præstationis non gaudere jure postulandi, sive paragii, ac testimonii dicendi, *cap. 24.* demonstrat. Postquam igitur explicavit modos feudi adquirendi ac retinendi, jam progreditur ad modos feudi amit-

amittendi. Explicantur ex his *cap. 25.* duo, qui jus personæ tangunt, *excommunicatio* sive exclusio a societate ecclesiastica, atque *proscriptio*, sive exclusio a societate civili: qui olim conjungebantur plerumque; das geistliche Gericht war dem weltlichen Schwerdt beklüfftlich. Vestigia hujus rei supersunt in ordinatione Camerae Imperialis, ubi mentio fit *bulle Raymundi*. Si tamen probare vasallus potest, se non incidisse in bannum, tunc neque proscriptio vires habet. *Cap. 26.* agitur de feudo amittendo per alienationem, in primis per oppignorationem, sub specie ac pacto retrovenditionis: quo casu domino revocatoria conditio ex lege competit. Hæc subnectitur elegans observatio, respectu vasallorum alienantium, ex diversa illorum qualitate resultans: per quam alii sunt *Lehen-Manne* / ex feudo domini investiti, alii *eigen oder ledig Manne* / homines ligii, ex allodio domini investiti, alii denique *erwigliche Manne* / qui juri refutandi pro se & heredibus renunciarunt. Post regulam juris, de feudo per alienationem amittendo, quatuor ponit exceptiones, & §. II. præcipue docet, quo jure utantur principes Germaniæ, in terris suis alienandis. Quoniam vero in judicio ad privandum solenniora debent esse omnia, idcirco majorem definit numerum adfessorum ac testium *cap. 27.* De probatione minus solenni, respectu testium & adfessorum, agit *cap. 28.* Hinc transit a feudis nobilibus, sive militaribus, ad censualia, & quid statuendum sit in casu, quo possessor vasallus censum inficiatur, ex praxi illustrat, & hoc singulariter ostendit, quod dominus censum petens, in curia probare debeat, feudum esse censuale. *Cap. 30.* subinféudationem cum suis limitationibus exponit, ac Longobardi contextum *l. F. 6. de titulis ecclesiasticis* explanat. *Cap. 31.* jus amissionis propter inficiationem evolvit, atque jura domini, contra ingratum possessorem, ex feudista Saxonico comparat, & probationem *zu ihm selber per metterium*, sive manum tertiam exponit. Sequenti *cap. 32.* juriam rerum feudalium, ac pertinentiarum designationem, si dominus eam requirat forte, breviter insinuat, cum praxi quarundam curiarum, in quibus præter feudum ipsum, singulæ ejus partes actis & protocollis inferuntur, eine richtige Verzeichnüss des Lehen-Guts mit Erzählung aller zugehörigen Stücken; unde fiebat sæpius efficax probatio, tanquam ex instrumento investituræ. Subfeudum a superiore vicium tractatur *cap. 33.* In hoc sunt extantiora, quæ subvasallo competunt

petunt jura, contra intermedium, sive subinfeudantem, felonizæ convictum, & domino ipsi, contra subvasallum: quia hic superiori invito non potest obtrudi. De petitione subfeudi ex jure Alemannico, Saxonico & Longobardico communi, per regulas & exceptiones, agitur capitibus 34. & 35. In *cap. 36.* de feudi amissione, per consensum tacitum, in utramque partem Auctor disquirat. *Cap. 37.* casum illustrat, de vasallo ad certam causam citato, an si dominus vel iudex eam negligat, respondere teneatur ad aliam, ad quam non est citatus? Negativam tuetur, ac jus feudale Saxonicum emendat. *Cap. 38.* procuratorem feudalem sub cautione rati considerat, ac triplicem hujus cautionis effectum indicat. *Cap. 39.* natum postumum suspendere ait conditionem expectativæ: quia pater sine liberis non decessit. Inter ultimas species amittendi feudi est defectus natalium, qui *cap. 40. ex 2. F. 26.* ejusque capitulo notabili admodum *Naturales* deducitur. Hac vero occasione, de matrimonio inæquali, & legitimatione Cæsaris ad successionem, ex archivis notantur particularia. Fluit ex hoc eodem defectu alius in clypeo, non militari, ac nobili: quorsum refertur, si quis proscripserit sit, necem voluntariam alterius, vel spoliū commiserit: qui *cap. 41.* inter causas habetur, cur dominus renovationem investituræ deneget: cui subjungitur tractatio de loco ac tempore investiendi. Post feuda nobilium militaria, & minora alia, cum suis juribus declarata, procedit feudista Alemannus ad regalia, sive majora principum, cui noster lucem adfert *cap. 42;* ubi statim in principio naturam eorum interpretatur, item quomodo differant a feudis vexillaribus, quæ imperite confundantur a nonnullis. Hinc digreditur ad *feuda pontificalia, geistliche Fürsten-Beßen* / ac post differentias inter hæc & illa monstrat utrisque communia, inprimis *immediatatem*. Ne verò in statu principum aberraretur, ac singuli habeantur pro iisdem, eos discernit in mediatos & immediatos, in *schlechte und Reichs-Fürsten*: quales inter seculares & ecclesiasticos dantur. Alterum commune est *individuitas*, ex majorum instituto: ubi de tempore, quando principatus & comitatus in Germania dividi cœperint. Inter specialia quærit mox, quando episcopis apud nos vexillaria feuda sunt concessa, cum jurisdictione criminali? item a quibus & quando hæc jurisdictio data sit urbibus mediatis? Quia autem jura principum sunt varia, hinc de potestate illorum agit

ordi-

ordinaria ac delegata, de officio Imperiali, de differentia inter feudum principis, & officium principis feudale, per exempla vicariatuum in Imperio, & iudice Cæsaris Palatino. Successio, legitimus ac derivativus modus adquirendi feudi, describitur *cap. 43*, cum feudi renovatione; cui opponitur ejusdem repudiatio. Inter succedentes ab initio tantum erant descendentes, quibus post preces legitime factas ad impetrandam investituram, dominus erat obligatus, ut feudum concederet. Longobardi deinceps successionem ad collaterales extenderunt, quos nostri & alii secuti sunt. *Cap. 44*. usque ad *cap. 48*. explicatur petitio feudi, in casu si dominus vasallum vi expulerit; ubi sit actio contra dominum instituenda; item quod ex facto parium impedita renovatio, post petitionem legitime factam, non obsit vasallo: tandem quomodo testes nominari ac produci debeant, in controversia vasalli cum domino. In *cap. 48*. causas excusationum, de non petita investitura, tractare incipit, respectu ætatis minoris, ex parte domini ac vasalli. Hæc quidem differit de minore domino, & cum Birschio ex 2 F. 3 statuit, quod is quoque minor dicatur dominus, qui egressus est infantiam, licet adhuc sit in ætate pupillari: quem Alemannus vocat *domicellum*. Ab hoc vero peti omnino debet renovatio investituræ, sive tutorem habeat, sive non habeat: quia renovatio hoc in casu est de jure valida, utut sine auctoritate tutoris facta sit. Sed qui subinfeudavit, eodem jure non gaudet, *cap. LIV*. quia tum demum investire potest subvasallum, si prius ipse accepit investituram. *Cap. 50*. ætatem vasalli, ac pubertatem feudalem, *wenn et sehnbar ist / in sequenti* autem diversam pubertatis rationem, ejusque probationem tradit. *Cap. 52*. notat duo, ex praxi feudali: alterum, quod tutor nomine vasalli minoris renovationem impetrans, promittere debeat, sese feudum pupilli rite administraturum esse; immo nomine tutorio juramentum fidelitatis præstetur in aula Imperiali: alterum est, quod si plures vasalli minores fuerint, singuli vel in communione manere, vel dividere feudum possint. Illo tamen casu requiritur, ut major natu renovationem petat nomine reliquorum impuberum: qua occasione noster *de jure senioratus* breviter agit. Duobus capitibus insequentibus id speciale jus circa evictionem tradit, quod sola tutoris auctoritas contra petitozem non sufficiat, sed quod ipse dominus investiens obligetur, ad evictionem impuberi præstan-

dam: item quod vasallus impuberi domino prius non debeat servire, quam vestitus sit. Quando autem dominus vasalli minoris tutelam susceperat olim, tunc feudum tale *in custodia domini* esse dicebatur, *in Anfall* / usque dum minor ad servitia foret aptus. Interea temporis poterat dominus feudi pupillaris fructus ad alium transferre, vel ipse retinere. Usus hodiernum noster sub finem capitum demonstrat: ubi de taxa in aula Cæsaris. *Cap. 58.* docet, quid obtineat, in oppignorato feudo a tutore: sequenti vero, an peti rursus debeat investitura, si minor dominus factus sit major; *Cap. 58;* alia legitima impedimenta non petita investituræ, ac simul jus accrescendi in jure feudali Germanico exponit. Si feudum ex allodio domini fuerit, idemque negaverit renovationem investituræ, queritur, an vasallus actionem, & coram quo illam habeat? Respondet noster ex praxi antiqua & hodierna, *cap. 59:* In *cap. 60.* & *61.* agere pergit de renovatione uni vel pluribus facienda ex fratribus, atque juris hujus limitationes, itemque exceptiones proponit, cum declaratione ulteriori *juris senioratus*, de quo *cap. 52;* sub finem dicere cœperat. *Cap. 62.* nova exceptio contra dominum urgetur, quod feudum, sine consensu ejus alienatum, non aperiatur, si statim recuperetur ab alienante. Neque corporis vitium, e. gr. in cœco aut muto, causa est, cur investitura denegetur, aut feudum aperiatur domino. De hoc autem vitio agitur *cap. 63.* prolixius: estque vel nativum, vel superveniens, & quidem utrumque rursus vel corporis, vel animi: quorsum in curia feudali respiciendum est accurate. Aliter videtur se res habere in feudo; quod vidua jure dotalitii possidet, aut jam tertio per expectativam *si sine liberis*, conditione existentem concessum est, circa renovationem feudi nimirum: quo de casu agitur *cap. 64.* In sequenti explicat noster jus investituræ simultaneæ, si hæc neglecta fuerit a fratribus, usque pluribus, qui ab initio feudum acceperant pro indiviso, postea vero sine consensu domini diviserant, nec in divisione illam sibi reservaverant. *Cap. 66.* evictionem feudalem breviter cum Alemanno tractat. De feudis foemineis addit, quod renovatio, propter servitia non præstita, non sit deneganda foeminis: quia loco servitorum præstent hostenditias, sive decimam fructuum annuorum partem: deque simultanea monet *cap. 68,* quod eam filii cum patre quoque petant, ad majorem in jure successionis cautionem. Quod ex feloniam dominus obligetur ad investituram renovandam, mox traditur

in

In casu, quando vasallus refutat feudum sub conditione accepta, ut alter de illo investiat: quam tamen non implet dominus, sed feudum sibi retinet. Hinc *cap. 70.* disserit, quomodo ex antiquo vel paterno fiat novum: inque possessorio feudali, ejusque petitione ac feudalis rei vindicatione, transmissione, itemque feudi amissione progreditur per casus ac resolutiones ad *caput* usque *86:* ubi per tria sequentia probatio domini adversus vasallum, & actio ejusdem, ad Imperii servitia præstanda, cum judicio parium declaratur. *Cap. 89.* argumentum explicatur notabile, de alienatione vasallorum, & illustratur per exempla: porro nequitur jus confiscationis, quod ex consuetudine Alemannica mitius deprehenditur erga filios, quam ex jure Romano, a Carolo IV in aurea bulla repetito. *Cap. 90.* tractat de foro competente, in feudalibus, deque modo procedendi, & ad capitula *1 F. 26.* ac *2 F. 46* pauca adducit, sed a paucis observata: De expectativis, annali termino, satisfactionibus, ac retinenda possessione contra tertium, a domino investitum, deque clypei militaris immunitate, homagio, & servitiis præstandis inferiori domino per subditum, potiora noster in antecedentibus exposuit: quæ aliquot capitibus heic, juxta seriem Alemanni repetuntur. *Cap. 97.* de feudo fiduciario monstrat, quod ita vasallo concedatur, ut illud statuto tempore, pro certa quantitate, restituat domino. Hac occasione differentiam inter pignus & fiduciam ostendit, & casus quosdam feudales huc pertinentes decedit. Quoniam vero sub finem capituli prioris revocatorie ex pacto fiducie & offerendi mentionem fecerat, ideo sequenti hoc *98.* de probatione domini, in causis & actionibus maxime poenalibus, quas dominus contra vasallum institueret potest, monita practica & cautelas addit. Hinc aliud pactum, ex vasalli parte, de non refutando exponit. *Cap. 100.* ac duodecim insequentibus de variis speciebus feudorum, de proprio, pignoratitio, de feudo scuti, dem *Schild-Lohn* eoque revocabili pro arbitrio domini, de feudo camere, conjuncta viri & uxoris investitura pupillari, de feudo in fraudem domini subinfudato, de fundo censuali, & feudo censuali, de feudo jurisdictionis, & ambachtie, sive gastaldie, palatii sive ministerialium, cum Alemanno noster procedit ad ordinem judicii feudalis, sive processum in curia domini: quem deinceps a *cap. 114* continuat ac describit, per communem praxin, in-

terspersis documentis feudalibus vix dum editis, ad caput usque 145. Heic denique regreditur ad quasdam feudorum divisiones, ac de feudo ex allodio, de feudo castrensi, & expectativa in hoc eodem, item de cessione feudali, subinfeudatione, transmissione & amissione feudi castrensis notabilia profert varia, inque feudo franco, ac burgo magistri concludit.

Quemadmodum vero nihil simul incipitur ac perficitur, in studiis præsertim amœnioribus, ita noster absolvit quidem commentarios, ad singula capita juris feudalis Alemannici, sed pro incomparabili sua industria quædam, opere jam fervente sub manibus typographorum, observavit non protracta, quæ sub titulo *Supplementorum* adjecit. In explicatione rubricæ breviter egerat, inque transitu quasi, de *feudo oblato*: heic vero ex archivis nonnulla depromit, notatu digniora. Subjungit mox responsum Facultatis juridicæ Argentoratensis, de *feudo mere hereditario*, & hypothefi probe firmata, unde quæstiones feudales decidendæ sint, porro ostendit, feudum controversum, Ingweiler, inter comites Leiningenses & Hanovienfes, esse hereditarium simpliciter, in quo foemina, una cum masculis ejusdem gradus succedere, & remotiores agnatos excludere possunt, allatis variis rationibus dubitandi, eisque solutis abunde, secundum mores ac jura Metensis episcopatus, itemque ducatus Lotharingici. Addit statim in tali casu, quousque valeant renunciaciones foeminarum. Præter supplementa accedunt tres dissertationes, quarum prima complectitur potiora, ex jure feudali Teutonico, de *investitura principum Imperii simultanea*, speciatim quoad successionem Lauenburgicam. Facta hæc esse videtur, non tam ex casu nostræ ætatis, quam ad voluntatem superioris, qui de Germanorum institutis feudalibus, per Saxoniam imprimis, certior esse volebat. Cum hac, propter auctoritatem juris, quo principes utuntur, in causis præcipue successionum decidendis, conferri potest §. 20. diatribæ, de *natura & origine juris publici*. Altera est de *curiis dominicalibus von Dinghöfen* in Alsatia frequentatis, sicut ex documentis connexis patet. Ultima est de *bonis laudemialibus*, quæ vulgo adpellant *Ehrschätzige Güter* / ad mores pariter directa, in superiore Germania. Ideo autem has dissertationes indicare rantum volumus, quia in manibus doctorum jam antea fuerunt, & propter argumenti convenientiam, imo

imo & propter solidiorem argumenti tractationem, recusæ sunt. Talis quoque est *commentatio*, perquam erudita, ad 2 F. 50 de natura *successionis feudalis*, in qua *linealis* præsertim origo, atque usus ejusdem in foro Germanico demonstratur. Hæc quoque data occasione scripta censetur, studio justitiæ & veritatis, citra affectum & juris detorsionem.

Hisce præmissis & accurate traditis, ex jure ac moribus Germanorum, aliorumque populorum, noster ad edendum atque emaculandum opus ineditum feudale Antonii Mincuccii de Prato Veteri accessit, idque cum præsentî commentario feudali conjunxit. Quantas ipsi gratias hoc nomine debeant juris feudalis doctores & studiosi passim, facile intelligimus: quia plures inde a scriptoris obitu crebram ejus mentionem fecere; alii propter ordinem & lucem in feudalibus majorem, vel inspicere tantum voluere sex Antonii Mincuccii libros, quasi depositum venerabile; nonnulli denique editionem promiserunt ejus, ex codice unico, quem exstare adhuc opinabantur. Sed omnes illi vana spe turbant vota meliorum. Rittershusii sententia, contra Goldastum, qui opus hoc ab infesta manu putabat interversum esse, probatur eventu: quod nimirum Antonius iste nondum perierit, sed latitet in bibliotheca, inque lucem protrahi aliquando possit, si in manus inciderit hominis, rerum feudalium non imperiti. Ericus Mauritius, primum in Academia Tubingensi, hinc in Kiloniensi celebris antecessor, tandem in camera Imperiali adfessor, propter scientiam juris, & variam doctrinam habebatur pro illo, qui ex codice proprio melioris notæ opus feudale hoc restitueret. Verum desiderii undique flagrantibus non satisfacit, quod vel negotiis publici muneris impediretur, vel sanitate minus constanti ab hoc proposito averteretur, usque dum per fata spem cunctis de se, atque libro toties injectam prorsus extenuaret. Fuit tamen in peregrinatione, laudabiliter suscepra ac peracta, non infelix, nobilissimus vir, Christianus Guilielmus ab Eyben, in aula Brunsvico-Cellensi consiliarius hodie, qui inter libros manu exaratos, in bibliotheca regia Parisiensi, Mincuccium hunc forte deprehendit, & de reperto viros celeberrimos Obrechtum & Schilterum certiores reddidit. Ille cum bibliothecario Thevenotio statim egit per litteras, ut thesauri hujus copiam faceret Jo. Philippo Schmidio, Argentoratensi. Hic vero memor
offi-

officii sui, quod ad studia pertinebat imprimis amplificanda, librum clarissimo Schmidio concessit, a quo alter, id est noster, illum accurate descriptum recepit, & per editionem denique ejus vota absolvit eruditorum. Plura in præfatione ejus ad opus ipsum conferantur. Ne tamen solus iste, ex diuturno squalore, Musis indignantibus, prodiret in conspectum omnium, comitem ei dedit Bartholomæum Baraterium, Italum pariter, nec ætate, nec indolis bonitate adeo disparem. Jam antea quidem ediderat illum Nicolaus Rigaltius, non tamen ubique ad fidem codicis manuscripti. Noster igitur, sicut eundem denuo collatum, immo auctum & emendatum acceperat a laudato Schmidio, ita quoque integrum, pro candore sincero, & affectu singulari erga hæc studia, ad usus communes vulgavit. Quoniam vero isti ferè explicant jus commune feudorum, neque ad gentem nostram adeo, vel aliam respiciunt, cui peculiare circa feuda sunt consuetudines ac leges, ideo sub finem operis recensiti, coronidis instar adjicitur liber Ant. Dadingi Alteserræ, de origine & statu feudorum, pro moribus Galliarum, qui nec amplius est nimis, ut lectorem in alienis detineat, nec brevis est ita, ut parum lectori prodesse queat.

Martin Diefenbachs / Evangelischen Predigers zu Franckfurt
am Mayn / Judæus convertendus,

Hoc est:

MARTINI DIEFENBACHII, FRANCOFURTI AD MOENUM
*Verbi Divini Ministri Evangelici, Judæus convertendus, sive varia Theologorum celeberrimorum doctorumque viroꝝ aliorumq; judicij
& consilia, quo pacto Judæi alicujus conversi
omnium optime institui queat.*

Francofurti ad Moenum, apud Fridericum Knochium, 1696. in 4.
Constat Alphab. 1.

EX sacri, quod gerit, muneris ratione, duobus Judæis ob sua facinora Francofurti ad Moenum ultimo supplicio afficiendis adesse, eorundemq; ad fidem Christi conversionem tentare jussus fuerat perquam reverendus Auctor, qui ut hoc negotium eo rectius perficeret, diversos diversorum Auctorum libros consilia eo spectantia exhibentes sedulo evolvit. ac ut laboris hujus fructus ad publicum quoque redun-

redundaret omnibusque communis esset, ista in hunc tractatum peculiararem congestit, qui proin, ut ipse alicubi innuit, Catalogus Bibliothecæ Anti-Judaicæ haud immerito nuncupari possit. Præfatus autem aliqua de insignibus difficultatibus, quæ Judæorum, ac inprimis maleficorum, conversionem circumstant quidem, non penitus tamen inter *res adiversa* detrudant; ad ipsam modorum, quos ad hunc scopum saluberrimos varii subinde judicant, enarrationem progreditur, consiliaque primum Lutheri commemorat; inde, quid e Lutheranis Nicolaus Selneckerus, Wolfgangus Franzius, Michael Havemannus, Georgius Calixtus, alique, & inter hos præ reliquis Jo. Mullerus, ac hodiernum superstes celeberrimus Esdras Edzardus heic suggererint, prolixè tradit. E Reformatis Joannem Hoornbeekium & Johannem Coccejum in hoc labore occupatos introducit. Ex Arminianis Hugonis Grotii & Philippi a Limborch monita & exempla allegat. Ex Socinianis Faustum Socinum ipsum & Valentinum Smalciuum doctores huc advocat, & ex Papistis maxime Thomam a Jesu, Petrumque de la Ceyalleria methodum Judæos convertendi itidem prævisse asserit. Mentem vero auctorum hætenus a nobis insinuatorum aliorumque solum indicasse nondum ipsi satis est, quin potius ad unamquamque sententiam sigillatim refert, quid circa eam aut alii monuerint, aut ipse monendum existimet. Qua occasione sensum atque pondus dictorum Gen. XLIX, 10, 11, 12. 2. Sam. VII, 19. Jer. XXIII, 5, 6. XXXI, 31. seq. Dan. IX, 27. & similibus, a Theologis Christianis opponi alias Judæis solitorum, uberius explanat & confirmat. Inter cætera autem Scripturæ Veteris Testamenti loca, quinquagesimum tertium Esaiæ caput maximopere celebrat, ejusque singularem adversus Judæos vim demonstrat. Quætionem, utrum ex solo Testamento Veteri convinci queant Judæi, affirmando definit, non raro tamen & Novum Testamentum cum fructu adhiberi posse addit. Doctrinam de Chiliafimo parum heic idoneam esse ac proficuum contendit. Talmudem & libros Rabbinicos, inidemque Cabbalam Judaicam, subsidium exiguum aut plane nullum hodie Christianis, Judæorum conversionem quærentibus asserre statuit. Ridiculos etiam, similiterque nimiam severos procedendi in hoc labore modos indicat, & indicatos serio dissuadet. Generatim autem observat, non unam aliquam determinari posse methodum, veluti ubivis æque commode

inlervituram, sed habendam esse imprimis personarum rationem, ac aliter doctiores & petitos, aliter indoctos ac rudes, alio modo sponte sese offerentes, alio invitandos demum tractari debere annotat. Francisci Henrici Hoyerii, Pastoris in Frisia Nordensis, methodum olim adhibitam valde commendat, eamque ex libello ipsius Germanico Helmstädi A. 1679 sub titulo, *Conversus Judæus*, vulgato his partibus absolutam refert: quod convertendum primo de Judaismi hodie vigentis facie infausta, ac deinceps de Christianismi in Mose, Prophetis ac Psalmis apprime roborato fundamento convicerit. Mox aliquot exempla in medium adducit, quam miranda sæpe ratione in præparandis ad conversionem Judæorum animis, & in obstinata eorum malicia reprimenda, divinæ providentiæ uti placuerit; quemadmodum & auctorum, qui plura ejuscemodi collegerint, indicium haud contemnendum subministrat. Ulterius se deprehendisse testatur, quod apud istos, quibuscum sibi res fuerit, Judæos duo hæc argumenta magnum præ reliquis pondus obtinuerint; (quamvis neutrum eorum aut istis aut aliis quibuscunque victum doleat;) unum, quando e Deut. XXI, 13. suspensum abominabilem esse coram Deo dixerit, unde amplius hoc urserit, quod ipsis, utpote qui suspensio jam puniendi essent, non aliud abominationem istam effugiendi medium suppetat, nisi fides in Christum, qui maledictionem hanc suo merito sustulerit, & propterea ipse inter suspensos numeretur: alterum, quando Judæos perpetuo de sua salute anxios hæere, aut Christianos e contra firmissima hæc fiducia gaudere ostenderit. Quibus ita pertractatis, in voto tandem isto desinit, ut non pii modo Magistratus, sed & Christiani quilibet, de removendis obstaculis frequentiore Judæorum ad fidem Christi adductionem impediuntibus sollicitè cogitent. In horum autem obstaculorum numero nimia esse censet privilegia, quæ subinde Judæis in terrenæ felicitatis augmentum (quod eorum pervicaciam magis magisque confirmet,) offerantur; vitamque deinceps Christianorum impiam ac dissolutam, quam Judæi in eodem cum his consortio degentes, nunquam citra scandalum & ipsius religionis uberiorem detestationem intueantur. Hæc summa est præsentis operis, cui duplicem adhuc appendicem subjungere reverendo Auctori visum est. Harum una narrationem exhibet de Judæo, Pragæ A. 1694 rotæ imposito ob homicidium nefandum, quod

is in puero, alterius cujusdam Judæi filio, transitum ad Christianos machinante patrauerat. Hunc nullis Jesuitarum suasionibus, quibus eum ante a Judaica superstitione revocare studuerint, commotum fuisse, aut in rota jacentem, & plurimis gravissimisque percussionibus jam pæne confectum, alta voce baptismum postulasse, & hoc impetrato in clara nominum Jesu, Mariæ & Josephi invocatione spiritum emisisse, ex actorum publicorum fide Auctor recenset. Inde vero ansam apprehendit plura eaque notatu haud indigna coacervandi, unde satis colligas, quanto odio Judæi suos, quos a Christiana fide parum abhorrere intelligunt, prosequi consueverint. Posterior appendix opposita est iis ex Papæorum numero, qui Martinum Bucerum sub finem vitæ Judaismo se addixisse perhibent. Commentum enim hoc malevolorum esse Noster docet, quod ubi latius refutavit, eundem nec a Zwinglii partibus stetit, adversus alios contendit.

DISSERTATIONS SUR L' EXISTENCE DE DIEU &c.

Hoc est:

DISSERTATIONES DE EXISTENTIA DEI, QUIBUS VERITAS illa ex universalis prima mundi antiquitatis historia, ex Epicurosi & Spinosiani systematis vanitate, & denique e characteribus, divinum quid in religione Judaica, nec non in propagatione Christiana esse evincens, demonstratur ab ISAACO

JAQUELOT.

Hagæ Comitum apud Steph. Foulque, 1697. in 4. alph. 4.

Reservavit nos in ea tempora Deus, quibus Evangelii quoque radiis collustrata, eoque melior mundi pars, in eum furorem adigi vidit complures, ut de prima eaque evidentissima veritate stulte addubitantes, in eo ipso non postremam ingenii atque eruditionis suæ laudem collocent. Quos licet tanquam insanos & mente captos merito prudentiores contemnere possint, ea tamen humanæ indolis in omnem malitiam, absurdissimamque etiam, pronæ est conditio, ut facile permiserit majora indies capere insaniam istam incrementa. Quod cum viderent ii, in quorum præcordiis altiores virtus atque religio egerant radices, aperto Marte monstrum istud oppugnare, & a Deo, quem sancte venerabantur, insane sese efferentis creaturæ

inurias defendere aggressi fuerunt. Attamen eorum nonnulli, omnis generis sine delectu adhibitis argumentis, effecerunt, ut non defuerint adversariis latebræ, ad quas sese passim recipientes, confici penitus atque aboleri hæcenus non potuerint. Alii metaphysicis tantum usque rationibus, omnium captui minime attemperatis, ita comparata esse plerorumque hominum ingenia fuerunt experti, ut non facile moveri se patiantur argumentis, a mentibus eorum, quæ corporeis tantum rebus assuetæ sunt, tanto intervallo remotis. Utrumque igitur sibi cavendum esse clarissimus Auctor, cujus in hoc negotio exantlatos labores nunc exponere constituimus, existimavit. Qui diligentissime omnibus hujus controversiæ expensis momentis, in luce adeo clara veritatem hanc sese collocasse confidit, ut non posse non dare manus persuasum habeat eos, qui argumentorum nexus mente sequi didicerint. Prætere autem hoc aggressus est quatuor Dissertationibus, quarum summa capita, qua fieri potest brevitate perstringentes, efficere tentabimus, ut Lectori de genio hujus libri luculenter constare possit.

- cap. I.** In prima igitur harum Dissertationum existentia Dei veritatem ex historia mundi evincit. Quam prout a Mose tradita fuit, in dubium vocari non posse, omni profuso eruditionis, qua gaudet, apparatu persuadet. Ut autem potiora eorum, quæ allata ab eo sunt, recenseamus, primo statim loco eum ostendere monemus, existentiam divinam in ipsis sacris literis non tanquam doctrinam, quæ fide simpliciter sit amplectenda, proponi, sed argumentis ab hujus universi creatione petitis solide dari confirmatam: quam ob causam etiam hujus creationis historia fusa & luculenter ob oculos nobis ponatur.
- e. II.** Hanc autem minime scrupulosorum hominum dubiis relinquere locum, ex ipsa ejus consideratione clarum evadere, cum non tantum creatum esse mundum in ea Moses indicaverit, sed certo etiam tempore ætatem ejus definiverit, omneque quod ab ea ad suam usque ætatem patebat spatium; rerum gestarum impleverit narratione: cum contra nationes istæ, quæ eam adeo jacent antiquitatem, quæ omnem fidem superet, facile vanitatem suam prodant, rerum defectu, qui tantum in eorum historia inane relinquat: perpetuus autem veritatis historica character sit, si continua serie rerum gestarum narratio procedat, ita tamen ut cum aliis consentiat monumentis. Præterea exiguum adeo ætatem mundo ad suam usque ævum tribuere Mosén,

Mosen, ut facillime falsitatis convinci potuisset, si aliter res sese habuisset. Imo cum post diluvium denuo quasi resurrexisset mundum, atque etiam aliquot post illud ætatibus unam linguam inter homines obtinuisse dicat, facile ab Ægyptiis, Assyriis aliisque vicinis, incredibilem antiquitatem jactantibus, unico monumento in diversa lingua antè illud tempus exarato refutari eum potuisse. Quorum populorum linguam sapientiamque cum Mosen maxime sibi reddidisse familiarem confert, quod ausus fuerit brevem adeo ætatem rebus hisce tribuere, nisi divinitus de veritate historiæ suæ convictus, probabile non fieri. Ast vero inquirunt hi, qui sua maxime interesse putant, ne impietatis plañe deferantur partes: facile fuit Mofi, quicquid visum fuerit, comminisci, & suæ pariter ac sequentium ætatum hominibus obtrudere, cum incognita prorsus sit temporum, quorum historiam persequitur, ratio, nec monumenta supersint vel superfuerint unquam, e quibus falsitatis aperte ille convinci potuisset. Quod ipsum miserimum latibulum cum pro arce veluti stolidi homines habeant, ad bellum religioni faciendum commodissima, maximo conatu dissipare clarissimus Auctor est aggressus. Atque adeo ostendit, quod quamvis immanem optimorum monumentorum vim temporum injuria nobis lverit ereptum, non careamus tamen iis, quæ abundè nobis veritatem historiæ Mosis persuadere queant. Imprimis eo tempore, quo maximo studio hujusmodi quæstiones inter Christianos Paganosque agitatae fuerunt, ingentem monumentorum huc pertinentium numerum superstitem fuisse observat. Speciatim autem commemorat eos, qui de foundationibus urbium, de artium atque scientiarum inventione, de illustrium nationum gestis aliquid literis consignaverant; item qui annales aliaque hujus generis scripta condiderant, quos multa negotio isti conducibilia præclaro studio conservasse existimat. Verbo, quemadmodum Judæi pervulgata sententia Christianorum feruntur bibliothecarii: ita Græcis quoque divinam providentiam usam esse, ut eorum auxilio conservarentur monumenta, Mosaicæ historiæ confirmandæ idonea. Quæ etiam effecerit, ut iis pariter atque Romanis causa occasioque non una fuerit fabricata, quoad ea curiosius indaganda adigerentur. Præcipue observatu non censet indignum, quod etiam ante Christianismi origines, Epicurei sua de mundi nativitate sententia aliis Philosophis, æternitatem ejusdem defendentibus,

c. III

p. 29

p. 32

p. 30

p. 32

- bus, studium istud necessarium quasi effecerint, ut antiquissima monumenta sedulo rimarentur, si quod inde opinioni suæ præsidium peti posset. Nec multum juvare existimat adversæ causæ patronos, quod hujusmodi monumenta, licet tum extitisse concedantur, hodie tamen nusquam compareant: namque Auctores diligenter recenset nostræ ætati familiares, qui, quantum præsentî negotio sufficere posse videtur, scriptis suis summa cum cura inseruere. Ut autem eo magis pateat luculente, insignem omni ævo hujusmodi monumentorum, quæ ætatem tulerint, eoque vel confirmandis vel destruendis Mosaicis traditionibus inservire potuerint, extitisse copiam, aliquot capitibus venerandas hujusmodi antiquitatis reliquias, quarum apud Auctores aliqua mentio extat, narratione persequitur. Inter eas primo loco recenset hymnos, quibus antiquissimis temporibus rerum gestarum conservabatur memoria, cujus moris vestigia in ipsis S. Literis curiose indagavit; urbes item, templa aliæque ædificia æternitati consecrata, quæ cum innumera fere fuerint, inscriptionibus suis illustra, probabile non esse ait, in tanta copia tres diversarum linguarum inscriptiones reperiri non potuisse, XII seculis solum Mose antiquiores, (quo tempore ille universo orbe unicam adhuc linguam obtinuisse dicat) nisi verissima ista ejus assertio esset. Simili modo a Deorum simulacris & consecratis iis anathematibus, a sepulchris atque tropæis, a viorum illustrium statuis, columnis item atque aris, quibus obtectum fere universum, qua habitatur, orbem fuisse ostendit, argumentatur.
- c. IV. Præterea nummos quoque & annulos inter monumenta refert, quibus rerum hujusmodi notitia conservari potuerit. Eidemque rei gentium quoque commercia inserviisse demonstrat, quibus earum inter se invicem bella, & mercium commutationes, ab antiquissimis temporibus occasionem dedisse ait, quas proinde cognitæ sibi invicem fuisse, ex cultuum & ceremoniarum sacrarum communiõne, ex nominibus quibus se mutuo appellarint, aliisque rebus dat probatum: quin & exilia, Philosophorum itinera, & alia hujusmodi non permisisse, ut parum cognitæ sibi invicem essent nationes, longis licet terrarum spatiiis divisæ, prolixè confirmat. Bibliothecas deniq; in quas tanto studio omne genus priscorum monumentorum antiquissimis temporibus congestum fuit, studiose commemorat, atque adeo tandem concludit, ex tot monumentis difficile non fuisse curiosis rerum indagatoribus
- p. 33
- p. 10
- c. V
- c. VI. VII.
- c. IIX
- c. X

ribus veras mundi origines peruestigare, frustra que omnino Libertinismi esse patronos, qui huiusmodi monumentorum defectum callide obtendentes, incredulitati suæ inde præsidium petant. Quamvis autem propius examinatis hisce tam insignibus antiquitatis monumentis, non facile sit in eam descendere sententiam, quæ æternum esse mundum dicit, utpote quorum nullum altius quam historia Mosaica ascendat, quod insigne Macrobianorum; confessione egregie confirmatur: sapientissimi tamen etiam in hunc errorem sese induci passi fuerunt, varias mundi conflagrationes atque inundationes, ut eum utcunque tueri possent, comminantes. Quas ubi Cl. Auctor parum ad illum stabiliendum idoneas esse ostendisset, atque hinc versa vice veritatem, ex veritate autem divinitatem historiæ Mosaicæ evicisset, sollicitè causas, ob quas eum, nequicquam contradicente historiæ fide, persuaderi sibi siverint, investigat, inque iis explodendis non nihil operæ ponit. Hinc propius ad alteram propositionem, quam hac dissertatione suscepit defendendam, accedit, quod scilicet historia mundi tot monumentis, a tot auctoribus conservata, cum Mosis traditione exacte conveniat. Cujus rei primum argumentum ipsi est, quod jam olim, cum Epicurei mundi æternitatem impugnarent, atque intra eosdem, cum Mose, temporis terminos eum fere redigerent, nihil plane habuerint, quod ipsis ex vetustis monumentis opponere possent, adversarii: quod contra Judæos item quidquam afferre non valuerint ii, qui infesto in religionem eorum animo erant, quo chronologia historiaque Mosaica everteretur, uti vel Appionis doctissimi Grammatici exemplo constet: quodque simili fortuna eadem controversiæ cum Christianis ad Theodosii usque tempora fuerint disceptatæ. Secundum argumentum ei suggestit exiguum spatium, quo omnis Græcorum decurrit historia. Illa enim cum a prima Olympiade sit exordienda, quæ pluribus quam octo annorum sæculis nativitatem Christi non antevertit, tempore illo exitu omnium artium atque scientiarum inventionem apud Græcos circumscribit. At vero gentem tanta ingenii vi præditam, quanta Græci fuerunt, tam commodum præterea nactam situm, ut cum cultissimis nationibus commercia facile potuerit inire, aliquot annorum millenariis incultam profus atque inertem desedisse, probabile nemini visum iri putat, ideoque hoc ipsum recentioris mundi originis validissimum esse credit argumentum. Contra, spatium temporis quod

c. XL

p. 129

p. 130

p. 131 132.

p. 135. 140.

c. XII.

p. 142.

p. 145.

p. 146.

c. XIII.

p. 151. 155.

- quod requiri videtur, antequam ex illo terræ angulo, in quo ortum genus humanum fuit, in paulo remotiores Græciæ regiones homines possent transmitti, atque ibi stabilem aliquam Reipublicæ formam, quæ Historicis scribendi materiam suppeditaret, constituere valerent, sagaci cura indagans ostendit, tantum fere annorum a tempore diluvii usque ad primam Olympiadem abiisse, quantum istis omnibus fuerit opus. Fuse deinceps statum Græciæ, qualis ante Olympiades, & circa Trojana tempora fuit, ex Thueydidæ aliisque gravissimis Auctoribus describens, luculenta hinc argumenta deducit, quibus novas istis temporibus in regionibus illis gentes, quæ eas habitabant, fuisse evincat. Imo ad altiora pergens, & ipsorum temporum mythicorum historiam repetens, ultra bis mille annos ante Christum natum ne fabulæ quidem in recensendis Græcorum Latinorumque originibus adscendere, atque adeo ne in illis quidem aliquid esse, quod cum Mosaico systemate exacte non conveniat, demonstrat. Cumque contra istud argumenti genus nihil aliud præsidii adversariis super sit, præterquam id, quod in diluviis quæ variis temporibus contigerunt, rerumque præteritarum quasi aboleverunt memoriam, quarunt; multis exceptionibus illud Auctor denuo ex instituto destruit. Atque postquam aliis quibusdam objectionibus respondisset, novum argumentum pro mundi novitate proponit, quod a coloniarum deductione potissimum sumit, quæ magnam terræ partem, iis temporibus, quibus frequentes adeo coloniz erant, nondum hominibus satis refertam fuisse evincant. Quartum argumentum Græcorum Romanorumque ludi atque festivitates ei suggesserunt, Lupercalia scilicet, Panathenæica, Isthmia, Pythia & Olympia, quæ, cum omnis historiz, Græcæ præsertim, ab iis pendeat certitudo, temporum eam constituant rationem, quæ a Mosaica nulla ex parte dissentiat, eamque, quæ supra rebus Græcorum attributa fuit, ætatem, luculente confirmant. Integro porro capite, quam recens sit omnium artium atque scientiarum apud Græcos cultura, expendit, atque inde quintum pro, causa quam agit, argumentum petit. Jamque porro a Græcis ad Assyrios progreditur, quorum antiquissima monumenta, quæ studiosissime exponit, cum nihil quoque contineant, quod historiz Mosaicæ sit contrarium, iis quoque causam suam firmiorem reddi ostendit. Simili modo in Lydorum
- p. 153.
- c. XIV.
- p. 177.
- c. XV.
- p. 182.
- c. XVI.
- c. XVII.
- c. XVIII.

Lydorum, Phœnicum, Indorum, & Scytharum historia nihil esse ad convellendam eam idoneum evincit. Cum tamen nationes sint prodigiosam adeo antiquitatem jactantes, quæ cum ista conciliari nulla ratione queat, in eam præcipue studiose inquirendum sibi esse censuit. Adeoque solícite imprimis Chaldæorum Saros examinat, quos ab Ægyptiorum Toth, sive annorum 1460 cyclo, diversos non esse statuens, idque alibi uberius se confirmaturum pollicitus, eo in conjecturam hancce primum inductum se esse ait, quod a Canicula nomen cyclus ille acceperit, Caniculam autem apud Arabes *Al-Sbaari* vocari Abul-Pharagii autoritate constat, unde *Syrii & Sari* nomen ortum esse, indubium ipsi videtur. Immensum autem temporis per Saros hosce computati spatium, quod sibi vindicant Chaldæi, manifeste adeo fabulosum esse ait, ut ne opus quidem refutatione habeat; interea tamen aliquibus rationibus illud ivit destructum. Atque observationes etiam Chaldæorum antiquissimas tantopere jactatas, variorum autorum inter se collatis locis, ad epocham Nabonassaræam fere reducendas esse monstrat. Imo & tabularum astronomicarum ope facile observationes confici potuisse addit, quæ ultra mundi origines ascendunt: adeo ut ex iis, nisi cum historia jungantur, de mundi ætate recte quidquam colligere non liceat. Pari modo antiquitatem, quam Iberis Strabo, Atheniensibus vero Plato tribuit, sub examen revocat. Ast fufius, quam in his omnibus, versatur in historia atque antiquitatibus Ægyptiorum Sinensiumque, e quibus longe fortiora contra systema Mosaicum argumenta peti posse, impii homines persuasum habent. Dum latius hic sese effundit, atque pro more suo multa, non quidem ad rem, quæ præcipue agitur, spectantia affert, inter alia quoque de nomine Pharaonis sententiam suam aperit, quod Regem simpliciter significare Josepho neutiquam largitur, eo potissimum argumento inductus, quod *Rex Pharaa* in Scripturis junctim plerumque dicatur. Credit itaque, Pharaonis nomen aliquid cum Ebraica voce פֶּרַע cognationis habere, Regemque notare qui a nullo alio pendens, in reliquos Ægypti Regulos imperium exercuerit. Verum ut de re ipsa potius dicamus, notissimas fuisse Scriptoribus facris Ægypti res, ex divinis Scripturis probat, multumque omnibus temporibus Judæis cum Ægyptiis intercessisse commercii, iis imprimis qui Alexandriæ debebant, evincit. Monumenta præterea in Ægypto

c. XIX.

p. 221. 271.

p. 220.

p. 222.

c. XX. XXI.

p. 234.

p. 235.

- p. 240. pro quam plurima fuisse ait controversiæ huic decidendæ idonea, inter quæ columnas in terra Seriadica quoque recenser, de quibus præter conjecturas jam olim a doctis prolatas, novas quasdam proponit, quas hic explicare furtus rerum, quæ restant dicendæ, moles prohibet. Ex hisce autem cum Chronologiam suam Ægyptiam descripsisse se jactet Manethon, hujus examen quoddam, pro rei magnitudine non nimis prolixum, suscipit. Atque imprimis, quæ tam Marshami quam Pezzeroni de redigendæ in ordinem Chronologia ista sententiam difficultates tantum non opprimant, ostendit. Ast utcunque se illa habeat, non multum Atheis in Chronologia ista præsidium esse putat, cum ipsi antiquissimi autores, opinioni de mundi æternitate utut cætera addidit, tanquam fabulosam tamen istam Ægyptiorum Chronologiam fictitiamque rejecerint; unde & nemo illo argumento contra Judæos vel Christianos ausus fuerit uti. Imo ut quacunque ratione verosimilitudinem commentitiæ huic Ægyptiorum chronologiæ restituerent, mensẽ alios, ut Diodorum Siculum, alios duos menses, ut Censorinum, alios plures, annum Ægyptiorum veterem absolvisse statuisse docet; quas tamen eorum opiniones nullo fundamento sustineri probat, Sacerdotum potius quorundam Ægyptiorum, qui ipsimet fateantur, nulla prorsus primorum CXXX Regum monumenta extare, fingendi libidini fabulas istas omnes deberi persuasum habens, simulque ex ipsa Scriptura figmentorum suorum eos arripuisse occasionem ostendens. Ast præcipue observat, catalogis istis Regum Ægyptiorum totas eorum genealogias insertas, atque hoc ipso immane quantum & Regum & annorum numerum auctum fuisse. Ut itaque aliquo modo, quid verum sit in hac historia, assequi liceat, consilium dat, ut seligantur ex istis catalogis Reges quidam, quos obscuros non esse patiantur complura literarum monumenta, ut puncti cujusdam fixi sive Ariadnei loco in istis chronologiæ labyrinthis esse possint. Cujus rei ipsemet in Sefostre specimen edit, cujus tempora in Danaï ævum incidere evincit, Danaï fratrem eum fuisse existimans. Simili ratione Sinensium chronologiam incertam esse variis argumentis evincit, a recentioribus eam, gloriæ nationis suæ studentibus, confictam fuisse, non contemnendis rationibus ostendens. Atque sic ad argumenta ab astronomicis observationibus petita procedit, utiis Mosaicam de ætate mundi doctrinam quoque det
- confir-

confirmatam. Id autem faciens, a proluxa satis locorum Genes. I, 14 p. 267. 270. & Jobi IX, 9 exorditur illustratione, atque inde vestigia, quæ in sacris literis habentur annorum, mensium, hebdomadum atque dierum observatorum rimatur. Astronomiæ porro apud alias gentes antiquissimis temporibus floruisse studia ostendit, atque ea occasione de Magis eorumque autore Zoroastre, qui ea potissimum secuti fuere, paulo fusius agit. De insignioribus postea sideribus nonnulla notat, a quibus observata primum ea fuerint investigans; similia de zodiaco, de motu astrorum, de inventis ejus in ordinem redigendi gratia cyclis observat, atque ex his omnibus colligit, non admodum antiquum apud Ægyptios quoque & Babylonios astronomiæ studium fuisse. Id quod magis adhuc confirmat inde, quod sero demum fixarum stellarum motus iis innoverit. Certe enim nec fixas eas atque immobiles esse credidissent, nec arietem in ipso puncto æquinoctiali collocassent, si annorum 2202 habuissent observationes. Fixarum autem motum semel deprehensum longissimis periodis excogitandis occasionem dedisse censet, quibus præterlapsis ad idem punctum omnes redeant. Indeque vastas illas periodos Babyloniorum & Ægyptiorum aliud esse putat nihil, quam suppositiones, quæ non magis ad historiam spectent, quam Vietæ aliæque consimiles a recentioribus excogitatae periodi. Denique quam recens sit antiquissimæ eclipseos observatio, ex Ptolemæi Almagesto docet, atque adeo concludit, hanc astronomiarum scientiarum novitatem solide fabulas de incredibili mundi antiquitate destruere, contraque Mosaicæ chronologiæ facere fidem. Tria adhuc supersunt argumenta, quibus idem evincit, brevissime nobis expedienda. Primum petit a novitate literarum omnisque scribendi rationis, quam Patriarchis adhuc incognitam, a Mose demum inventam fuisse contendit, inde ad alias nationes eam pervenisse docens. Alterum lingua Hebraica ei suppeditat, quam postquam primævam esse confirmasset, inde concludit necessario sequi Historiæ sacre veritatem, manifestumque esse, originem ex ea gente cæteras ducere, a cujus lingua eorum linguæ deriventur. Tertium denique argumentum a conservata apud Gentiles præcipuarum rerum, a Mose traditarum, memoria desumit. Vetustissimorum itaque autorum loca, in quibus historiæ de creatione, de primo homine, de serpente, de diluvio, de turri Babylonica, & aliis

p. 273.
p. 274.
p. 281.
p. 286.
p. 287.
c. XXIII.
p. 293.
c. XXIV.
p. 300.
c. XXV.
non

non obscura comparent vestigia, exhibet. Atque superstitiosam etiam Gentilium theologiam, post Vossium, Bochartum, Huetium & alios ex sacræ historię abusu traxisse originem, cujus etiam luculenta vestigia fervet, ostendit. Omnium postremo horum pro veritate Historię Mosis argumentorum ἀνακεφαλαιώσιν instituta, tria ista inde consecraria deducit. 1. Creasse Deum in principio, de quo loquitur Moses, cœlum & terram. 2. Hocce historię principium, cum verum sit, non posse non esse divinum, utpote quod absque revelatione nequeat cognosci. 3. Diluvium linguarumque multiplicationem eo, quod Moses indicavit, tempore contigisse, ut adeo recipi sine scrupulo deinceps queat ut vera, imo ut divina, quam a Mose habemus, Historiã.

Postquam hac ratione Autor, ab æterno non extitisse mundum, sed eo, quod Moses indicavit, tempore cœpisse existere, probatum dedisset, jam in secunda dissertatione contra eos qui, æternitate mundi repudiata, cœco tamen materiæ motu eum productum esse arbitrantur, disputat. Duo autem sunt, quæ demonstranda hic sibi sumit; primum, quod rerum universitas Menti cuidam intellectu præditæ originem debeat: alterum, quod ipsa materia quoque, ex qua illa composita fuit, ex nihilo ab eadem ista Mente fuerit procreata.

c. I.
p. 319.

c. II.
p. 321.

p. 323.

p. 325.

c. III.

c. IV.

Prius ut evincat, statim Epicuri doctrinam de motu atomorum aggredditur, quem cum a gravitate earum ad loca inferiora eas propellente ille deducat, absurde id statui Noster ostendit, cum in spatio infinito, in quo moveri atomos Epicurus supponat, inferius superiusve nullum detur. Deinde motum declinationis, quem idem atomis suis tribuit, consistere non posse probat cum motu ad centrum eas deprimente. Frustra itaque fuisse omnem ejus circa motum atomorum philosophiam, atque motum ad materiæ essentiam non pertinere evincit, atque adeo hoc ipso tanquam primo argumento utitur, quo evincat a Mente quadam superiori motum eam recepisse. Alterum quo utitur argumentum ita fere procedit: si mechanicis cœci materiæ motus legibus compactum hoc universum fuisset, mutationibus earum virtute effectis semper obnoxium esse mundum oporteret: at nihil tale observatum in eo fuisse, omnes historias testari ait, indeque evidens esse putat eo, quo nunc est, statu atque conditione, a Mente intelligente statim eum productum fuisse. Tertium argumentum ei

rerum

rerum fines suppeditant, quos multifarios esse ostendens, ab adversariis autem id quod largiuntur accipiens, finem scilicet non nisi a causa intellectu prædita posse intendi, denuo inde veritatem, quam probandam suscepit, confirmat. Quartum ab animalium hominumque speciatim creatione petit, quos cum e terra fortuito motu prodire non potuisse, vel ipsa experientia aliisque notissimis argumentis contra Diodorum Siculum aliosque nugatores evicisset, a Mente potentia sapientiaque pollente procreatos fuisse concludit. Ast cum tum ex aliis rebus, tum ex eo præcipue, fungorum instar natos homines esse, delirantia quædam capita confirmare sustinuerint, quod alia conveniens ratio excogitari nulla queat, qua in insulis & in America præsertim homines cœperint existere, peculiari capite hocce præsidium diruit, & quomodo in istas regiones deferri homines potuerint, ostendit. His ita disceptatis, jam porro paulo distinctius Mentis cujusdam intelligentis existentiam confirmare aggreditur. Quod facit animam humanam in medium producens, quam ut substantiam cogitantem & speciatim intelligentem expendens, incorpoream adeoque spirituales essentiam habere, contra Epicuri de grege porcos, metho- do potissimum Cartesianæ fuscæ demonstrat. Postea autem voluntatem quoque liberam mentis humanæ considerans, hinc quoque spirituales eam esse, nihilque corporeæ naturæ habere, contra eosdem Epicureos atque Spinosam evincit. Cumque ut argumentorum horum vim eludat, ea potissimum opponat Spinosam, quæ somniantibus nobis solent accidere, integrum caput solvendis ejus sophismatibus impendit, posteaque iis respondet, qui eo, quod obscura sit animæ natura, infirmare hæctenus tradita conantur. Utcunque enim id sese habeat, naturam ejus a corporea toto genere esse diversam, actiones & facultates ejus nos abunde convincere docet. Cumque adeo mentem aliquam intelligentem existere, animæ rationalis exemplo monstrasset, jam demum directe supremæ Mentis, nimirum DEI, existentiam demonstrare aggreditur. Stupidum autem esse oportere putat, qui non agnoscat Ens quoddam necessario esse a se ipso existens, cum omnia reliqua entia necessariam illam non habeant existentiam: illa enim cum nascantur & pereant, sequi inde censet, esse aliquid, quod nunquam pereat, quodque necessario semper existat. Sane agnovisse hujus sequelæ veritatem ipsos Philosophos credit, indeque

c. V.

c. VI.

c. VII.

c. IIX.

c. X.

c. XI.

p. 413

- alios rerum universitati, alios cœlo, materiæ alios immutabilem illam perpetuamque existentiam vindicasse. Cumque rerum universitati & cœlo æterna illa existentia tribui non possit, utpote quæ corpisse aliquando, & eo quidem, quod Moses indicaverit, tempore in antecedentibus demonstratum est, nihil superesse putat, quam ut Epicuri maximeque Spinossæ commenta destruat, qui materiæ æternitatem illam adscribunt. Tanquam obscurissimam itaque primum Spinossæ demonstrationem condemnat, quæ vel ex solo principio, ab ipso non repudiato, *quicquid clare & distincte cognoscitur, illud verum est*, rejici mereatur. Et cum in Mathematica methodo, unius propositionis falsitate reperta, tota concidat demonstratio; positionum ejus nonnullas & definitionum sub examen revocat. Subire illud potissimum jussit definitionem 7, quam parte I Ethicæ suæ proposuit, item propositiones 28, 30, 32, & 33. Postea demonstrare aggreditur primo, Deum existere, postea spiritualem esse, & denique eum ipsum mundi esse architectum. Existentiam probat ex materiæ statu, quæ cum necessario non existat, opus habeat aliquo, a quo producat, exornetur.
- P. 414. item, variisque formis induatur. Spiritualitatem ex sensu quem habemus animæ nostræ rationalis, quam corpoream non esse, intellectum voluntatemque ejus considerans, denuo contra Spinossam probat, atque hinc ita argumentatur: si in homine spiritualis quædam habetur essentia a corpore diversa, quanto magis in rerum universitate substantiam aliquam a materia distinctam existere erit necesse: cum hominis mens a seipso non existens, ab alio, quicquid habet, acceperit, quod proinde similis cum eo naturæ esse debeat. Jam itaque materiam & spiritum in rerum universitate habemus, sed quaeritur, utrum alteri originem debeat, summumque adeo principium sit.
- P. 426. Ut itaque omnia plana evadant, trium propositionum veritatem Cl. Autor evincit. Prima est, nec esse, nec esse posse plura, sed unicum tantum Ens, necessario & a se ipso existens. Altera, Ens necessario existens omnibus gaudere perfectionibus debere. Tertia, Ens hocce perfectissimum non posse non esse Spiritum. Quibus probatis Spinossæ Deum in lucem protrahit, & quam absurda ei facies afficta ab homine illo fuerit, ostendit. Atque ex istis omnibus tandem quartam conclusionis loco propositionem deducit, omnia nimirum alia quæ existunt, atque adeo materiam etiam & corpus, existentiam suam.
- P. 415.
P. 418.
P. 421.
P. 425.
P. 428.
P. 429.
P. 430.
P. 436.

Enti illi perfectissimo debere, quod non corporea sed spirituali natura gaudeat. Cui postquam considerationes nonnullas, quibus captui nostro facilior reddatur materiae creatio, subiecisset, ex instituto denique principia demonstrationis Spinosa sub examen revocat. Quod potissimum subire iussit definitionem eius III, propositionem item II, III, IV, V, VI, & VII. Deinceps autem totam ejus philosophiam, larva obscuritatis detracta, in compendio quasi nobis ob oculos sistit, & quam ridicula ea sit ostendens, secundae quoque huic dissertationi finem imponit.

In Dissertatione III, quae in Religionis Judaicae consideratione, ejusque divina origine probanda versatur, primo perbrevis quaedam Judaici populi textitur historia, eaque occasione proluxa de Synedriis Judaeorum instituitur disquisitio, quae nonnisi post Aristobuli tempora, bello se mutuo liberis ejus prosequentibus, omnemque Judaeam in quinque partes a Gabinio divisam, instituta esse, Cl. Autor contendit. Deinde quid aliis gentibus de Judaeis innotterit, exponit, vera pariter ac falsa, quae Graeci Latini que Scriptores de iis tradidere, producens. Ex quibus duo ista conficit, quod & antiquissimam nationem illam esse ex iis pateat, quodque tantum absit, ut Historiae sacrae de Judaeis traditio profanorum Scriptorum auctoritate infringi possit, ut haec potius illam confirmet, cum quae eorum quoque, quae perperam isti tradiderunt, confingendorum occasio fuerit, ex illa luculente constare queat. Jam porro ad ipsum Moesen accedit, quem & extitisse, & iis temporibus, quibus credimus, vixisse fuisse satis probat, adductis tam ecclesiasticorum quam profanorum scriptorum testimoniis. Atque ex eo ipso librorum quoque ejus, quorum auctorem eum esse supponit, antiquitatem demonstrat; quam tamen ut eo magis daret confirmatam, tam argumentis ex historia Ptolomaeorum, Antiochorum &c. petitis, quam in suis etiam ulterius ivit assertum. Legum inde Mosaicarum divinitatem, tum ex perpetua earum observatione, nemine unquam eas auso immutare, utut omnium legum, quarum brevem historiam texit, antiquissimae & molestissimae sint: tum ex ipsa earum natura, qua omnes alias leges eas superare ostendit, sive instituta earum moralia, sive ad rempublicam statumque civilem spectantia, sive caeremonialia denique, quorum fines sollicitè indagandos suscepit, confiderentur.

P. 457

c. XII.

c. XIII.

c. II.

p. 479.

c. III.

p. 487.

c. IV.

c. V.

c. VI.

c. VII.

c. VIII.

c. IX.

c. X.

Quar-

- c. I. Quarta denique Dissertatione, quæ existentiam divinam ex Religionis Christianæ mirabili ortu & propagatione probat, primo ostendit, solam ex omnibus religionibus Christianam esse, quæ excellentia sua hominum ita præstrinxerit animos, ut nequicquam ejus incrementis opposita ingentium maximorum impedimentorum acervo, catervatim ejus mysteriis sese voluerint initiari; cum reliquæ omnes vel vanis hominum ingeniis, vel commodis in politicum statum redundantibus unice debeant, quod per tempus quoddam florere illis licuerit. Inde ex profanis potissimum historiis evincit, exitisse exiguo post Christi tempora spatio homines, qui ejus doctrinam & nomen professi fuerint; nec non ipsum Christum, eo quod Evangelistæ designarunt tempore, inter homines esse versatum. Et hac quidem occasione, inter alia denuo examinandum sibi celebrem Josephi de Christo locum sumit, quem pro genuino agnoscere non dubitat; nec mirum cuiquam videri debere existimat, honorificis adeo verbis de Christo illum loqui. Omnia enim eum historię suæ voluisse inserere, quæ qualicumque modo Judaicæ gentis honori inserviebant. Et sicuti Christianismus cognitus jam omnibus erat, & cum Judaismo passim confundebatur: ita Josephum, ut honorifice de ejus autore loqueretur, eadem fere, quæ Christiani credebant, de eo retulisse. Namque eandem ob causam Judæ Esseni quoque & Jo. Baptistæ non sine laude eum meminisse, persuasum habet. De ipsa religione ejusque autore postquam ista attulisset, legibus Evangelicis primorumque Christianorum praxi considerandæ paulisper immoratur, & quantum Christianismus legum illarum sanctitate vitæque innocentia alias religiones superet, evidens reddit. Speciatim autem zelum patientiamque Christianorum in persecutionibus monstratam, divinum quiddam arguere urget. Post quæ ex vaticiniis in V. T. prolatis, nec non ex miraculis a primis Christianismi propagatoribus patrat, veritatem hujus Religionis evincit. Quæ ut pro firmissimis ejus argumentis haberi possint, quid inter ea & editas inter gentiles præstigias intersit, ostendit. Et denique brevi summorum capitum, hæctenus in IV istis dissertationibus pertractatorum, instituta repetitione, toti operi finem imponit.
- c. II.
- c. III.
- p. 602.
- c. IV.
- e. V.
- c. VI.
- c. VII.
- c. VIII.
- c. IX.

OLAI

*OLAI BORRICHII CONSPECTUS SCRIPTORUM CHEMICORUM
 illustriorum. Libellus posthumus, Cui præfixa Historia Fusa
 ipsius ab ipso conscripta,*

Havniæ, apud Sam. Garmannum, 1697. in 4. plag. 9.

NON ignobile in his Eruditorum Actis *Olai Borrichii*, Polyhistoris ac Medici clarissimi, nomen est, cujus *de Somno & Somniferis Dissertationem* A. 1682 p. 153, *Analecta de Lingua Latina* anno eodem p. 256, *Dissertationes Academicas de Poetis* A. 1683 p. 281, *Poemata* denique a viro celeberrimo *Friderico Rostgaard* edita A. 1694 p. 33 recensuimus. Nunc posthumum illius *de Chemicis illustrioribus libellum* exhibemus, cui non immerito *Borrichii ipsius*, *Chemicis illustrioribus summo jure accensendi Vita*, partem maximam ab ipso met conscripta, in cæteris ex *Programmate celeberrimæ Academiæ Hafniensis* nomine, cum funus nostro ducendum esset, publicato suppleta præfigitur. In hac, ut summa tantum ejus capita delibemus, docemur, in lucem editum fuisse *Borrichium* anno hujus sæculi vigesimo sexto: ab anno quadragesimo quarto ad quinquagesimum usque, in *Hafniensi Academia triumvirorum clarissimorum, Olai Wormii, Thomæ Bartholini ac Simonis Paulli* informatione dexterrima usum: quadriennium inde aut quinquennium exegisse formandæ in *Schola Hafniensi* ad pietatem & bonas artes juventuti: hinc in aulam illustrissimi viri *Jochimi Gersdorfii*, primarii eo tempore *Regni* administri, ut filiorum ejus moderaretur studiis, accersitum, eoque munere per quinquennium ita defunctum, ut a *Potentissimo Daniæ Rege FRIDERICO III Philologiæ, Poëtos, Chemicæ & Botanices* professioni destinari meruerit: anno sexagesimo iter ad exteras regiones permissu superiorum ingressum, *Belgium* primo, inde *Angliam, Galliam, Italiam* perlustrasse, illustrium ubique virorum, nec Polyhistorum minus quam Medicorum familiaritate ac insigni benevolentia gavisum: *Hafniam* tandem ex *Italia* per *Germaniam*, transacto inter peregrinandum sexennio integro reversum, officium Professorium ipso opere gnaviterque administrandum suscepisse. Id qua fide ac dexteritate viginti annorum spatio gesserit: quosnam eo temporis intervallo libros bono publico ediderit; quos inter quidem, præter supra memoratos, *Cogita-*

gitationes de variis Lingua Latina aratibus ; Analeſta Philologica & Judicium de Lexicis Latinis Græcisque hæſſenus editis ; Prodrömus de Ortu & Progreſſu Chæmia ; Hermetis , Ægyptiorum & Chæmicorum Sapientia , ab animadverſionibus Hermanni Conringii vindicata ; Docimaſtice Metallica , aliæque lucubrationes memorantur : ut inter Medicos Regios, nec non inter ſupremi Tribunalis Aſſeſſores fuerit cooptatus, tandemque & Conſiliarii in Cancellaria Regia dignitate au-ctus: ut poſt ſuſtentatos Chriſtiana patientia acerbiffimos ex calculo dolores, die 3 Octobris anni 1690 animam Deo reddiderit, enarrari porro in iſta Borrichii vitæ Hiſtoria videas. Nam ut de Collegio Medico magnifice ab ipſo exſtructo, ac munificentiffime, ſupra ſortem privati hominis dotato hic dicamus, neceſſe non eſt, cum de eo jam in Actis A. 1694 p. 33 expoſuerimus.

Atque hæc tot in Rempublicam literariam meritis illuſtris Viri memoriz danda fuere. Nunc ad poſthumum ejus de Chæmicis celebrioribus opuſculum progredimur, ex quo pro inſtituti modo pauca annotabimus. Inter eos, qui quidem monumenta nonnulla ad metamorphoſin metallorum ſpectantia (iſta enim artis ſemina jam inde ab Adamo ad poſteros derivata fuiſſe, non dubitat Borrichius) reliquerunt, primus celebratur *Hermes Trimegiſtus*, qui columnis inſculpi quædam juſſerit, ex quorum attenta ſpeculatione Agathodæmon ſeu Hermes ſecundus alique primordia artis hauferint. Eidem Hermeti Trimegiſto decantatiſſimam illam *Tabulam Smaragdinam*, inter generales tamen ſolum præceptiones ſe continentem, quam ſuppoſitiam Kircherus aliique reputarant, fidenter vindicat. Sicut & *Hermetis ſecundi* opuſcula Chæmica, quæ ſubinde a Græcis Latinisque ad partes vocantur, germana æſtimat; licet non diffiteatur, *ſeptem* illa *Capitula Hermetis*, quæ publici juris ſunt, recentiori cuidam ſcriptori, *Hermeti tertio*, eſſe attribuenda. Eodem candore, quod proximum Hermeti primo locum ſibi vendicet, *Scriptum Iſidis* Horo filio dicatum, quale nunc quidem in larariis doctorum cuſtodia-tur, ſpurium eſſe agnoſcit, Venere licet & arte non deſtitutum. *Democriſi* etiam libellos, quorum alter *βίβλος προφωνηθῆναι λευκῆνῶν*, alter *φουρικὰ καὶ μουρικὰ* inſcribitur, non diſſimulat temporum injuria & incuria librariorum oppido eſſe mutilos & male ſibi cohærentes; ita tan.en, ut (quod mireris) in uno quandoque dicto totius

totius Magisterii clavis delitescat. Democritum sequuntur *Zosimus Panopolites*, cujus scripta in Bibliotheca Regia Parisiensi dicuntur asservari, male tamen & ipsa librariorum vitio multata; *Synefius Philopobus*, sed in secundis subsistens, cujus extat in scripta Democriti Scholion; *Theophrastus junior*, *Hierotheus*, & *Archelaus*, qui artem sacram & divinam (Chemicam innuunt) Jambicis versibus sunt complexi. Tacemus anonymum libelli de *modo de albanda aqua divina* auctorem, *Heliodorum*, *Pappum*, *Psellum* aliosque.

A Græcis ad Latinos, Arabes, Maurosque digressus Borrichius, post *Turbam Philosophorum*, librum ex veterum Chemicorum sententiis conflatum, *Arcepsium*, *Moriennum Romanum*, *Gebrum Arabem*, *Rogarium Baconem* aliosque producit, seriemque eorum, qui in Chemicis vel quid præstiterunt, vel quid arroganter moliti sunt, ad recentissima usque tempora nostra pertexit, deque singulorum scriptis judicium suum cordate aperit. Hos omnes, & quæ de iis memorantur, a nobis recenseri, prolixum nimis foret. Tria itaque tantum ex penu satis ampla decerpemus, cum Benevolo Lectore adhuc communicanda. Primum est, quod *Arnaldi de Villa Nova*, variis Chemicis operibus clari, qui circa annum Christi millesimum trecentimum floruit, & in Aula Romana specimen aliquando *χρυσοποιήσεως* edidisse vulgo creditur, posteros hodieque superstites esse Auctor refert, in agro Avenionensi degentes, nec adhuc Chemicæ imperitos. Alterum concernit *Raymundum Lullium*, de cujus vita, morte ac gestis neminem rectius commentatum monet, quam *Vincentium Mutium* in Historia Majoricana A. 1650 Hispanico idiomate edita, qui in insula Majorca Lullium A. 1235 natum, A. 1315 Bugiæ in Africa martyrio coronatum memoret. Unde traditionem vulgarem, Camdæno licet & Seldeno probatam, quod Eduardo III Angliæ Regi Lullius, ad bellum contra infideles gerendum, sex milliones auri arte chemica confecti subministraverit, falsitatis arguit, cum Eduardus III multis a morte Lullii annis demum gubernaculis Regni Anglici fuerit admotus: aut, si quid veri traditioni insit, Eduardo potius ejus nominis post Wilhelmum Conquestorem primo eam Lullii liberalitatem patuisse, arbitratur. Tertium spectat ad Chemicum opus de Secretis Adeptorum a *Johanne Segero Weidenfeld* A. 1684 Londini editum. Et id quidem in Actis nostris A. 1685, mense Febuario, p. 87. seqq. recensuimus, suspensio pro

instituti ratione iudicio nostro, nisi quod operis illius Auctorem Spiritus vini Lulliani, quem tamen ceu fundamentum omnium descriptorum menstruorum extollat, descriptionem penitus subticuisse, obiter monuimus. Nunc cum de scripto isto sententiam suam Borrichius majore cum libertate, quam nobis nos indulgemus, in hoc libello exposuerit, eam hic ipsiusmet verbis exhibere non dubitamus. Ita vero Borrichius pag. 39: *Johannes Segerus Weidenfeld de Secretis Adeptorum opus practicum nuper concinnavit, & illud magna industria lectio- nisque omnino varia argumentum. Decretum illi, hoc scripto omnes ve- ros Chemicos in speciem dissidentes redigere in concordiam; atque ideo omnium processus, etiam prima fronte pugnantibus approbat, tanquam veros, dummodo in illis aliquid Spiritus Vini Lulliani vel tacite, vel explicite reperiat; creditque nullum adeo dari processum, in quo is non delitescat vel sub proprio, vel alieno nomine. Sed ut hac ipse concesseris (quod tamen vix ferent delicatius judicantes) nusquam docet, quid sit Spiritus illo vini Lullianus, quo genio incalcescat, ex qua progerminet radice; ut proinde, quamdiu hoc ignotum est, menstruum quoque vere universale ignorari necesse sit. Quis & difficile est creditum, spiritum it- lum vini Lullianum innoxie permisceri tot aquis fortibus, regis, tot lixivis, salsis, acidis, ut nihil de integritate sua deperdat. Circumspe- ctum, meo iudicio, veteres omnes hic aquas fortes exterminarunt, quod, quemadmodum bene Lullius in suo Vademecum, non sic bona matris filios suos interficere.*

REATPON, IN QUO MAXIMORUM CHRISTIANI ORBIS Pontificum Archiatros PROSPER MANDOSIUS, Nobiliu Romanus, Ordinis S. Stephani Eques, spectandos exhibet.

Romæ, typis Francisci de Lazaris, A. 1696. in 4.

Alphab. L. plag. 7.

Qui e Bibliotheca, quam composuit, Romana erudito orbi pridem innotuit illustrissimus *Prosper Mandosius*, in peculiare hoc volumen (quod studio illustris Magliabechii ad nos pervenit) illos conges- sit ex Medicorum classe, qui summorum Pontificum valetudini tuen- dæ indea temporibus sat antiquis præfecti fuerunt, atque eapropter omnes, quotquot hinc a seculo post C. N. nono ad præsens usque ævum

ævum innotuerunt, (sunt autem eorum ultra centum,) recenset, antiquissimum inter eos constituens *Ursum*, Nicolai I. Archiatrum, recentissimumque ac hodiernum superstitem *Lucam Tozzium*, post mortem Marcelli Malpighii ad hoc fastigium evehctum. Non sola autem eorum nomina, patriamque, & quicquid alias ad singulorum personam spectat, annotasse contentus est, sed scripta etiam ab iis confecta imprimis enumerat, & ad Auctores, qui de hoc illove ipsorum plura literis consignarunt, Lectorem sæpius remittit, usque adeo, ut passim nec inscriptos ipsis ab aliis libros reticeat. In enumerandis autem eorum nominibus, non temporis, quo vixerunt, ordinem observat, sed potius ad pronominum initiales literas alphabeti serie dispositas respicit. Ut tamen & de tempore distinctius constet, indicem præmittit, in quo Pontifices a Nicolao I. ad Innocentium usque XII ad chronologiæ ductum nominat, atque eorum cuius unum pluresve Medicos subjicit. Sub calcem quoque libri indicem alphabeticum cognominibus noscendis servientem exhibet. Quemadmodum autem Medicorum abs se recensitorum familias ubique semper celebrat, ita illorum quoque parentes, fratres, filios, nepotes, cognatosque alios, tametsi a professione Medica alienos & artibus diversis deditos, non raro simul in medium adducit, unde heic doctos sanctosque viros haud paucos e familia Petronia, Gamuccia, Turina, Leonina, Buoninsegnina, Maggia, Columbina, Honuphriana, Gottefridiana, Canana, Seriuftia, Veralla, Brumana, Pasquana exortos deprehendas. Cæterum juvabit notatu digniora nonnulla, quæ hinc inde in eodem obvia sunt, heic sistere. Medicorum, qui ad Episcopatus aut Archiepiscopatus dignitatem ascenderunt, exempla in *Augustino Baglione* p. 39. in *Balduino de Balduino* p. 40. in *Hieronymo Provenzali* p. 90. in *Johanne Burgio* p. 118. exhibet. *Hieronymo Sessa*, Pauli IV. Archiatro, Cardinalitiam epomidem ab hoc Pontifice oblatam, sed ab illo repudiatam, p. 94; vicissim autem a *Ludovico Scarampo* seu *Mediarota* sub Eugenio IV, & sub Pio IV a *Simone Pasqua* eandem susceptam fuisse, p. 152 & 216. memorat. Medici Papalis munus, ob præfagia astrologica parum sibi proficua visa, sub Paulo V repudiasse, aut sub Gregorio XV haud invitum obiisse *Pompejum Caimum* p. 194 & 196 refert. Non Latine modo & Græce, sed Hebraice etiam, Chaldaiceque & Arabice doctum Medicum *Matthiam Naldium* p. 161

introducitur. Eorum, qui magnas opes ex hoc officio collectas, morientes reliquerint, plures p. 62. 69. 83. 105. 142. 163. 216. nominat. *Franciscum Columbum* post scientiam medicam abs se excultam, adeo exacte versatum ait p. 70 in libris Platonis, (quem præterea semper in ore habuerit,) ut & ipse Platonis cognomen indeptus, & ejus posterius per multos annos eodem insigniti fuerint. Pag. 48 occurrit titulus, quo seipsum decorare voluit *Bartholomæus de Pisis*, dum servum Papæ se vocavit. *Petrum Leonium* ab Innocentio VIII in Medicum delectum amicis sæpe dixisse narrat p. 187, subitæ sibi mortis periculum in aqua portendi, unde flumina crebrasque navigationes formidavit; at eundem denique suapte sponte, incertum qua de causa, in puteum se præcipitem dedisse, p. 188. innuit. *Franciscum Frigimelicam*, Medicum sub Julio III celeberrimum, intestinorum dolore lancinante aliquando correptum, calculum magnitudine ovum gallinaceum æquantem per alvum excrevisse, p. 74. observat. Obiter inspersa & a materia libri paulum aliena hæc sunt, ubi p. 20 *Augustinum Oldoinum* plura confecisse notat volumina, ad ingens opus de Scriptoribus Italis omnibus, ejusque partem manuscriptam apud se esse testatur; prout & *avëndora* quædam Carmina Italica *Pauli Zacchia* (cui quoque ipsi inter Archiatros Pontificios locum assignat, se possidere p. 184. affirmat. *Jano Nicio Erythreo* in Pinacotheca parum esse credendum, p. 21. contendit, cum is facile in omnes invehatur, omniumque fere famam post nonnullas laudes vehementer lædere studeat. Nec mitius p. 221. de *Garimberto* censet, quem Scriptorum vocat mendacissimum, & mox dubiæ fidei seu nullius, utpote qui Pontifices & Cardinales sæpe injuste maledictis oneret, & idcirco sui momoscopus ævi nuncupetur.

**SAM. LIB. BAR. DE PUFENDORF DE REBUS A CAROLO
GUSTAVO Suecia Rege gestis Commentariorum
Libri VII.**

Noribergæ, apud Christophor. Riegelium, 1696. in fol.

Constant 7½ alphab. & ingenti figur. æn. copia.

Illustris multotiesque nobis laudati Pufendorffii novum, sed posthumum hoc est monumentum, quo memoriz rerum a *Carolo Gustavo* invictissimo Suecorum Rege egregie gestatum consulere, neve

neve apud posteros tanti Herois fama unquam in obscuro esset, prohibere aggressus est. In quo quidem adornando tametsi non æque lata spatia decurrenda habuerit, quam cum belli a GUSTAVO ADOLPHO suscepti, & CHRISTINÆ deinceps auspiciis in Germania compositi historiam conderet, aut FRIDERICI WILHELMII MAGNI Brandenburgensium Electoris vitam gloriose ac inter tot victoriarum adareas transactam explicaret; tamen & in hoc vix unius sexennii complexu is præclarorum factorum cumulus, is splendor meritorum, ea consiliorum solertia se offert, ut si quis isthæc cum annis conferat, ætatem ultra putaturus sit. Absolvitur autem Commentarius hic, plurimis iisdemque elegantibus valde tabulis æneis exornatus, septem omnino libris, in quorum I. præter ea, quæ successione CAROLI GUSTAVI post abdicatum a Christina imperium, tum coronationem ejus & matrimonium concernunt, motus a Bremensibus excitati quorsum evaserint, occupatis aut tributo subiectis Ducatus quibusdam locis; quomodo sisti cœperint Koenigsmarckii industria, ac adventu dehinc Stenbockii cum exercitu; & tandem Rosenhanio ministro qua ratione & quibus legibus finiti sint, explicatur. Videas hic describi Bremensis urbis statum, & regii juris fundamenta, quæ legisse & expendisse talium rerum curiosos non pœnitebit. II. liber de cœpti A. 1655 cum Polonis belli primordiis exponit. Postquam enim Jo. Casimirus per legatum suum Henricum Canasilium novo Regi super jure regni controversiam movisset, neque vellet concedere, ut regnum transferretur in alteram familiam, clamque hinc in Daniam & Holsatiam, ac apud Brandenburgicum de subsidio ageret, classemque adversus Suecos compararet, & Hagæ quoque foedus in eum finem agitare diceretur; tum Carolus Gustavus, re communicata cum Ordinibus, missisque subinde in Poloniam, qui consilia Regis & rationes viresque una pervestigarent, prævertendum ratus quicquid erat hostilium machinationum, in Poloniam transferre bellum suscepit. Quod consilium quem habuerit eventum, ut præmissis cum exercitu Wittenbergio Posnaniensis primum & Casiliensis Palatinatus cum quindecim militum millibus in verba Regis redacti, & accedente deinde Rege Warsovia expugnata, ad Czarnoviam & Donacam flumen pugnatum sit fortiter, Jo. Casimirus porro e Regno in Silesiam trepide profugerit, & Cracovia se dediderit, tum

S. 27.

Quat-

Quartiani, status Polonorum miles, ac universus dehinc exercitus isto-
 rum secutus exemplum, & deserta a Jo. Casimiro Republica eam sibi
 necessitatem impositam videns, Regi se permisit; quid in Masovia
 interim Stenbockius egerit; quomodo Gardius Razivilium ad Regis
 obsequium & una magnam Lithuaniam partem perduxerit, licet hic
 discere. Equidem Brandenburgicus Elector & Gedanenses remo-
 ram facturi aliquantum videbantur Suecorum victoriis, nitentes pro
 viribus, ne Borussia hi potirentur, quorum etiam hos Vrangelius
 classe ad Borussiam appellens incassum sollicitabat; at Elector tamen,
 postquam R. in Borussiam recessisset, Thoruniumque eodem fere
 tempore, quo Holmæ Carolus ipsi filius nascebatur, ac mox Elbin-
 gam quoque sui juris faceret, permovebatur, ut foedus cum Carolo
 Gustavo faceret, cujus Regiomonte conclusi capita hic & pacta feu-
 dalia, quibus Warmiensis quoque Episcopatus in seculare feudum
 conversus ac Electori fuit concessus, in medium producantur. Qui
 L. III. sequitur annus 1656, parum Suecis initio fuit auspiciatus, cum
 Poloni mores eorum pertaxi, & religioni suæ timentes, deficerent ma-
 gno agmine, & ipse quoque regius exercitus ex itinere Jaroslaviensis
 intensissimo frigore suscepto, non parum affligeretur, ut cum fame
 eidem & morbis luctandum, totque ab agrestibus in palantes hinc in-
 de non raro incidentibus injuriæ essent perferendæ: Evasit tamen,
 quicquid erat malorum, fortissimus Princeps, cum ad Golumbium
 pagum cum Czarnecio feliciter dimicaret, & superato Sano fluvi-
 omnem Lithuanorum exercitum in fugam conjiceret, ac tandem in-
 to Mariæburgi novo cum Electore foedere prope Warsaviam in-
 signem illam victoriam reportaret, qua dispersæ Polonorum copiarum
 & Warsavia denuo fuit occupata. In ipso prælio, quod per tres fere
 dies duravit, Rex manifesto periculo vix ereptus, cum solum Tra-
 venfeldium secum habens a septem Tartaris lanceis & jaculis invade-
 retur, quorum duos brevioribus selopetis statim occidit, tertium, qui
 lanceam Regis freno implicuerat, caput ita gladio percussit, ut de-
 fluxerit, hinc Travenfeldio, qui jam duos globis trajecerat, subveni-
 ens, ut ultimi duo fuga salutem quærerent, effecit. Inde Mosci a Bel-
 gis & Cæsareis inducti, & spe freti fore, ut provincias mari Baltico
 aditas recuperarent, titulos sibi non accurate tributos querentes,
 in Careliam Ingramque impetum faciunt, & late omnia vastant,
 hinc

§. 67. 68.
69.

26.

hinc majori nisu Livoniam insultant, occupatisque Duneburgo & Cackenhufa, ipsam Rigam acriter obsident; quam tamen Gardius tam strenue defendit, ut post sex septimanarum moram, & aliquot millium jacturam, eosdem illinc oporteret facessere. Quale interim foedus Regem inter & Cromvellum, de mercibus potissimum & militibus conducendis, factum sit, utque super arctiore ille coeperit movere; ut Belgæ quoque Borussiae portus Suecis inviderint, eisdemque hostes clam excitare susceperint, donec de commerciorum in mari Baltico libertate cum iisdem tandem Elbingæ transigeretur, copiose simul explicatur. Videbatur annus 1657, cujus historiam IV liber perceret, Suecorum rebus non parum firmamenti attulisse, cum Ragotius Transylvaniæ Princeps in societatem, frustra renitente Cæsare, perductus, exercitu quinquaginta fere millium Carolo Gustavo auxilio proficisceretur, in cujus potestatem Cracovia illico, ac Brestia deinceps, nec non Warsovia post obsidionem aliquam deveniebant; at idem tamen eorum consilia non vulgariter disturbavit, cum Dani illinc ingruentes id efficerent, ut Sueciæ Regem alio destinare bellum, relictisque, qui Borussiae tuerentur, paucis, omnem exercitum oporteret educere; hinc Austriaci approperantes Ragotio metum injicerent, qui cum neglectis sanioribus consiliis in Volhyniam secederet, eidemque exercitus Polonicus propius incumberet, Cosaci quoque, Moldavi & Transylvani domum confugerent, ad turpe cum Polonis pactum ineundum est compulsus, ut scilicet mitteret legatos deprecatorios apud Polonos, Hungariæ Regem & Portam Ottomanicam, Tartarorum Chamo & primario ejus Veziero daret honorarium, Brestiam & Cracoviam redderet, exiretque Polonia, ac ob illata damna, quadraginta uncialium millia solveret. Multus est illustris Autor, ut Regem suum ab ea culpa, ac si focium hunc suum in illud exitium præcipitaverit, absolvat, qui & eadem occasione, a propriis ministris proditum fuisse Ragotium, non levibus argumentis demonstrat. Quod Danicum vero bellum attinet, suavis Joachimi Gerstorffii potissimum susceptum, ejus hic initium, quasve illi causas scripto publico a Theodoro Reinkingio condito prætexerint; quæ successuum minus felicium fuerint rationes; quid in Bremensi Ducatu a Danis primum, hinc ejectis iisdem Vrangeliæ industria, in Holsatia a Rege, ac in mari postmodum inter utramque classem gestum sit, memoratur.

A a

Cum

- §. 71. Cum primis meretur observari, ipsum Daniæ Regem, in seicis plerisque ac Regina quoque, classem conscendisse & Gedanum versus navigasse, ut Carolum Gustavum, quem in Sueciam remeaturum fama erat, interciperet; quem tamen, ubi Gedanum devenisset, jam terra Stetinum versus iter ingressum esse cognoscebat. Neque erit ingratum, quibus modis Sueciæ Rex de excludendis Imperatoria dignitate Austriacis laboraverit, quique factum, ut in cassum caderet isthæc negotiatio, perspexisse. Quem liber V annum 1658 describit, is eo illustrior evasit, quo magis insperatus fuit transitus Suecorum e Jutia in Fioniam, factus die Saturni, ultimo mensis Januarii, supra Baltici freti glaciem, cum die Martis præcedente aqua adhuc pura ibi fluxisset. Successit ingens Danorum clades, cum ex quinque & amplius milibus vix trecenti hostium manus effugerent, & tantus omnes invasit metus ac trepidatio, ut actum de isthac Sueciæ tam adversa Carthagine Danica videretur. Declinarunt tamen Dani majorem perniciem pace Roschildiæ conclusa, quam cum subscriberet Joachimus Gerstorffius, literas ut nesciret, fertur optasse. Nec fuit tamen ea amicitia diuturna, cum Dani, cæsente Nostro, moras necerent circa pacis executionem, & novos delectus facerent, & nova cum Belgis inirent consilia; ut de extorquenda firmiori pace cogitare Carolum Gustavum, & sequenti ætate denuo in Seelandiam oporteret transire. Quam trepidarint tunc omnes; quæ Friderici fuerit generositas, cum, ut in Norwegiam aut Belgium securitatis gratia concederet, suadentibus, in nido se morituram responderet, nec superstitem suo regno fore, accurate exponitur, additurque, fuisse famam, quod ad duellum evocatus sit a Friderico Carolus Gustavus, ut eodem omnis semel controversia finiretur. Quod vero non ipsa Hafnia, sed Croneburgum primo appeteretur, Hannibalem Seestedium effecisse scribit Pufendorfius, qui Vrangelio res pretiosas, quæ Croneburgi asservarentur, multis deprædicaverat; Terlonum quoque Galliarum Regis Legatum dissuasisse Hafniæ assultum, quod plures essent in urbe, qui moenia defenderent, quam Suecorum, qui ea impugnarent; quin & plerosque credidisse, lubentibus Sueciæ proceribus id obsidium irritum fuisse, ob infaustam semper Sueciæ cum Dania conjunctionem, & quod timerent, ne sedes regni in Daniam transferretur. Ac Croneburgum quidem post 20 dierum obsessionem a Vrangelio expugnabatur,

batur, Danis vero Hafniam muniendi sic relictum spatium. Percurritur dehinc Belgicæ classis, quam Opdamus auxilio Danis adducebat, adventus, quodque d. 29 Octobr. prælium inter utramque classem hoc est commissum eventu, ut Hafnia expetitis diu copiis ad firmandum præsidium potiretur; quidque foederatus Cæsaris, Polonorum ac Brandenburgici in Holsatia exercitus molitus sit; quamque injucunda Suecis Nidrosiensium in Norwegia defectio contigerit. Multa quoque de electione Cæsaris Leopoldi, studioque Regis pro isthac impedienda, tum & facie aulae Imperatoriae, qualis eo tempore fuit, insperguntur; quam plane Angli ad arctius foedus non potuerint permoveri; quam iniquum se Curlandiæ Dux præbuerit Suecis, amicumque leges, qui neutrarum partium est, male servaverit, ut occupata Mittavia, Rigam eum captivum oportuerit abduci; quam parum in Borussia, gliscente jam Polonorum erga Austriacos diffidentia effectum, & non nisi Thoruniensis urbs, post longissimam obsidionem, Oxenstierna hostes callide & miro stratagemate detinente, ac ad honestissimam demum pacationem adigente, recuperata sit; utque induciæ demum in triennium cum Moscis coaluerint. Sequitur liber VI, & unâ annus 1659, sub cujus initium Hafnia quidem frustra noctu oppugnata fuit, cum de consiliis Suecorum, Cornificii Ulfeldii prodicione, jam constaret in urbe; Langelandia tamen, Falstria & Lalandia feliciter occupata sunt. Ut Foederati Fionia ne potirentur, Oweni Coxinavarchi Anglici virtute cum primis contigit, qui hostium bellicas naves prope Mittelfartum partim cepit, partim delevit igne, & sexcentos Brandenburgensium, quingentos Cæsareorum captivos abduxit. Inde classis Anglica primo vere in Oresundam devenit, ductore Montacutio prohibitura, ne Dani plane opprimerentur, & ne conjuncto cum Opdamo Reputero, Belgarum in Oresunda potentia nimium excreceret. Late hæc omnia deducuntur, & de compacto Gallos inter, Anglos, & Belgas insito, binisque deinde vicibus repetito memoratur, ut pax scilicet inter Boreales Reges constitueretur, & dissentiens ex illis, junctis Anglorum & Belgarum viribus ad acceptandam eam compelleretur. Inde tractatum inter Suecos atque Danos, positum ad urbem Hafniam tentoriis, factum initium, duarumque conspirationes in Suecorum perniciem susceptæ miro casu detectæ. Sed mox Foederati, Ebersteinii auspiciis in Fioniam impetum

§. 46.

§. 119.

§. 122.

§. 19.

§. 27.

§. 52.

petum faciunt, & profligato Suecici exercitus duce Philippo Sulzbacensi, magnam cladem edunt, cæsis duobus fere millibus; utque visceribus Daniæ Carolum Gustavum avertant, in Pomeraniam irrumpunt, atque occupatis quibusdam locis, Stetinum quoque, tametsi incassum, obsident. Quod in Curlandia Suecorum res sensim pejores factæ sunt, ac in Borussia quoque juncti Cæsareis Poloni Graudentum atque Hauptum suæ potestatis fecerint, sub libri finem legitur. Nos de Cornificio Ulfeldio, & quomodo Hannibal Seestadius, ipsius utut affinis, fortunam memorabili dolo everterit, hæc enotabimus.

§. 52. Scilicet (verba sunt Auctoris) ne iste apud Suecos veterem gratiam repararet, reditibusque suis libere in Dania frueretur, Seestadius Frederico Regi suggessit, ut sibi Holmiam proficiscenti in mandatis daretur, causam Ulfeldii apud Senatum Sueciæ commendare. Id quippe non posse non ipsum suspectum reddere, si pro illo is intercedat, in cuius gratiam idem prodicionem suscepisse arguebatur. Sueci dolum istum haud sentientes, & quia post mortem Regis, bellique finem, non omnia ad unguem refecanda ducebant, Ulfeldium absoluebant, velut haud satis convictum, nec defensum, morbo loquelæ usum adimente. Ast Seestadius, cum astutia sua contrarium effectum sortita esset, ad Comitem Brahæum accedebat, ab eoque contendebat, ut sententia Senatus haud divulgetur, sed sibi tradatur, quo eadem Ulfeldio exhibita suam gratiam facere posset. Mox sententia accepta, Terlono ac Sidneio persuasit, Ulfeldium a Senatu damnatum, rogavit, ne, ut idem per literas Ulfeldio prope significent, quo is saluti suæ per fugam consulere possit. Quorum literis acceptis Ulfeldius territus, elusis custodibus Malmogia Hafniam malo suo fato evasit, & citra præviam reconciliationem in Daniam accedens, apud Fridericum Regem haud indebitam ultionem invenit. Finitur Libro VII omnis rerum a Carolo Gustavo gestarum historia, ac anno adeo 1660 gloriosa simul magni Herois vita. Statuerat is in Norwegiam parare impressionem, ne Nidrosia gratis amitteretur; hinc Laurentius Kaggius Maldam oppidum iussus est obsidere, quod & fecit strenue, licet eventus nequaquam responderet spei, cum morbi exercitum affligentes, ac cœli inclementia, & subsecuta demum Regis mors destinata interrumperent. Contigit ea d. 12. Februarii, postquam cum febris maligna aliquandiu fuisset luctatus, ac im-

imminente jam fatali hora, res suas, atque regni negotia, quæque tutelam maxime tenelli tum adhuc Caroli concernebant, solerter ordinasset; ita ut intrepido animo, & nec ad extrema deficiente, inter Gabrielis Oxenstirnæ & Nicolai Brahæi brachia placide obdormiret. Ejus subnectit Elogium singulare Pufendorfius, ac inter alia, cum Nicopiæ sacro lavacro initiaretur, sacerdotem scribit vidisse lucem capiti infantis ad limbi instar circumfusam, idque & protinus adstantibus & post constanter adseverasse. Post domesticam institutionem, Upsaliam missum, cum annum decimum sextum ætatis ageret, & ne crederetur aliquid opinionum circa sacra publicis regni confessionibus repugnans in ædibus paternis hausisse, Professoris Theologiæ Jo. Lenzi contubernio fuisse concreditum, qui circa divina eum instruxerit, & in ejusdem abitari gratiam libellum *de Veritate & Excellentia Religionis Christianæ* conscripserit, ac Archi-Episcopus factus Upsaliensis non parum momenti ad successionem Christianæ obtinendam attulerit. Post biennium Upsaliæ consumtum, exterarum regiones lustrasse, ac per Daniæ & Germaniæ maritimam oram in Belgium Fœderatum, inde in Galliam se contulisse, per Helvetios Argentoratum adiisse, ut Bernhardo Vinariensi innotesceret, sed eo per id tempus defuncto Parisios revertisse; superesse Itinerarium ipsius manu Latina lingua scriptum; didicisse Latine, quantum Regi potest sufficere; Gallicæ lingua prompte, Germanicæ non minus quam Suevicæ vernaculæ in vicem, Italicæ sic satis usum esse; inde bellandi artes in Germania sub Leonardo Torstensonio addidicisse. &c. Reliqua pars hujus libri occupatur in describendis tractatibus tum Olivenfisibus, quibus pax d. 23. April. inter Suecos, Polonos, Cæsareos & Brandenburgicos, Ludovicæ Mariæ Poloniæ Reginæ maxime industria coaluit, tum Danicis, quibus d. 27. Maji non gravi minus bello finis fuit impositus; cum unius Regis virtus sex populos sustinuisset, duorumque Regum alterum extra fines regni sui eiecisset, intra regiam alterum obsedisset, progressibus victoris sistendis tota propemodum Europa excitata.

CRITICA SACRA EDUARDI LEIGH, DENUO NUNC EDITA cum Prodromo Crisito a JOANNE HEESER, Sigena-Nassovia, K. D. M.

Amstelædami, typis viduæ Joannis a Someren, A. 1696. in fol.
 Constat Alphab. 10. plag. 6.

DUdum est, quod Eduardus Leigh, Eques, L. A. M. & aula Magdalenæ Oxoniæ Præpositus, Criticam hanc sacram, eamque bipertitam, concinnavit, ac varias observationes Philologicas Theologicasque, in omnes radices Veteris Testamenti, & omnes Græcas voces Novi Testamenti in eandem congeffit. In opere autem hoc, maxima ex parte, Anglico sermone usus fuit; unde istud in Latinum idioma traduxit, & A. 1678 edidit Henricus a Middoch; ex quo tempore, ob exemplarium defectum, & in Belgio & nuper etiam in nostra Germania, impressio illius sub isthoc habitu semel iterumque repetita fuit. Novissimam autem hanc editionem Amstelædamensem additamento carere noluit vir reverendus Joannes Heeserus. Cum enim & ipse integram aliquam Criticam sacram omnium vocum, qua Veteris qua Novi Testamenti meditetur, inque ea veram vocabulorum originem, propriam item & genuinam significationem, diversasque eorum apud LXX Interpretes translationes exhibere constituerit; hinc Prodrorum illius, quem vocat, Leighio subnectere nunc voluit, & in eo quidem circa crisin sacram omnium vocum Chaldaicarum in Daniele, Esra & Jeremia occurrentium versatus est; multa tamen Hebraica vocabula simul inspersit, utque hæc ab istis eo melius distingui possent, Chaldaica asterisco notari curavit. In disponendis radicibus & earum derivatis, ordinem e Buxtorfii Lexico minori huc adhibuit, ac in gratiam eorum, qui in eruendis radicibus parum exercitati sunt, indicem vocum Hebraicarum & Chaldaicarum, ordine alphabetico magis dispositum subjunxit.

INSIGNIS AC CELEBERRIMI DE SS. TRINITATE LOCI

*1. Job. V. 7. Divina Autoritas, Sensus & Usus Dissertatione
 Theologica demonstratus a M. FRIDERICO ER-
 NESTO KETTNERO, Stolbergensi.*

Lipsiæ, apud Heredes Friderici Lanckisii, 1696. in 4.
 Constat Alphab. 1.

TAmetsi comma illud, quod in prioris Epistolæ a Johanne Perscriptæ quinto capite est septimum, ut a compluribus Theologis aliis, ita

ita imprimis a nostro Gerhardo dudum solidissime expositum, suæque auctoritati, diversis diversorum contradicentium strophis impugnata, redditum fuit: placuit tamen Auctori Exercitationis hujus reverendo suam quoque circa illud exercere industriam, ac diligenter colligere, quæ alii hinc inde olim de eodem fuere commentati: prout & universam fere de SS. Trinitate doctrinam heic repetit, ac usus qua fidem qua mores informant, qui alias deduci solent generatim e toto hoc articulo, tractationi huic accommodavit. Exorsus autem ab indagine illarum rationum, ob quas Johannis Evangelistæ imago quædam constituatur aquila, mox ad enumerationem Auctorum pergit, qui divinam esse dicti hujus originem negarunt, eorumque nomina ex Gallia, Baravia, Anglia, Saxonia, Italia, Polonia, Transylvania, Helvetiaque allegat. Hinc manuscripta Biblica, quæ dicto illo careant, octo & triginta ordine alphabetico disposita, Ecclesiæque Patres altum de eodem silentium tenentes, versiones etiam ac editiones, quæ nihil horum verborum hoc in loco ostendant, introducit. Porro de dicti per varias lectiones corruptione agit, textusque cum antecedentibus connexionem a nonnullis, si istud addatur, pro inepta habitam commemorat. Postmodum vero argumenta, quibus dicti auctoritas corroboretur ac vindicetur, cumulat, primoque loco obviam ejus in non paucis Patribus scriptisque ritualibus allegationem urget; deinceps e depravatione Epistolæ Johannis primæ, hæreticis admodum familiari, negotio haudquaquam difficili factum fuisse colligit, ut & præsens locus rapaces eorum manus fuerit expertus; ulterius quam pulchre istud cum scopo & coherencia totius Epistolæ Johanneæ conveniat, deducit; præstantiam hinc & sinceritatem manuscriptorum, in quibus id oraculum extet, celebrat; nec tandem dicti cum phrasi Johannea, analogia fidei, aliisque similibus *aperte* consensionem omittit. Quibus pertractatis, de stylo, quo heic uti placuerit Apostolo, disputat, eumque nec Hellenisticum esse, nec Platonicum, nec Chaldaicum, nec Talmudicum demonstrat. Verba singula & eorum sensum ponderat, post quem prolixius illustratum usus, quos supra diximus, subjungit, ac ultimo appendicis in vicem triginta dispositiones iis, qui in cathedra sacra textum hunc tractare voluerint, inservituras superaddit.

Hoc est:

NOVUM TESTAMENTUM DOMINI NOSTRI J. C. CONCINNIS PERSPICUISQUE NOTIS IN VERSIONEM, qua vulgo Ecclesia Reformata utuntur, illustratum, præfationibusque exornatum a DAVIDE MARTINO Ecclesia Walonica, qua Trajecti ad Rhenum est, Pæfere.

Traj. ad Rhen. apud Franc. Halmam & Wilh. van de Water, anno 1696. in 4. Constat alphab. 4. plag. 8.

Difficile foret, omnium editionum, quibus Genevensis Novi Testamenti translatio recusa fuit, numerum inire. Tot enim vicibus, tam variis formis, post R. Olivetani tempora, lucem illa adspexit, ut integrum volumen implere possit impensorum in illam laborum historia. In qua, si componenda ab aliquo esset, merito sibi etiam locum reverendus *Martinus* esset vindicaturus. Ille enim in ea, quam nunc exhibemus, editione, non id tantum operam dedit, ut nitida emendataque, quam fieri potest maxime, versio illa extaret; verum etiam notis suis efficere studuit, ut plana magis atque perspicua rudioribus illa redderetur. His enim ut præcipue inservire hac opera sua sese velle ostenderet, servatas in aliis Genevensis versionis editionibus variantes Græci textus lectiones prorsus omisit. Imo etiam in notis suis, nulla fere instituta Græci textus cum hac versione collatione, ut eam vel defenderet vel emendaret, simpliciter argumentum sacrorum librorum explicasse contentus est. Qua in re aliud ejus consilium esse non potuit, quam quod turbare hujusmodi rebus infirmiorum animos fuerit veritus: quam multa enim ex instituto Colomesius, quam multa alii sparsim in Genevensi illa N. T. versione reprehenderint, eum non latuisse putamus. Præter notas istas suas, quas textui semper subjecit, in margine loca alia parallela copiose diligenterque allegavit. Singulis autem libris præfationem non adeo prolixam præmisit, in qua summam & scopum eorum exposuit. Universo denique operi generalem præfationem præfixit, in qua veritatem Religionis Christianæ, allatis breviter potissimis argumentis, assertum ivit.

* *

ACTA ERUDITORUM

Publicata Lipsia

Calendis Maji, Anno M DC XCVII.

TRAITE' DE LA MANIERE D' EXAMINER LES
Differens de Religion &c.

Id est;

TRACTATUS DE RATIONE CONTROVERSIAS DE RE-
ligione examinandi. Auctore MICHAELE

LE VASSOR.

Amstelodami, apud P. Brunel, 1697. in 12. Alph. i. pl. 4.

Placuit Auctori doctissimo cum celeberrimis Ecclesie Romanæ propugnatoribus, præsertim cum Nicolio & Meldensium Præsule Jacobo Benigno Bossueto, descendere in arenam. Aggreditur autem ipsum caput causæ, & de ejusmodi quæstionibus disceptat, quibus expeditis cætera fere sua sponte corruunt. Primo enim in methodum, qua veteres in capitibus doctrinæ cœlestis, super quibus lis forte orta erat, dijudicandis usi sint, inquit: simulque probare annititur, longe aliam hodie esse rerum faciem, quam olim fuit, neq; adeo rationem istam dissentientes convincendi, veteribus frequentatam, hodie usurpari posse. Nimirum Gnosticos aliosque hæreticos ait semper in ore habuisse traditiones quasdam, quas ab Apostolis sese accepisse gloriati sint, & sine quibus divina Novi Fœderis oracula intelligi non posse, contenderint. Hosce ergo homines ut confutarent purioris cœtus Doctores, non potuisse in aliam viam ingredi, quam ut ad Ecclesiarum, quas aut fundaverant Apostoli, aut quibus præfuerant, testimonium provocarent. Si enim arcanam quandam habuissent doctrinam, quæ literis non esset consignata, sine dubio cum Ecclesiis, quas plantave-

Bb

raat,

Cap. I.

rant, eandem communicassent, & curassent, ut in iisdem conservaretur. Quæ cum ita sint, mirum non esse concludit, quod Irenæus & Tertullianus aliique subinde in ejusmodi disceptationibus ad Ecclesiæ testimonium provocarint. Cum primis autem valde prolixus est in explicanda methodo D. Augustini, quem ejusmodi Ecclesiæ imaginem animo concepisse simul affirmat, quam cum re ipsa parum convenire, eventus & subsecutorum temporum historia luculenter comprobavit. Hinc discussis velut in transitu aliquot Nicolii & Bossueti dubiis, nec Christum, nec Apostolos unquam aut Ecclesiæ infallibilitatem, aut traditionem in subsidium vocasse, quotiescunque cum veritatis hostibus illis res esset, demonstrat. Hisce ita expeditis, controversias, quæ hodie inter Protestantes & Romanenses agitantur, magnum omnino trahere momentum asserit, eundoque per præcipuas, de infallibilitate Conciliorum, primatu Romani Pontificis, numero Sacramentorum, invocatione Sanctorum, cultu imaginum, &c. idem evincit. Notat quoque Nicolium, existimantem, unumquemque prolixa horum capitum discussione facile superfedere posse, modo ad mores, non adeo, ut putat, probos illorum, qui Ecclesiæ Romanæ errores primum emendare cœperunt, attendat. Namque inter eos ipsos, qui primi jugum Romani Pontificis excusserunt, fuisse viros, ipsorum Romanorum confessione, puræ integerrimæque vitæ, demonstrat. Inquirendum itaque in veritatem inquit, sed quomodo? Num ad traditionem aut Patrum auctoritatem recurrendum? Non quidem hoc plane necessarium dicit, cum Divinæ Literæ hunc in finem mortalibus sint concessæ; interim non diffitetur, si de oraculi cujusdam sensu lis sit, haud male quandoque veteris Ecclesiæ Doctores consuli. Cum primis autem Patrum, qui ante Concilium Nicænum vixere, sententiam minime contemnendam esse judicat. Quod ad illos attinet, qui a Concilio Nicæno ad Chalcedonense usque vixerent, licet prioribus doctrinæ puritate, vitæque sanctitate cedant, in quibusdam tamen capitibus itidem non male eos in subsidium vocari, pronunciat. Hæc dum uberius profequitur, ad Vincentium Lerinensem tandem sermo devolvitur, cujus methodum dissentientium placita ad examen revocandi, plane non convenire cum methodo, quam Romanæ Ecclesiæ Doctores commendant, id quidem est, quod sibi demonstrandum sumpsit. Sed cum ad Ecclesiæ infallibilitatem ubique Ro-

Cap. II.

Cap. III.

Romanenses provocent, & in ea omne causæ suæ præsidium collocent, in hanc paulo diligentius inquirat. Delineata itaque paucis Ecclesiæ natura, quam animo concepit, ut sibi demonstraretur postulat, quænam Ecclesia ista fuerit tempore Christi, quæ infallibilis dici possit. Ad Synedrium provocari non posse ait, nisi quis R. Simonis asserta jam pridem explosa, aut Rabbinorum admittere commenta velit. Nec rectius Sapientes istos, aut Vatum in scenam produci collegia. Qui vero Scribas & Phariseos huc advocent, plane falli. Dixisse quidem Servatorem; *in Mosis sede sedent Scriba & Pharisei: quicquid igitur vobis dixerint exequendum, exequimini & facite* &c. Matth. cap. 23. v. 2. 3. Sed sensum hujus effati hunc esse; *quicquid igitur vobis dixerint exequendum, siquidem cum lege Mosis conveneris, exequimini &c.* Non aliter hoc oraculum intelligi posse, prolixè evincit. Respondet etiam ad loca, quæ in hac disceptatione subinde proferri solent, Matth. XVI, 18. 1. Tim. III, 14. 15. 16. Matth. XXVIII, 19. 20. Ephes. IV, 11. 12. 13. Matth. XVIII, 17. Et circa Pauli quidem effatum in Epist. ad Timotheum, præter alia monet, verba ita etiam distingui posse; *hoc tibi scribo, sperans me ad te venturum brevi; ut, si tardem, scias, quomodo sit in domo Dei versandum, quæ est Dei viventis Ecclesia. Ecce veritatis columen, &c.* Sed fatetur se veterum auctoritate destitui. Locum Matth. XXVIII, 19. 20. de Apostolis tantum intelligit, & verba, usque ad finem seculi, de Reipublicæ Judaicæ everfione capit. Insistit eidem argumento in sequenti capite, & Nicolii rationes, pro Ecclesiæ infallibilitate, a traditione desumptas, sub examen revocat; hac etiam occasione de Græcæ Ecclesiæ cum Romana consensu, quem Romani fingant, ut & de miraculis disserit, Nicolique institutum, quomorum integritatem vitæque puritatem multis Ecclesiæ Romanæ addictis tribuerat, eamque in cælum sustulerat, perstringit. Et ita quidem ad Concilia progreditur. De quorum origine, natura & auctoritate dum disserit, a Deo ea instituta esse, ad lites finiendas, diserte negat. Nec Servatorem, nec Apostolos Concilia præscripsisse, ostendit. Quod vero vulgo afferri solet ex Actor. 16. capite, Concilium Hierosolymitanum, id vero concilium accuratè loquendo fuisse, plane abnuat. Unam enim Ecclesiam alteram super quibusdam quæstionibus solum consuluisse ait, id quod nondum ad concilium sufficiat. Quando autem Apostoli scripserunt: *visum est Spiritui Sancto & nobis*

Cap. IV.

Cap. V.

his, hoc non ita intelligendum esse, quod Spiritus Sanctus Doctoribus in concilio congregatis speciali ratione adsit, sed quod de voluntate Spiritus Sancti, & per miracula, & per clarissima divinarum literarum effata, certiores essent redditi. Frequentari autem deinceps concilia cœpisse, dum Ecclesiæ ex metropolitanis propagatæ, si dubium aliquod ortum esset, illarum Antistites consuluerint, qui ne soli sententiam dicere viderentur, aliarum Ecclesiarum Præsules adhibuerint in consilium, eosque hunc in finem convocare soliti fuerint. Interim ex eo, quod Gentilibus omnem furorem in Christianos effundentibus, concilia non celebraverint, etiamsi lites non deessent, luculentissimum pro sua sententia argumentum duci posse putat; nunquam enim hoc intermissuros fuisse, etiamsi vidissent, maximis inde periculis se expositum iri, si putassent, a Deo hunc modum lites componendi aut præscriptum, aut commendatum fuisse. Falsum autem esse, quod dicitur, Spiritum Sanctum conciliis peculiari modo adesse, eundem per præcipua veteris Ecclesiæ concilia, quæ aut ab aliis conciliis, aut certis tamen & magnæ auctoritatis Doctoribus rejecta fuerint, probare annititur. Cæterum cum Bossuetus affirmasset, Protestantès articulum Symboli Apostolici, *credo sanctam Ecclesiam Catholicam*, rejicere, & vel ex hoc solo capite erroris convinci posse, Auctor hoc sibi datum reputat, ut in horum verborum sensum inquirat, & Protestantes eo modo de Ecclesia sentire evincat, quo Symboli hujus conditores senserunt. Quod dum agit, inter alia observat, Apostolos hominibus a se conversis non aliud dedisse symbolum, quam quod in verbis Christi Matth. XXVIII, 19 continetur. Ut enim Christiani tum a Judæis tum ab Ethnicis discernentur, suffocasse putat, si Deum unum in essentia, trinum in personis confiterentur. Judæis etiam, cum jam Deum unum admitterent, ad Ecclesiam Christianam transeuntibus, satis fuisse hæc verba in Symboli vicem proponere: *credo Jesum Christum esse filium Dei*. Act. VIII, 37. 38. Sed cum deinceps magnæ multaq; super doctrinæ cœlestis capitibus disceptationes orirentur, aliis quidem Deum Patrem Christi creatorem esse cœli & terræ negantibus, aliis Christum nudum fuisse hominem a Josepho & Maria genitum contententibus, nonnullis eum vere mortuum & cruci affixum esse abnuentibus, istis quidem verba: *creatorem cœli & terræ*; illis verba: *qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria virgine*; his verba: *passus sub Pontio Pilato*

Cap. VI.

Pilato &c. opposita, & ita subinde aliis erroribus ab hæreticis disseminatis, alios quoq; novosque articulos adjectos fuisse, contendit. Quod itaq; ad articulum de Ecclesia attinet, quando Orientales eundem Symbolo adjecerint, vix certo definiti posse, indicat: in Occidentali autem Ecclesia, occasione certaminum cum Novatianis, hunc articulum additum esse, profitetur. Hos enim Ecclesiam, eo quod reciperet eos, qui idolis sacrificia obtulerant, vera tamen poenitentia crimen expiaverant, impuram & commaculatam clamitasse: quibus ut se opponerent Doctores, adjecerint Symbolo: *Sanc̄tam Ecclesiam* &c. In capite septimo iterum cum Nicolio, concreditur, probaturus, sententiam ejus, qua sibi & aliis persuadere voluerat, cum Protestantibus non esse ex Divinis Literis disceptandum, cum schismatis palam rei sint, omni carere fundamentò. Explicata ideo paucis natura schismatis, testimonia Patrum, Optati, Paciani, Hieronymi, & Augustini, contra Novatianos, Donatistas, & Luciferianos prolata, huc non quadrare evincit. Atque idem argumentum in sequenti capite prosequitur, ubi ex instituto de Augustino agit. Cum vero præcipue Romani, ut Protestantes schismatis convincant, utgeant unitatem Ecclesiæ, hanc vero in eo consistere dicant, quod unum habeat caput, Romanum videlicet Pontificem; de ejus primatu Noster etiam multa disputat. Fateretur tamen, a Blondello & Launajo hoc argumentum tam exquisitè pertractatum esse, ut hæctenus Romani nihil solidi reposuerint. Cuncta vero redeunt ad decantatum istud Servatoris effatum: *Tu es Petrus* &c. Matth. XVI; quo argumento cum etiam Bossuëtus usus sit, Noster hoc sibi discutiendum sumpsit, evicturus, Ecclesiam non aliter super Petrum fundatam dici posse, quam quod in convertendis Judæis pariter ac Gentilibus, præcipue Petri fuerint partes: inde autem ad Pontificum Romanorum primatum stabiliendum quicquam elici posse, plane abnuit. Non minus & eos falli dicit, qui Ecclesiam Romanam pro centro communionis ecclesiasticæ venditant. Notat hic præ cæteris Petrum De Marca, eumque, ut Romano Pontifici blandiretur, in Ecclesiæ Gallicanæ libertatem palam injurium fuisse dicit. Nec aliter evenire posse ait, quam ut secum pugnancia scribant, qui Ecclesiæ Gallicanæ libertatem ita defendere in animum inducunt, ne offendant Pontificem. Suam itaque sententiam partim ex Divinis Literis, partim veteris Ecclesiæ auctoritate probat. Et apud veteres qui-

Cap. VII.

Cap. VIII.
Cap. IX.

Cap. X.

dem Romanam Ecclesiam pro centro communionis ecclesiastica non fuisse reputatam, inde probat, quod in maximi momenti negotiis, sæpius ejus auctoritas neglecta olim fuerit, aut insuper habita, adeo quidem, ut nonnulli Doctores & Episcopi non tantum se ab ea dissentire testati fuerint, sed a sacris etiam arcere, & erroris ac criminis palam arguere, nulli dubitaverint. Hæc documentis pluribus, ex veteris Ecclesiæ annalibus petitis, demonstrare nititur. Quibus ita declaratis, ad Petri De Marca argumenta respondet, & primum parum bona fide eum egisse observat, quod prætermisiss Ecclesiæ Orientalis Doctoribus, quorum auctoritas citra controversiam plurimi hic faciendâ sit, ad Latinæ solum & hinc pendentis Africanæ Ecclesiæ Doctores provocaverit; quorum testimonia vel ex hoc capite non tanti faciendâ sint, quod multæ istarum Ecclesiarum a Romana fuerint propagatæ, aut alias causas eam venerandi habuerint. Ad specialia dum descendit, nec Cyprianum, nec Hieronymum, nec Augustinum, cæterosque quos laudaverat Petrus De Marca, huic causæ patrocinari, contendit. Nec concedit (quod idem Petrus De Marca asseruit, & acriter, libertatis Ecclesiæ Gallicanæ, quam hoc ipso, censente Nostro, plane evertit, immemor propugnavit) Romanum Pontificem esse Ecclesiarum Occidentalium Patriarcham. Quod ut refutet, præmissis nonnullis de origine Ecclesiarum Metropolitanarum, ut & Patriarchatum, nec potestatem Episcopos in omnibus Occidentis Ecclesiis in sacrum ordinem recipiendi, nec facultatem leges sacras præscribendi, aut circa Ecclesiæ disciplinam aliquid constituendi, olim Romano Episcopo competuisse, adductis ex historia documentis comprobatur: abnuit quoque plane, in more positum fuisse ad Romanum Episcopum provocare, aut causas, ut loqui amant, majores ad eum deferre. Fatetur quidem, interdum Romanum Pontificem, si forte aliquid magni momenti accidisset, ea de re ab Episcopis certiolem fuisse redditum, præsertim si nova orta esset hæresis: sed cum Ecclesiæ, quarum una ab altera, omnium consensione, non pependit, eundem frequentaverint morem, sæpiusque ipsæ Orientales ab Occidentalibus, & hæ ab illis, aut consultæ, aut contra novum errorem velut in subsidium vocatæ fuerint, pro Romani Pontificis Patriarchatu nihil inde colligi posse, pronunciat. Sic & illos falli autumat, qui responsa veterum Pontificum in controversiis statim pro legibus aut decretis venditant. Simul tamen monet,

multa

Cap. XI.

multa veterum Pontificum, quæ afferri solent, decreta spuria esse & supposititia. Ipsorum quoque veterum Pontificum testimonia minus recte adduci contendit, partim quod in causa propria versentur, partim quod falso & lubrico fundamento illorum sententia fuerit innixa. Hisce hunc in modum diductis, ad Ecclesiam Anglicanam accedit, demonstraturus, jure eandem Romani Pontificis jugum excutere potuisse. Nimirum non deterioris eam conditionis fuisse ait, quam aut Africanam, aut cæteras Occidentis Ecclesias: quas tamen non ita a Romano Pontifice pendisse, ut ejus imperio se subtrahere non poterint, abunde probatum putat. Quin veteres Britannicas Ecclesias longe celeberrimas, & subinde ab antiquissimis Doctoribus Græcis & Latinis memoratas, nullam Romani Pontificis in se agnovisse potestatem, vel inde probari posse autumat, quod nullum extet decretum, quo Romani Præsules aliquid constituerint ad Ecclesias Britannicas pertinens. Ex iis etiam, quæ circa erroris, quem Pelagius commentus est, rejectionem contigerunt, intelligi posse, Britannicas Ecclesias suas lites ad Romanum Antistitem non detulisse. Hoc enim placita sua spargente, non Romanum Pontificem, sed Ecclesiâs vicinas, præsertim Galliæ, hæc de re certiores, ut autumat, fecerunt. Et licet oppressa per Saxones Britannia, Ecclesiisque illius in summas angustias reductis, Augustinus quidam, Romanæ disciplinæ alumnus, in Britanniam Romani Pontificis jussu venerit, Christianam religionem instauraturus, tantum tamen abesse, ut Ecclesiæ superstites Romanos ritus admittere voluerint, ut potius illas, quas a majoribus suis acceperant, acriter defenderint. Ex eo vero, quod Augustinus in Britanniam missus fuerit, nullo modo probari posse, quod Romano Pontifici potestas quædam in Anglicanam Ecclesiam competat, prorsus contendit. Ergo nec nefas fuisse concludit, ejus jugum excutere. Atq; cum in eo nec quod divinis literis, nec quod traditioni purioris antiquitatis repugnet, commiserit, falli Bossuetum inquit, dum, ut demonstraret, non sine crimine Romani Pontificis impetio Ecclesiam Anglicanam se subduxisse, Henrici VIII, Annæ Boleniæ, Cranmeri, & cæterorum, quibus reformatio Anglicanæ Ecclesiæ imputari solet, mores acriter perstrinxit. Etiam si enim inquit horum mores tam pravi fuissent, ut vulgo feruntur, instituto tamen huic saluberrimo, & in se optimo, non potuisse esse fraudi, & varia ad Anglicanæ reformationis histo-

Cap. XIII. historiam spectantia inspergit. Tuetur tandem Anglicanæ Ecclesiæ sententiam, de potestate summorum Imperantium circa sacra, contra Romanorum accusationes, eamque & Divinis Literis & puriori traditioni conformem esse, commonstrat. Probat exemplis Constantini, Justiniani, aliorumque Imperatorum, in veteri Ecclesiæ sæpius leges circa sacra latas, & talia ab Imperatoribus suscepta fuisse, ex quibus pateat, eos supremam circa sacra in externis potestatem sibi, nemine refragante, tribuisse. Valentiniani I exemplum Romanis parum prodesse ait, cum sub ejus imperio tam turbidus rerum status fuerit, ut Imperatorem bellicis rebus impeditum, Ecclesiæ instituta parum curasse, mirum non sit. Valentinianum II autem rursus etiã Ecclesiæ non minus, quam Imperii habenas capessivisse. Dissertit quoque hac occasione de legibus, quas olim Episcopi condiderunt, itemque de poenis, ut vocant, canonicis & ecclesiasticis: nec has vere poenas, nec illas proprias leges esse, adeoque ex hisce similibusve nihil omnino, quod jurisdictionem arguat, colligi posse concludit. Petri De Marca autem & Bossueti rationes discutit, rursus de Cranmero & Thoma Becketo dissertit, illiusque de potestate summorum Imperantium circa sacra opinionem, toti Ecclesiæ Anglicanæ tribui posse abnuat. Finit autem totam dissertationem demonstrando, quod Ecclesiæ Anglicana auctoritate & auspiciis Regis sui, doctrinam Ecclesiæ corruptam revocare sub examen, & emendare potuerit. Quod ut extra dubitationem ponat, initio contendit, fas esse Regibus in dogmata, quibus Ecclesiæ personat, inquirere, rejicere errores, stabilire veritatem; idque Imperatorum veterum Regumque Franciæ, cum primis Caroli Magni exemplis comprobat. Deinde qualis Ecclesiæ totius status fuerit, eo tempore, quo Anglicana se emendavit, rem omnem alius repetendo edisserit, & hinc de reformatione Ecclesiæ per Germaniam, ut & de Concilio Tridentino prolixè exponit. Et hoc quidem ita comparatum fuisse attumat, ut mala Ecclesiæ auferat, tantum abest, ut iis attulerit medelam. Id quod tum ex historia ejus, tum ex singulis fere decretis, quæ ordine recenset, patere ait. Cum ergo corruptus Ecclesiæ status corrigi aliter non potuerit, & Anglicana quoque Ecclesiæ nihil commiserit, si etiã modum spectes, quod divino juri aut veteris Ecclesiæ moribus repugnet, criminis cuiusdam aut schismatis accusari eam non posse concludit.

G. G. L.

S. G. L. COMMUNICATIO SILE PARITER, DUARUMQUE alienarum ad edendam sibi primum a Dn. JO. BERNOULLIO, deinde a Dn. MARCHIONE HOSPITALIO communicatarum solutionum problematis curva celerissimi descensus a Dn. JO. BERNOULLIO Geometris publice propositi, una cum solutione sua problematis alacrius ab eodem postea propositi.

Problemata proponere Geometris dudum usitatum & publice utile est, cum non sit animo suos profectus jactandi, sed alienos excitandi, ut dum quisque methodos suas exercet, ars inveniendi augeatur. Sæpe fit, ut viri eruditi quidem, & in recepta analysi versati, sed nihil altius agitant, dum de iis, quas didicere, methodis nimium sibi pollicentur, vulgari doctrinæ secusi indormiant, magno scientiæ detrimento: nam qui sibi persuadent, nihil superesse, quod, si modo animum adhibere velint, non sit in potestate, nova non quaerunt, & suæ simul desidia & vanitati litant. Hi igitur non melius veterno suo excutuntur, quam si problemata proponantur, elegantia vel utilia, præsertim si magis sint artificiosa quam laboriosa. Et puto ea se maxime factum fuisse, ut methodus infinitesimalis differentiarum & summarum (cujus calculum differentialem appellare placuit) a me proposita increbresceret, & a viris egregiis in usum transferretur, quod appareret, problematibus insignibus solvendis aptissimam esse. Cum enim forte Dn. Abbati Catelano, nescio quæ contra *Dynamica* mea opponenti, & alioqui *Cartesiano* methodis nimium tribuenti, in *Novellis Republicæ Literariæ* responderem, venit in mentem ipsi pariter aliisque eadem sentientibus proponere Problema (non admodum quidem difficile) *Linea Isochrone*, in qua descendens grave uniformiter appropinquaret horizonti. Sed illis silentibus, solutionem dedit Dn. *Hugemius*, quod elegans ipsi quaestio videretur. Cumque aliqua consulto indicta reliquisset, hæc ego suppleveram, & demonstrationem adjeceram in *Actis Eruditorum*: idque magis feceram, ut problemati ultimam manum imponerem, quam ut aliquem magnopere fructum inde mihi polliceret. Verum uti aliqua est rerum omnium concatenatio, fecit hæc mea demonstratio, ut Dn. *Jacobus Bernoullius*, qui antea calculum differentialem, quem in *Actis* iisdem dudum commu-







nicaveram, minore fructu aspexerat, majorem inde lucem subito hauriret, & percepro methodi ad quæstiones Physico-mathematicas usu, problema *Linea Catenaria* a *Galileo* frustra tentatum mihi proponeret. Quod cum ego reperissem, & publicata solutione possem qualicumque illa laude solus frui, malui tamen alios in partem venire, ut in excolenda pulcherrima methodo adjutores mihi pararem. **●** Certum enim est, egregia ingenia laude duci solere, & libentius ea tractare, in quibus non omnia aliis, sed multum etiam sibi debent. Itaque significavi publice, me solutionem *Galileo* frustra quæsitam reperisse, editionem autem in annum differre constituisse, ut aliis spatium daretur, vel suas excolendi methodos, vel nostram meditandi, & rite adhibendi. Id vero feliciter successit. Nam Dn. *Hugenius* (quem nunc ereptum nobis dolemus) sua quadam methodo ad solutionem aliquam, licet (ut ipse postea ingenue agnovit) imperfectiorem, pervenit. Sed Dn. *Jo. Bernoullius*, meo calculo profundius inspecto, ejus ope optatam solutionem obtinuit, problemate, quemadmodum & a me factum fuerat, ad Hyperbolæ aream reducto, eo tantum discrimine, quod ipse per Curvæ parabolicæ rectificationem, ego per Logarithmos constructionem exhibuissem. Hic autem successus tam insignis Dominos *Bernoullios* fratres mirifice animavit, ad præclara porro ope hujus calculi præstanda, efficiendumque, ut jam non ipsorum minus quam meus esse videretur; ipso mox *Hugenio*, qui antea de eo tenuius senserat, utilitatem ejus & privatim experiente & publice prædicante, aliisque, sed imprimis Dn. *Marchiane Hospitalio* in Gallia, & Dn. *Craigio* in Anglia exempla eorum sequentibus. Et præ cæteris quidem egregia fuere, quæ Dn. *Jac. Bernoullius* Professor Basileensis circa *Lineam Veli* & circa *Elasticam* dedit. Sed Dn. *Marchio Hospitalius* præcepta ipsa methodi justo opere nuper exposuit, multisque exquisitis speciminibus mirum in modum illustravit.

Tandem novissime Dn. *Bernoullius* Professor *Groninganus* aliud problemate nempe *Linea brevissimi descensus*, itidem a *Galileo* frustra tentatum, problemate *Catenaria* lineæ pulchritudine usuque non inferius, examinandum sibi sumisit, solvitque, & aliis etiam solvendum commendavit. Ita duo problemata illustria a *Galileo* pulchre quidem proposita, sed nequicquam ab ipso & male tentata, ope calculi nostri solutionem acceperunt. Fuit sane *Galilæus* Vir ingenii judicii que maximus, sed

sed quod ipsius tempore Ars Analytica nondum satis promotæ esset, pars autem ejus superior seu infinitesimalis adhuc in tenebris jaceret, solutiones hujusmodi sperare non debuit. Conjecit quidem *Catenariam* esse Parabolam, & *Lineam brevissimi descensus* esse Circulum; sed longissime aberravit, cum *Catenaria* per logarithmos seu per arcus parabolicos in rectam extensos, at *Linea brevissimi descensus* per arcus circulares rectificatos determinetur. Sed Dn. *Jo. Bernoullius* melioribus rem auspiciis aggressus, non tantum primus reperit *lineam brevissimi descensus* esse Cycloidem, sed & aliud mysterium in linea hujusmodi *brachyochrona* latere reperit, radiorum lucis scilicet curvaturam in medio continue difformi, quam ipse Dn. *Hugenius* in libro de lumine consideraverat quidem, sed determinare in se non suscepit. Hoc Problema igitur Dn. *Bernoullius* in *Actis Lipsiensibus* intra sex menses solvendum publice proposuit, & privatis literis a me postulavit, ut aliquid temporis ei impenderem. Ego vero, velut missione dudum impetrata, potuissem hoc labore supersedere, dum tot alia urgent, nisi pulchritudo problematis me velut invitum pellaci sua vi ad se traxisset. Evenit autem, ut mox feliciter voti fierem compos. Solutione igitur mea *Autori* problematis communicata agnitoque consensu, statim ipse solutionem suam mihi transmisit, & suo tempore edendam apud me deposuit. Cum autem sex menses præstituti fuissent elapsi, neque alius quisquam solutionem a se repperitam significasset: potuisset Dn. *Job. Bernoullius* solutionem suam publicare, & gloriam inventi elegantissimi sibi pene soli vindicare; idque ego quoque ipsi suasisset, si magis laudi nostræ privatæ, quam utilitati publicæ velificari voluissemus. Cum vero nobiscum expenderemus, præstare ad incrementum scientiæ & rei memoriam, ut plures participes fierent successus, placuit ipsi pariter & mihi, ut terminus ad sex alios menses prorogaretur; tamen si prævideremus facile, egoque ipsi in literis meis prædixissem, eos ipsos, quos nunc solutionem tandem assecutos videmus, præsertim anterioribus nostris inventis communicatisque adjutos, ad eam esse perventuros, si satis animum intenderent. Et sane notatu non indignum est, eos solos solvisse hoc problema, quos solvere posse conjeceram; nec vero nisi illos, qui in nostri calculi differentialis mysteria satis penetraverunt. Cumque præter Dn. *Fraterem Autoris*, tale quid de Dn. *Marchione Hospitatio* in Gallia fuisset auguratus,

adjeceram ex abundantia, me credere Dn. *Hugenium*, si viveret, Dn. *Huddenium*, nisi hæc studia dudum seposuisset, Dn. *Newtonum*, si operam hanc in se reciperet, quæsito pares fore; quod ideo repeto, ac excellentes viros contemnere videar, quibus nostra tractare aut non licet, aut non vaeat. Cæterum Dn. *Job. Bernoullii* solutio ad me fuit missa mense Augusto anni superioris; Dn. *Jac. Bernoullius* quid & quo tempore præstiterit, docebant ea, quæ ipsemet recta transmisit ad *Acta*. Sed Dn. *Marchionis Hospitalii* solutio literis mense Martio hujus anni ad me datis fuit adjecta. Porro Dn. *Job. Bernoullius*, præter solutionem, etiam methodum quandam suam publicare voluit, qua ad solutionem pervenit: sed cum duas habuerit, prodit hic indirecta tantum, ut sic dicam, etsi perelegans, nempe sumta ex consideratione dioptrica; sed habet adhuc aliam magis directam & magis ex ipsis visceribus sumtam, quam presentibus non denegabit. Est autem in hoc problematum genere, circa *Maxima & Minima* tali modo proposita, aliquid inusitatum, & longe superans vulgares de *Maximis & Minimis* quæstiones, quibus solis *Fermatius* (primus aequalis circa ipsa Methodi autor) *Cartesius*, *Huddenius*, *Slusius* alique Methodos suas (de quibus quidem constat) aptaverit. Nam in ipsorum quæstionibus res fere eo redit, ut quaratur maxima vel minima ordinata alicujus curvæ datæ, quod non nisi corollarium est Methodi tangentium vulgaris seu directæ. Sed hoc loco curva ipsa aliquid optime præstans quaritur, cujus sæpe adeo recondita est natura, ut ex datis conditionibus, ne tangentium quidem proprietas appareat, adeoque nec ad methodum tangentium altioreni seu inversam facile quæstio reduci possit. Et ipsum problema *curvæ Catenariæ* talis naturæ foret, nisi præparatione facta ad methodum tangentium inversam reducatur. Quaritur enim ibi, quæ sit formæ curvæ inter duo data puncta magnitudine data sic interceptæ, ut ipsius centrum gravitatis maxime descendat. Unde apparet, quam longe hæc tenus Analysis a perfectione abfuerit, quicquid aliqui de Methodis suis jactarint. Cæterum ex solutione Dn. *Job. Bernoullii* hunc præterea fructum insignem capimus, ut problemata duo Dioptrica maximi momenti, quæ *Hugenium* aliosque omnes ipso difficultatis aspectu attentanda solutione absterruere, soluta habeamus, & jam curvaturam continuam radiorum lucis, pariterque undæ radiationibus formatæ lineam definire possimus:

Conti-



Cæterum meæ solutioni exponendæ non est quod immeror, etiam cæteris consentiat, mihi quæ sit determinatione contento rem porro illustrare non vacaverit. Nisi forte observari operæ pretium videbitur, quod calculus mihi obtulit, lineam quæ sitam esse figuram segmentorum circularium repræsentatricem. Nempe si linea ABK talis sit naturæ (fig. I) ut circulo descripto, qui imo ejus puncto K occurrat, & horizontalem per A tangat in G, ductisque axi verticali AC normaliter occurrentibus in C, & lineæ in M, & circulo in L, & diametro ejus verticali GK in O, sint ordinatæ CM proportionales segmentis circularibus, rectangulumque sub semiradio circuli & ipsa CM, æquale segmento comprehenso sub arcu GL & chorda GL; tunc AB, arcus lineæ inter duo data puncta A & B interceptus, erit linea, per quam grave vi descensus a puncto A ad punctum B quam citissime venire potest. Hanc autem figuram segmentorum esse Cycloidem vulgarem, ita facillime ostendi potest: quia OC semiperipheriæ GLK, & LM arcui KL erit $OL + CM = \text{arctui GL}$. Sumto circuli centro N, jungatur NL; patet rectangulum sub semiradio & sub $OL + CM$ æquari sectori GNLG: rectangulum autem sub semiradio & sub OL æquatur triangulo GNL, ergo rectangulum sub semiradio & sub CM æquatur segmento GLG, residuæ scilicet parti sectoris, detracto triangulo GNL.

TAB. IV.
Fig. I.

Quoniam autem Dn. Io. Bernoullius aliud quoque magni momenti problema huper proposuit pure Geometricum: invenire lineam, quam recta quævis per punctum fixum transiens ita secet in duobus punctis, ut summa potestatum a segmentis, interceptis inter punctum fixum & alterutrum punctum curvæ, æquetur quantitati constantis, ideo solutionem ejus adscribere placet, quam didici eandem prorsus esse cum ea, quæ ipsi *Autori* problematis occurrerat placueratque, etsi ipse non minus, quam ego, rem aliis adhuc modis infinitis præstare possimus. Solutio autem nostra hæc est: in fig. X, quæritur linea CEF D, quam recta quæcunque AEF per punctum fixum A transiens ita secet in duobus punctis E & F, ut sit $AC^c + AF^c = \text{constanti } b$. Jam AE (vel AF) vocetur x , & EK vocetur y , assumptaque recta quadam in vicem unitatis, & constante aliqua c , fiat $cy = bx^{\frac{c-1}{c}} - x^{\frac{2c-1}{c}}$. Quæ æquatio exhibebit naturam curvæ quæ sitæ, modumque puncta ejus determinandi: quod desiderabatur.

TAB. IV.
Fig. X.

Cc 3

IOH.

JOH. BERNOULLI CURVATURA RADII IN DIAPHANIS
*non uniformibus, Solutioque Problematis a se in Actu 1696, p. 269, propo-
 titi, de invenienda Linea Brachystochrona, id est, in qua grave a dato
 puncto ad datum punctum brevissimo tempore decurrit, & de
 curva Synchrona seu radiorum unda
 construenda.*

Tot quidem hæcenus apparuerunt methodi, quas *maximorum & minimorum* vocant, ut nihil fete tam subtile restare videatur hanc concernens materiam, quod earum acumine penetrare se posse non putent illi, qui se vel autores ipsos vel autorum asseclas gloriantur. Interim jurent, quantum volent, in verba magistri, videbunt, si teatere velint, nostrum problema minime coerceri intra angustos methodorum suarum limites, qui eousque tantum sese extendunt, si ex datis pluribus infinitisve quantitibus invenienda sit una *maxima* vel *minima*. Verum ubi ipsæ quantitates, quod in nostro contingit, ex quibus eligenda maxima vel minima, non magis sunt determinatæ, quam id ipsum quod quæritur, hoc opus, hic labor est. Ipsilli insignes viri, *Cartesius*, *Fermatius*, alique, qui olim ita acriter pro præstantia suæ cujusque methodi, tanquam pro focus & aris militabant, aut pro ipsis nunc eorum sectatores, ingenue fateantur necesse est, non nisi methodos ab ipsis traditas scientibus hic aquam hæcere. Non meum est, nec etiam volo aliorum inventa explodere. Præstiterunt utique multa, & finem quem sibi proposuerant, egregie consecuti sunt. Quemadmodum enim de hujusmodi maximorum & minimorum consideratione nil quicquam in eorum scriptis reperitur: ita pariter pro aliis quam communibus resolvendis suas methodos non venditarunt.

Non ego polliceor universalem methodum, quam quis frustra quæreret, sed peculiare modos, non solum quidem in hoc, sed & in pluribus aliis succedentes, quibus problema hoc feliciter enodavi, solutionemque meam, dum alii alias quærerent, *Celeb. Leibnitio* statim submittere decrevi, ut illam quondam cum publico communicaret cum sua, si quam reperiret, de quo quidem non dubitabam, sagacissimi Viri ingenium plus satis compertum habens; & reapse dum hæc scribo, ex privatis ejus literis, quibus me crebro cohonestat, intelligo,
 supra

ſupra ſpem ipſi placuiſſe problema meum, & (quod illum, ut dicit, pulchritudine ſua, ut pomum Evam, ad ſe traheret) protinus ſolutionis factum eſſe compoſtem. Quid alii præſtiterint, exitus monſtrabit: dignum utique oportet ſit hoc problema, cui ſolvendo aliquid temporis conſecrent Geometræ, cum tanto Viro negotiis licet diſtractiſſimo tale viſum fuerit, ut horam ſuam non inutiliter collocare exiſtimaverit. Et id ipſum illis ſatis lucri eſto, quod, ſi ſolverint, ad ſecretiſſimas veritates, quas ſine hoc vix eſt ut aſſequantur, aditum habituri ſint.

Merito quidem miramur, quod *Hugenius* prius invenit, in *Cycloide vulgari* grave facere deſcenus tautochronos, a quocunq; *Cycloidis* puncto incipiat moveri: ſed neſcio, an non obſtupescas plane, cum dixerò, hanc ipſiſſimam *Cycloidem* ſeu *tautochronam Hugenianam*, eſſe noſtram *Brachyſtochronam* quaſitam; ad cuius cognitionem duabus viis perveni, indirecta altera, altera directa. Inſiſtendo priori, mirum conſenſum detexi, inter curvitatẽ radii luminis in medio continue variante, & *Curvam* noſtram *brachyſtochronam*; aliaque obſervavi, in quibus neſcio quid arcani ſubeſt, quod proderit in Dioptricis: quamobrem verum erit, quod in propoſitione problematis aſſerueram, *non in nuda ſpeculatione conſiſtere, ſed in aliis ſcientiis*, in Dioptricis puta, *uſum habere quam maximum*. Sed ut quæ diximus re ipſa cõfirmentur, en priorem ſolvendi modum!

Fermatius in Epistoła ad *De la Chambre* (vid. Epist. Cartesii Lat. Tom. III, p. 147, & *Fermatii Opera* Mathem. p. 156 ſeqq.) ſtabilivit, radiũ luminis ex medio rariori in denſius tranſeuntem ita refringi ad perpendicularẽ, ut habita ratione temporis, radius (qui a puncto luminante ad punctum illuminatum ſucceſſive procedere ſupponitur) viam faciat breviffimam; ex quo principio oſtendit, ſinum anguli incidentiæ eſſe ad ſinum anguli refractionis in mediõrum ratione data directa raritatum, vel reciproca denſitatum; id eſt in ipſa ratione velocitatum, quibus radius media penetrat. Quod poſtea acutiſſimus *Leibnitius* in *Act. Erud.* 1682, p. 185 ſeqq. & mox *Celeb. Hugenius* in ſuo tractatu *de Lumine* p. 40, ſuccinctius demonſtrarunt, ipſumque principium phyſicum, vel metaphyſicum, potius, quod *Fermatius* ſua demonſtratione Geometrica contentus, & facile nimis de jure ſuo decedens, *Clerſelario* urgente deſeruiſſe videtur, validiſſimis argumentis adſtruxerunt.

Si

Si nunc concipiamus medium non uniformiter densum, sed velut per infinitas lamellas horizontaliter interjectas distinctum, quarum interstitia sint repleta materia diaphana raritatis certa ratione accrescentis vel decrecentis; manifestum est, radium, quem ut globulum consideramus, non emanatum in linea recta, sed in curva quadam (notante id jam & ipso *Hugenio* in eodem tractatu de *Lamine*, sed ipsam curvæ naturam minime determinante) quæ ejus sit naturæ, ut globulus per illam decurrens celeritate continue aucta vel diminuta, pro ratione graduum raritatis, brevissimo tempore perveniat a puncto ad punctum. Constat quoque, cum sinus refractionum in singulis punctis sint respective ut raritates mediæ vel celeritates globuli, curvam habere eam proprietatem, ut sinus inclinationum suarum ad lineam verticalem sint ubique in eadem ratione celeritatum. Quibus præmissis nullo negotio perspicitur, curvam *brachystochronam* illam ipsam esse, quam formaret radius transiens per medium, cujus raritates essent in ratione velocitatum, quas grave verticaliter cadendo acquireret. Sive enim velocitatum incrementa dependeant a natura mediæ magis minusve resistentis, ut in radio; sive abstrahatur a medio, & ab alia causa acceleratio eadem tamen lege generari intelligatur, ut in gravi: cum utroque in casu curva brevissimo tempore percurri supponatur, quid vetat, quo minus altera in alterius locum substitui possit?

Sic generaliter solvere licet problema nostrum, quamcunque statuamus accelerationis legem. Eo enim reductum est, ut quæretur curvatura radii in medio secundum raritates, prout libuerit, variante.

TAB. IV.
Fig. I.

Esto ergo medium FGD (Fig. I) terminatum ab horizontali FG, in qua punctum radians A, verticalis AD, axis curvæ datæ AHE, cujus applicatæ HC determinant raritates mediæ in altitudinibus AC, vel velocitates radii seu globuli in punctis M, radius incurvatus ipse qui quæritur AMB. Vocentur AC, x ; CH, t ; CM, y ; differentialis Cc, dx ; diff. nm, dy ; diff. Mm, dz ; Constans quædam ad arbitrium assumpta, a ; Erit accepta Mm pro radio, mæ sinus anguli refractionis seu inclinationis curvæ ad verticalem, & proinde per ea, quæ modo diximus, mæ est ad HC in ratione constante, id est $dy : t = dz : a$, quod hanc suggerit æquationem, $a dy = t dz$ seu $a a dy^2 = t t dz^2 = t t dx^2 + t t dy^2$; quæ reducta generalem dabit æquationem differentialem $dy = \frac{t dx}{\sqrt{a a - t t}}$ pro

curva AMB quaesita. Atque adeo una opera duo insignia problema-
ta, opticum unum, mechanicum alterum, ultra quam ab aliis pete-
bam, resolvi, ostendique, quamvis ex diversis partibus
sint desumpta, ejusdem tamen esse naturae.

Sumamus jam specialem casum, & quidem hypothesin commu-
nem a Galileo primitus introductam & demonstratam, quod veloci-
tates gravium cadentium sint in ratione subduplicata altitudinum
emenfarum; in hoc enim proprie quaestionis tenor consistit. Quo sup-
posito, curva data AHE erit parabola, id est $tt = ax$ & $t = \sqrt{ax}$, quae

si substituantur in aequatione generali, habebitur haec $dy = dx \sqrt{\frac{x}{a-x}}$

ex qua concludo: curvam *Brachystochronam* esse *Cycloidem vulgarem*.
Si enim circulus GLK, cujus diameter = a rotetur super AG, & initi-
um rotationis sit in ipso A, describet punctum K cycloidem, quae repe-

rietur eandem habere aequationem differentialem $dy = dx \sqrt{\frac{x}{a-x}}$

positis AC, x; & CM, y: potest tamen hoc a priori & analytice in-

veniri sic: $dx \sqrt{\frac{x}{a-x}} = \frac{x dx}{\sqrt{ax-xx}} = \frac{a dx + x dx}{2 \sqrt{ax-xx}} = \frac{a dx}{2 \sqrt{ax-xx}}$, est

autem $\frac{a dx - x dx}{2 \sqrt{ax-xx}}$ differentialis quantitas, cujus summa $\sqrt{ax-xx}$

seu LO; & $\frac{x dx}{2 \sqrt{ax-xx}}$ est differentialis ipsius arcus GL, ideoque sum-

mata aequatione $dy = dx \sqrt{\frac{x}{a-x}}$ habebitur y seu CM = GL - LO,

ergo MO = CO - GL + LO; quoniam vero (assumpta CO = semiper-
ipheriae GLK) CO - GL = LK, erit MO = LK + LO, & ablata com-
muni LO erit ML = LK, quod docet curvam KM A esse Cycloidem.

Ostendendum adhuc restat (ut problemati plenissime satisfiat)
quomodo a puncto dato tanquam vertice describenda sit *Brachysto-
chrona* seu Cyclois transitura per aliud punctum datum; quod sic fa-
cillime expeditur: Coniungantur duo puncta data A, B (Fig II) per
lineam rectam AB, & super horizontali AL describatur Cyclois, qua-
cunque libuerit, initium sumans in A, secansque rectam AB in R; quo
facto fiat AR ad AB, ita diameter circuli genitoris Cycloidis ARS ad

TAB. IV.
Fig. II.

quartam, quæ erit diameter circuli genitoris Cycloidis quæ sitæ ABL
transituræ per B.

Antequam finiam, non possum, quin iterum admirationem meam
prodam, animo revolvens inexpectatam illam identitatem Tautochro-
næ *Hugeniana* nostræque *Brachystochrona*. Quod notabile præterea
existimo, illud est, quod hæc identitas in sola hypothese *Galilæi* repe-
ritur: adeo ut vel ex eo conjicere liceat, illam naturæ esse consenta-
neam, quod quemadmodum semper operari solet modo simplicissimo,
ita & hic per unam eandemque lineam præter duo diversa officia, cum
in quavis alia hypothese duabus ad id opus esset lineis, alia nempe pro
oscillationibus æque diuturnis, & alia pro celerrimo descensu. Ut si ex-
gr. celeritates gravium cadentium essent non in subduplicata sed sub-
triplicata ratione altitudinum, *brachystochrona* foret algebraica, *tau-
tochro*na autem transcendens; verum si celeritates essent ut ipsæ alti-
tudines, utraque fieret algebraica, illa quidem circularis, hæc vero
recta.

Non ingratum fore Geometris judico, si appendicis loco solu-
tionem ipsis dedero problematis consideratione pariter dignissimi,
quod ex occasione præcedentis inter scribendum in mentem incidit:

TAB. IV.
Fig. III.

*Queritur in plano verticali (fig. III) curva PB, quam synchronam ap-
pellare liceat, ad cujus singula puncta B grave ex A descendens per Cy-
cloides conterminas AB æquali tempore perveniret. Sit AG horizonta-
lis, & AP verticalis. Sensus problematis talis est, ut descripta super A G
Cycloide quacunque, abscindatur ex illa portio AB, ad quam percur-
rendam ex A descendens grave idem tempus requirat, quod requirere
ret ad decidendum ex determinata altitudine verticali AP, quo per-
acto erit punctum B in curva Synchrona PB, quam quaerimus.*

Si attente considerentur ea, quæ supra diximus de radio lumi-
nis, haud obscure patebit, hanc curvam eam ipsam esse, quam *Huge-
nius* in suo tract. de *Lumin* pag. 44, in schemate suo per lineam BC
repræsentat, vocatque *undam*, quæ quemadmodum omnes radios ex
puncto luminoso emanantes normaliter secat, ceu optime notat *Hu-
genius*, ita & nostra PB omnibus Cycloidibus AB, commune initium
A habentibus, ad angulos rectos occurrit. Quod si problema hoc
modo in pure Geometricum reductum proponere libuisset: *invenire
scilicet curvam, qua omnes Cycloides communis initii normaliter secat,*
profe-

perfecto res magnæ molis fuisset Geometris; ex altera autem facie, qua descensum gravium respicit consideratum, ita facillime construo: Sit Cycloidis ABK circulus genitor GLK, ejusque diameter GK: abscindatur arcus GL æqualis mediæ proportionali inter determinatam assumptam AP, & diametrum GK, dico ductam LB, parallelam horizontali AG, secare Cycloidem ABK in puncto B. Si quis methodum suam in aliis exercere velit, quarat lineam, quæ ordinatim positione datas curvas (non quidem Algebraicas, quod haud ædum foret, sed) transcendentes, ex. gr. Logarithmicas super communi & axe, & per idem punctum ductas, ad angulos rectos secat,

JAC. B. SOLUTIO PROBLEMATUM FRATERNORUM, Pæculiari Programmate Cal, Jan. 1697 Groninga, nec non Altorum Lips. mense Jun. & Dec. 1696, & Febr. 1697 propositorum; una cum Propositione reciproca aliorum,

Geometræ methodum de *Maximis & Minimis* ad illa duntaxat Problemata hucusque adhibuerunt, in quibus ex infinitis partibus seu functionibus unius datæ Curvæ aliqua maxima minima requiritur, neque cogitarunt de ejus applicatione ad talia, ubi ex ipsis infinitis Curvis non datis una desideratur, cui maximum aliquod minimumve competat, licet hæc & subtilitate inventionis & utilitatis præstantia cæteris minime sint inferiora. In horum numero est, quod *Frater* m. Junio primum proposuit, cujusque solutioni terminum elapsi anni finem statuit, Problema de inveniendâ *Curva Oligochrona*, per quam descendendo grave a dato puncto, brevissimo tempore perveniat ad aliud datum punctum. Quanquam autem hac *Fratri* provocacione me non teneri existimabam, nihilominus cum superaccessisset humanissima *Cel. D. Leibnizii* invitatio, laborem solutionis amplius subterfugere non potui. Postquam enim hic Vir literis d. 13 Septembr. ad me datis significasset, se solvisse Problema, juxtaque desiderare, ut & a ñ tentarent: ad ejus sollicitationem aggressus sum, quod alias intactum reliquisset, idque optato protinus successu; solutionem enim sexto Octobris jam habui, & ab illo tempore amicis ostendi. Cur autem non citius ad *Abæ* communicarim, causa est, quod cum terminum

solutionis in exterorum gratiam ad Pascha usque presentis anni prorogatum intelligerem; ego interea speculationem ad alia quoque difficiliora Problemata nunc una proponenda promovere statuissem. Priusquam vero ad solutionem presentis Problematis aecodam, sequens praeMITTO Lemma:

TAB. IV.
Fig. IV.

Si curva ACEDB talis sit, quae requiritur, h. e. per quam descendendo grave brevissimo tempore ex A ad B perveniat, atque in illa assumantur duo puncta quantumlibet propinqua C & D: Dico, portionem Curvae CED omnium aliarum punctis C & D terminatarum Curvarum illam esse, quam grave post lapsam ex A brevissimo quoque tempore emetietur. Si dicas enim, breviori tempore emetiri aliam CFD, breviori ergo emetietur ACFDB, quam ACEDB, contra hypoth.

Fig. V.

Est igitur in plano utcumque ad horizontem inclinato (nec enim verticale sit, necesse est) Curva desiderata ACB, per quam descendens grave ex A breviori tempore perveniat ad B, quam per aliam quamcumque in eodem plano positam; & sint in illa sumta ubivis duo puncta C & D infinite propinqua, ductaeque intelligantur recta horizontalis AH, ejusque perpendicularis CH, & huic normalis DE, bisectaque CF in E, compleatur parallelogrammum DE ducta recta EI: quae ritur in hac punctum G, i. e. inclinatio particularum curvae CG, GD ad se invicem, quae faciat, ut tempus descensus per CG + temp. desc. per GD (quod sic denoto $t_{CG} + t_{GD}$, intellige semper post lapsum ex A) sit minimum. Ad hoc indagandum, intelligatur in recta EI aliud punctum L, sic ut GL sit incomparabiliter minor ipsa EG, ductisque CL, DL, super C & D descripta concipiuntur arcuum elementa LM, GN, erit ex natura minimi $t_{CL} + t_{LD} = t_{CG} + t_{GD}$, adeoque $t_{CG} - t_{CL} = t_{LD} - t_{GD}$, quo posito sic arguatur

CE. CG :: $t_{CE} . t_{CG}$. EF. GD :: $t_{EF} . t_{GD}$, Ex nat.

CE. CL :: $t_{CE} . t_{CL}$. nec non EF. LD :: $t_{EF} . t_{LD}$, desc. grav.

Ergo CE. EG - CL (MG) :: $t_{CE} . t_{CG} - t_{CL} . t_{LD} - t_{GD}$ (LN) :: EF.
 $t_{LD} - t_{GD}$

(ob sim. $\triangle MGL$, CEG) MG. GL :: EG. CG ... (sim. $\triangle LNG$, GD)
LN. LG :: GL. GD.

Quare CE. GL :: EG in $t_{CE} . t_{CG}$ in $t_{CG} - t_{CL}$:: EF (CE) GL in
 $t_{EF} . t_{GD}$ in $t_{LD} - t_{GD}$ ideo

ideoque EG in τ CE. CG in τ CG- τ CL :: GI in τ EF. GD in τ LD- τ GD, & permutando, EG in τ CE. GI in τ EF :: CG in τ CG- τ CL. GD in τ LD- τ GD :: (ex nat. minimi, ut dictum) CG. GD.

Sed EG in τ CE. GI in τ EF :: EG: \surd HC. GI: \surd HE, ex nat. desc. grav. quare EG: \surd HC. GI: \surd HE, :: CG. GD.

Ubi in transitu considerandum proponimus Clmo D. *Nieuwentite* usum differentio-differentialium (quæ ipse immerito explodit) in eo, quod assumere coacti fuimus particulam GL ipsi EG, GI infinite parvis infinities adhuc minorem, absque quo non video, quomodo ad solutionem Problematis via patuisset. Sunt enim EG, GI elementa abscissarum AH; quemadmodum CG, GD elementa ipsius Curvæ, & HC, HE ipsæ ejus applicatæ, earumque elementa CE, EF; adeo ut Problema ad puram Geometriam redactum huc redeat, ut inveniatur Curva, quæ elementa sua habeat composita ex elementis abscissarum directæ, & radicibus applicatarum inverse: qua quidem proprietate *Isochronam* illam *Hugenianam*, nunc & *ologochronam* futuram, tritam nempe notamque Geometris *Cycloidem* gaudere deprehendo; quod in fig. VI, ubi ACP semi-Cycloidem; CM, GN duas ejus tangentis; RQP semi-circulum genitorem refert, ita porro demonstro:

TAB. IV.
Fig. VI.

GD.GI::GN.GX::(ex nat. Cycl.)VP.VX::VR.RX:: \surd RP. \surd RX(\surd HE).
GI.EG :: GI . EG.
EG,CG::CS.CM::(ex nat. Cycl.)QS.QP::RS.RQ:: \surd RS(\surd HC) \surd RP.

Ergo GD.CG::GI in \surd RP in \surd HC.EG in \surd HE in \surd RP :: GI in \surd HC. EG in \surd HE::GI: \surd HE, EG. \surd HC.Q.E.D.

Quod si nunc determinanda sit Cyclois, quæ transeat per data puncta A & B, describenda est super base horizontali AH quovis circulo genitore Cyclois AT, quæ ductam rectam AB, & productam, si sit opus, secet in T; quemadmodum enim recta AT est ad rectam AB, sic diameter circuli genitoris Cycl. AT est ad diametrum genitoris quæ sit AB. Alterius generis nec minus elegans Problema foret, si jam porro quæreretur, quænam ex infinitis Cycloidibus (aut saltem Circulis, Parabolis aliisque Curvis) per A transeuntibus, ac super eadem basi AH constitutis, illa sit, per quam descendens grave minimo tempore ex A ad datum perpendiculum ZB appellat. Qui speculationem

de Maximis & Minimis promovere volet, tentabit. Nobis sufficiat proposuisse.

Atque ita Curva hæc, quæ tot Mathematicorum ingeniis exercita fuit, ut nihil in illa eruendum restare videretur, nova proprietate conspicuam sese nobis sistit, quam velut perfectionum suarum colophonem, quasi nihil futuris sæculis debitura, sub finem adhuc præsentis adipisci voluit, postquam initio ejusdem natales, ac medio dimensiones omnes cum aliis præclaris affectionibus accepisset.

Cæterum monendum est, quod iisdem insistenti vestigiis, pari facilitate reperiri possit Curva, quam mobile per medium inæqualis densitatis vel raritatis latum minimo tempore percurrat, quæ quidem convenienter principio *Leibniano m. Jun. 1682* demonstrato, eadem reperitur necesse est cum *Curva Refractionis*, quam *Hugenius* in *Tractata de Lumine* p. 44 contemplantur, & cujus identitatem cum illa, quam primo consideravit *Celeb. D. Leibnizius m. Septemb. 1692 pag. 446*, nosque *m. Jun. 1693, p. 254*. construximus, conscio *Fratre* jam olimprehendi.

Sed per has speculationes ad alia quoque difficiliora Problemata patet accessus, qualia sunt, quæ de Figuris Iloperimetricis formari possunt. Quæritur ex gr. quænam ex iis omnium sit capacissima (vulgo creditur esse Circulus, & recte, sed sine demonstratione.) Quænam centrum gravitatis areæ & peripheriæ suæ habeat a base remotissimum, quam *Frater* observavit esse *Funiculariam*, sed ex diverso fundamento &c. Hæc itaque & talia per methodum maximorum ei resolvenda proponimus. Præsertim vero, si vicem reddere volet, sequens generale tentabit: Quæritur ex omnibus Iloperimetricis super communi base BN constitutis illa BFN, (Fig. VII) quæ non ipsa quidem maximum comprehendat spatium, sed faciat, ut aliud curva BZN comprehensum sit maximum, cujus applicata PZ ponitur esse in ratione quavis multiplicata vel submultiplicata rectæ PF vel arcus BF, hoc est, quæ sit quotacunque proportionalis ad datam A & rectam PF, curvamve BF? Huic, ne detrectare possit, adjungimus alterum, quod de infinitis Cycloidibus supra motum fuit, majoremque cum suo affinitatem habet. Et cum iniquum sit, ut quis ex labore in alterius gratiam & cum proprii temporis dispendio rerumque suarum damno suscepto nihil emolumenti percipiat, prodit nonnemo, pro quo ce-
veo,

TAB. IV.
Fig. VII.

veo, qui soluturo *Fratri* ultra laudes promeritas honorarium 50 imperialium decrevit, hac tamen lege, ut intra tertium ab hujus publicatione mensē se suscepturum promittat, ipsasque solutiones finito anno, utcunque licet per quadraturas exhibeat. Hoc enim elapso si nemo dederit, meas exhibebo.

Hæc itaque occasione Problematis Physico-Matematici 3. *Fratre m.*, Junio primum propositi hæc vice dicta sufficiant. Quæ ibidem de Complanatione superficierum conoidicarum attingit, cum me proprius spectarent, jam *m. Obobri* pertractavi. Nob. *Jschirnhausium* uterque eodem mense Junio notavimus. Unicum igitur in schediasmato *Fraterno* superest, quod, ne quid intactum prætereamus, enucleandum restat, methodus vid. quam celavit, inveniendi Curvam ex sola data relatione ipsorummet Curvæ punctorum ad se invicem. Quærenda sit ex.gr. Curva AEC (fig.VIII) talis, ut projecta utcunque ex dato puncto D recta DC, secante curvam in C & E, rectangulum CDE æquetur constanti spatio, puta unitati, quod primum est exemplum *Fratri*. Ad datam positione rectam DG ordinatim applicentur EP, CG in angulo arbitrario, & sit DE = x, EF = y, DC = z & CG = t, erit per hyp. CDE seu $xz = 1$, & $x = z^{-1}$; dein propter sim. $\triangle DEF$ & $\triangle DCG$, EF seu $y = tx : z = tz^{-2}$. Fundamentum solutionis: Talis supponatur æquatio seu ratio inter x & y, ut substitutis ipsarum valoribus modo inventis, similis vel eadem inter z & t ratio resulet, quæ inter x & y; quod hic ita fit: Pono $y = ax^m + bx^n$, erit facta substitutione $tz^{-2} = az^{-m} + bz^{-n}$, sive $t = az^{-m}t^2 + bz^{-n}t^2$, quæ ut assimiletur priori $ax^m + bx^n$, comparo $az^{-m}t^2$ cum bx^n , & $bz^{-n}t^2$ cum ax^m , ac reperio utrobique $b = a$, nec non potest. $n = 2 - m$; unde concludo, naturam curvæ quæ sita esse $y = ax^m + ax^{2-m}$, vel, quod eodem modo ostendetur, $y = ax^m + ax^{2-m} + bx^n + bx^{2-n}$. Haud ab similitèr solvuntur duo sequentia, quæ habet, Problemata pag. 266, quorum posterius in *Programmate* suo generaliter ita proponit, ut loco utriusque segmenti sumatur quæcunque ipsorum potestas, quæ sit *m*. Huic Curva satisfacit, quæ exprimitur per $y = x \cdot x^{m-1} + x^{2-m}$. Quæ vero ultimo subjungit pag. 267, sed absque solutione; his curvæ

TAB. IV.
Fig. VIII.

vx satisfaciunt mechanicæ, quarum natura est $y = xa \mp \int dx : xlx^n$ pro
 fig. 2; & $by \mp cy \mp cy^3$. &c. $= a \mp \int dx : xlx^n$ pro fig. 3 (intellige
 per lx logarithmum ipsius x .) Quoniam tacere non possum, afflu-
 mi hic aliquid dubiæ & suspectæ veritatis, videl. portiones semper esse
 unius ejusdemque numero Curvæ, quæ eadem æquatione denotan-
 tur. Dari enim possunt exempla in contrarium, saltem in Curvis me-
 chanicis, ubi hoc non contingit, eademque æquatio diversas numero
 Curvas designat, quod vel ex his ipsis exemplis liquet; quandoqui-
 dem hæc æquationes $y = x. a \mp \int dx : xlx^n$ &c. non magis quadrant
 pro hypothesi $xz = 1$, quam pro quavis alia xz^3 , aut xz^4 , aut
 $xz^p = 1$; quibus tamen hypothesibus omnibus unam eandemque
 Curvam satisfacere implicat. Hoc itaque ulterioꝝi Lectorum scrutinio
 perpendendum relinquimus.

Pene hæc absolveram, cum perferrentur ad nos *Acta m. Nov.*
 in quibus Nobil. *Auctor Meditatorum geometricorum*, eodem mensē
 anni 1695 publicatorum, motis sibi scrupulis nonnullis satisfacere ac
 sua vindicare satagit, eoque ardentius in nobis desiderium accendit,
 videndi penitusque introspiciendi tam præclara inventa. Dixi enim,
 me nullatenus dubitare, quin pro excellenti quo pollet acumine, quic-
 quid pollicitus est, præstare possit; atque oprare tantum, ut specimi-
 num loco talia promat, quæ etiam his, quibus de vastissimo Viri inge-
 nio aliunde non constat, persuadere queant, quo nomine ipsum ite-
 rata vice & perhumaniter pulsandum censemus. Nam quod proprie-
 tatem spectat, quam focus curvarum attribuit, cum ea quibusvis pun-
 ctis, adeoque non focus qua focus competat, difficulter quis capiat,
 quid hæc ad naturam focorum, aut curvarum per focos cognoscen-
 dam conducatur. Quemadmodum etiam intellectu haud facile existi-
 mo, quomodo quæ fig. 1 & 3 de Ellipsi & Parabola ostendit, ad om-
 nes alias etiam dissimiles & diversorum generum curvas applicari
 possint, cum illa duntaxat ejusdem generis & speciei curvis quadrent,
 ac præsertim posterius illius tantum generalioris consecrarium sit,
 quod jam A. 1692 exhibui. Et quod ultimo docet de abscindendis ex
 quavis curva portionibus in data ratione, hoc plane falletæ dixi in Pa-
 rabola, quod etiam agnoscere videtur acutissimus *Auctor*, aut si dubi-
 tet,

tet, ego paratus sum demonstrare; unde, si nihil aliud, saltem hoc novo exemplo roborari opus haberet.

DOMINI MARCHIONIS HOSPITALII SOLUTIO

Problematis de Linea celerrimi Descensus.

Problema hoc (de quo *Galilaus* prop. 36 motus accelerati) cum difficile admodum mihi prima fronte visum est, tum valetudine utor adeo incerta, ut ab illo abstinere primum decreverim. Atque huic quidem sententiæ eo firmitus inhaerebam, quod intra sex menses, ad illius discussionem concessos, id a nemine solutum videretur, si tamen unum excipias Geometram insignem *Leibnitium*, qui illud solvit non modo, sed & utpote dignissimam exercitio utili materiam, adhuc inquirendum relinqui, alterumque quatuor mensium spatium, quo in id a pluribus incumbi posset, ab Autore concedi impetravit. Desidem hac in parte ac operis asperitate deterritum erexit me doctissimi Autoris *Bernoulli* programma Cal. Jan. anni hujus 1697 editum, quo Geometras ad hujus problematis solutionem iterum invitat. Tanta igitur hujus quaestionis commendatio & fama me tandem victum compulere, ut illi solvendæ studio in societatem laudis ac gloriæ cum tantis Geometris venirem. Nec opem fefellit eventus, imo superavit, cum id solverim problema methodo adeo generali, ut non modo *Galilæi* hypothefin, sed & aliam quamvis de descensu gravium possibilem completatur. Quod autem in solutione problematis de curva *funiculari* præstiterunt olim *Hugenius*, *Leibnitius*, & *Bernoullius*, id ego nunc a me problematis hujus solutione præstandum censeo, meam scilicet alias palam facturus methodum, cujus tamen jam (exunte Februario) clarissimo Problematis Autori *Bernoullio* privatim copiam feci.

Problema.

Datis in plano verticali duobus punctis A & B assignare mobili M viam A M B, per quam gravitate sua descendens & moveri incipiens a puncto A brevissimo tempore perveniat ad alterum punctum B.

Solutio.

Ducta per punctum superius datum A linea horizontali AC, describatur Cyclois ordinaria, quæ incipiat a puncto A, & cujus Diameter AD circuli generatoris AE DF qui volvitur super AC talis sit, ut punctum

TAB. IV.
Fig. IX.

E c tum

ctum describens A transeat per alterum punctum inferius datum B, Dico portionem AB Cycloidis sic descriptæ proposito satisfacere.

Si supponatur, quod celeritates acquisitæ sint in ratione altitudinum emensarum; quod curvam quæsitam AB fore portionem circuli centrum habentis in horizontali AC, & transeuntis per data puncta A & B. Unde liquet, conjecturam Galilæi veram evadere in hac hypothesi ab ipsius multum diversa.

Tandem si vocentur abscissa AC, x ; applicata CB, y ; & generaliter supponatur, quod celeritas acquisita ex descensu per altitudinem CB exprimatur per y^m : dico naturam curvæ quæsitæ exprimi per æquationem differentialem $dx = \frac{my^m dy}{\sqrt{1 - mmy^{2m}}}$ }

DOMINI MARCHIONIS HOSPITALII SOLUTIO PRO-
blematis publice propofiti a Dn. JOH. BERNOULLIO.

Misit ad me nuper clarissimus (Job.) Bernoullus Matheseos Groningæ Professor, Programma quoddam ipsis Cal. Jan. anni hujus 1697 ibidem editum, in quo Mathematicis problemata duo solvenda proponit, quorum alterum physico-geometricum legitur in *Actis Lipsiensibus mense Junio anni proxime elapsi, pag. 269*; quod Auctori jam solutum misi. Alterum vero pure geometricum, quod pariter solvi, his verbis exprimitur:

Problema alterum pure Geometricum, quod priori subnectimus & strenz loco Eruditis proponimus.

Ab *Euclidis* tempore vel Tyronibus notum est, ductam utcunque a puncto dato rectam lineam, a circuli peripheria ita secari, ut rectangulum duorum segmentorum inter punctum datum & utramque peripheriæ partem interceptorum sit eidem constanti perpetuo æquale. Primus ego ostendi in eod. *Actor. Jun. pag. 265*, hanc proprietatem infinitis aliis curvis convenire, illamque adeo circulo non esse essentialem: arrepta hinc occasione, proposui Geometris determinandam curvam vel curvas, in quibus non rectangulum sed solidum sub uno & quadrato alterius segmentorum æquetur semper eidem, sed a nemine hæctenus solvendi modus prodit; exhibebimus eum quando-
cunque

ouaque desiderabitur ; Quoniam autem non nisi per curvas transcen-
dentes quæsito satisfacimus : en aliud, cuius solutio per mere algebrai-
cas in nostra est potestate.

*Quæritur Curva, ejus proprietatis, ut duo illa segmenta ad quam-
cunque potentiam datam elevata & simul sumpta faciant ubique unam
eamdemque summam.*

Casum simplicissimum, existente sc. numero potentiz 1, ibidem
in *Actis pag. 266* jam solutum dedimus, generalem vero solutionem
quam etiamnum premimus, Analytisi eruendam relinquimus.

Huc usque verba doctissimi Bernoulli; hoc ipsum Problema
quod solvi, cujusque solutionem Geometris eo lubentius impertio,
quod & simplicissima sit & generalissima. En itaque

Problema.

*Eam invenire Curvam CEFD, cui ducta FA ab ipsius puncto quo-
vis F ad fixum aliquod punctum A diametri CD, ita semper occurrat in
altero puncto E, ut recta FA & AE ad eandem datam quamvis poten-
tiam elevata, eandem simul & ubique summam constituant.*

Solutio.

Sit p potentia data quævis, ad quam sigillatim ducendæ sunt FA
& AE; sit præterea numerus quicumque m . Jam sumptis ad libitum
duabus rectis AB, AL, (puta $AB = 1$, $AL = b$) ducatur centro A &
radio quovis $AG = x$, circumferentiæ GF; assumpta deinde $AH = bb$

TAB. IV.
Fig. X.

$x^m \sqrt[p]{\frac{m-1}{1-x^p}}$ Ducatur HF constituens angulum quemvis datum C
HF cum recta CD. Hoc factò, dico punctum occurfus F rectæ HF
cum arcu GF, semper esse ad Curvam quæsitam CEFD.

In exemplum sit Casus, quem doctissimus Bernoullus constru-
xit in *Actis Lipsiensibus pag. 266*. In quo nempe $p = 1$. Si præterea po-
natur $m = 0$, ut quam simplicissima fiat curva quæsitæ, invenietur AH
 $\frac{bb}{a-x}$, seu AH tertiam esse proportionalem ad BG & AL.

Porro constructionem hanc ortamque inde Curvam, quam sim-
plicissimas esse, palam est. At, quod notatu dignissimum, Curva
hæc eadem duabus insuper constat partibus OM, PN, invicem oppo-
sitis circa eandem asymptotum AL ordinatis parallelam, quarum hæc

Es 2 inde-

indoles est, ut ducta quavis ad ipsas usque per punctum A recta MAN, differentia partium AM & AN sit semper æqualis eidem AB. Unde hac eadem arte simul solvitur & alterum problema, quo exquireretur curva proprietatis ejus, ut differentia rectarum AM, AN, ubique sit æqualis eidem constanti magnitudini; adde quod id toties fieri possit, quoties p est numerus impar.

Quod spectat Demonstrationem, cum generalis nihilo difficilius sit, quam specialis casus mox soluti, hunc demonstrare sufficiat. Quapropter e puncto A per punctum quodvis F curvæ CEFD ducatur AF cum ordinata FH, ponaturque (ut superius) AF vel $AG = x$, ac præterea $AL = y = a - x$; & $AK = \frac{bb}{a-y} = \frac{bb}{x}$. Jam ex constructione se-

quitur $AH = \frac{bb}{a-x}$, punctumque E, in quo KE, parallela HF, occurrit circumferentiæ factæ centro A & radio AI, fore semper ad Curvam quæsitam CEFD. At $AH(\frac{bb}{a-x})$, $AF(x) :: AK(\frac{bb}{x})$. AI aut AE $(a-x)$. Ergo punctum E est etiam in recta AF; atque adeo recta hæc AF duobus in punctis F & E ita occurrit curvæ quæsitæ CEFD, ut sit ubique $FA + AE = AB =$ constanti & eidem. *Quod eras demonstrandum.*

DE METHODO UNIVERSALIA THEOREMATA ERUENDI,
quæ Curvarum naturas simplicissime exprimunt; de Problemate
item Bernoulliano, &c. per DT.

Diffiteri non possum, ingenium meum nunquam proclive fuisse ad problemata ab aliis proposita resolvenda; quoniam, alias ut silentio præteream causas, Auctores problematum plerumque casu, & nihil tale querentes, in admodum faciles deducti fuere vias ea efficiendi, quæ alius non sine magno labore, multoque temporis dispendio, potest consequi; præsertim cum in ipsa analysi infinite parvarum quantitarum, ad magnam hodie perfectionem evecta, non semper in triangula similia, facillimam resolutionem offerentia, (quod caput rei semper existimavi) incidamus: ac proinde, quacunque etiam utamur methodo, ingenti oportet ut labore defungamur. Nota sunt præclara illustris Hugenii circa Cycloidem suam *εὐρηματα*, quæ si sollicitè quisquam perpenderit, haud difficulter clavem reperiet ad solutionem

nem Problematis *Bernoulliani*, Actorum anni 1696 mens. Junio p. 96 propositi, de *Curva celerissimi descensus*, qui ipsi huic Cycloidi quadrat: citra horum autem cognitionem res hæc scrutantibus longe erit intricatior, operosiorque; si vel maxime certum sit, de quo tamen non temere ambigi potest, proprietatem hanc uni tantum Curvæ convenire. Utcunque hoc sit, nolim sententiam & consuetudinem meam in præsentiarum mutasse me credi, dum universalissimam commonstroriam, qua resolvi posse censeo Problema Geometricum a Cl. Dn. Joh. Bernoulli in A. E. 1697 mense Febr. p. 96 propositum; cum ea duntaxat de causa id faciam, ne aliquando, cum de hujus generis Problematis publice agendi dabitur occasio, aliorum inventa mihi arrogasse videar: quem in finem etiam, cum jam monuerim ante biennium, celeberrimo Dn. Leibnitio me talia singularia theoremata, mihi que jam diu nota, ex quibus solutio derivari potest, coram aperuisse, ipsam indicabo nunc methodum, & qua occasione in illam inciderim.

Notum est, Dn. Des-Cartes curvarum Geometricarum omnium naturas certis includere Equationibus, quæ ex duabus indeterminatis certisque cognitis componuntur. Atque hæc quidem universalia theoremata pro omnibus curvis suppeditant, sed difficilem & non eodem modo formatam compositionem habent. Quapropter cum aliquando talibus indigerem Theorematis universalibus, quæ facilem & æqualem compositionem tam quoad indeterminatas, quam cognitatas rectas habent, serio in hoc incubui negotium, primoque animadverti, æqualem compositionem indeterminatarum modo sequenti obtineri posse. Sit Curva quæcunque GDBCKL, rectæque indeterminatæ GK & LC; nec tantum, prout Des-Cartes vult, assumantur $GI = x$, & $IC = y$, ad curvæ naturam definiendam, sed etiam $IK = u$, & $LJ = z$, atque ex hisce quatuor rectis determinetur Curvæ natura: ita semper theoremata, ut patet, inveniuntur, æqualem compositionem indeterminatarum quantitatum habens. Verum hoc non sufficit, sed *secundo* notandum, ut hæc theoremata etiam æqualem facilemque compositionem circa cognitatas quantitates nanciscantur, maxime attendendum esse, quænam cognitatas sint eligendæ; alias enim compositio mirum in modum difficilis evadet, ceu calculus in singularibus quibusdam exemplis me docuit. Hic autem sequentia observavi; si Curvæ natura determinata sit, etiam lineæ maximæ

TAB. IV.
Fig. XI.

HB & DF dantur, per varias methodos maximum determinandi; & hinc quoque AD & AB tangentes Curvam in punctis D & B. Ex hisce ergo AD & AB ut cognitis assumtis, & indeterminatis GI, IC, IK & IL theorematata inveniuntur pro omnibus curvis, æqualem compositionem etiam quoad cognitatas habentia. *Tertio* vero, ut generalitatem theorematum talium consequamur, expedit ut non particularibus curvis hæc adplicetur methodus, sed omnibus ejusdem gradus in universum: ita enim pulcherrima proveniunt theorematata, quæ vel a tyrone analyseos calculo investigari possunt, ut necesse non sit, plura huc adferre, præsertim cum ad alium locum pertineant. Id tantum adjicere lubet, non solum hæc methodo problema *Bernoullianum*: Curvam invenire talem, ut summa segmentorum ad potentiam datam elevatorum sit perpetuo eadem; sed adhuc universalius, ut summa illa sit ad aliam quantitatem constantem in quacunque ratione data, resolvi posse, atque insuper determinari, quantum in Curvis Geometricis id possibile sit aut impossibile; Tametsi problema istud pluribus aliis, atque jam quidem indicavi, modis resolvi possit: quos inter adeo faciles sunt, ut vix ausim eosdem in his Actis tam Eruditi Orbis conspectui exponere. Uti etiam resolutio ejusdem præcipua mihi causa non fuit, ut theorematum supra dictorum mentionem facerem, sed potius ut doctis Geometris significarem, per ejusmodi theorematata universalia quadraturarum possibilitatem aut impossibilitatem singulari ratione posse determinari.

Ex his Lector perspicax facile videbit, quomodo intelligenda verba mea, quibus indicavi proprietatem duorum rectorangulorum æqualium non esse circulo essentialem, sententiamque meam longe diversam ab illa, quam Dn. *Bernoullius* fuisse mihi suspicatur. Ipse quoque, si Acta inspicere non gravetur, deprehendet, nullibi me dixisse in ea illum sententia esse, Curvas per focos describi non posse, sed tantum, quod videatur esse in hac sententia. Non ignoro quidem, a nemine hæctenus demonstratum esse, Curvas Geometricas ex focus simplicibus seu punctis per fila delineari posse, sed dudum tamen ejus rei facillima demonstratio mihi nota fuit. Alia, quæ publico pollicitus sum, suo tempore, quamprimum mea permittent negotia, consequentur, exsolvamque, ut spero cuncta, quæ debeo; imo illa etiam, quæ jam A. 1690 mense Febr. in A. E. p. 68, promisi: cum huc usque
nihil

nihil viderim, quod a mea me sententia dimoverit, quamvis prægnantes ob causas adhuc ab eorum publicatione abstinuerim.

EXCERPTA EX TRANSACTIONIBUS PHILOS. ANGLIC.

M. JAN. 1695.

EPISTOLA MISSA AD PRÆNOBILEM VIRUM D. CAROLUM Mountague Armigerum, Scaccarii Regii apud Anglos Cancellarium, & Societatis Regiæ Præsidentem: in qua solvuntur duo problemata Mathematica a Johanne Bernoullio Mathematico celeberrimo proposita.

Problema I.

Investiganda est curva linea ADB, in qua grave a dato quovis puncto A ad datum quodvis punctum B vi gravitatis suæ citissime descendet. TAB. IV,
Fig. XII.

Solutio.

A dato puncto A ducatur recta infinita APCZ horisonti parallela, & super eadem recta describatur tum Cyclois quæcunque AQP recta AB (ductæ & si opus sit productæ) occurrens in puncto Q, tum Cyclois alia ABC cujus basis & altitudo sit ad prioris basem & altitudinem respectivè ut AB ad A Q. Et hæc Cyclois novissima transibit per punctum B & erit curva illa linea, in qua grave a puncto A ad punctum B vi gravitatis suæ citissime perveniet. Q.E.I.

Problema II.

Problema alterum, si rectè intellexi (nam quæ in Actis Lipsiæ ab Auctore citantur ad id spectantia nondum vidi) sic proponi potest. Fig. XIII. Quæritur curva KIL ea lege, ut si recta PKL a dato quodam puncto P, cum Polo utcunque ducatur, & eidem curvæ in punctis duobus K & L occurrat, potestates duorum ejus segmentorum PK & PL a dato illo puncto P ad occursum illos ductorum, si sint æque altæ (id est vel quadrata vel cubi vel quadrato-quadrata, &c.) datam summam PKq + PLq vel PK^{cub.} + PL^{cub.} &c. (in omni rectæ illius positione) conficiant.

Solutio.

Per datum quodvis punctum A ducatur recta quævis infinita positione data ADB, rectè mobili PKL occurrens in D, & nominentur AD, x; & PK vel PL, y, sintque Q & R quantitates ex quantitatibus quibuscunque datis & quantitate x quomodocunque constantes & relatio

tio inter x & y definiatur per hanc æquationem $\sqrt{y} + QY + R = 0$.
 Et si R sit quantitas data, rectangulum sub segmentis PK & PL dabitur, Si Q sit quantitas data, summa segmentorum illorum (sub signis propriis conjunctorum) dabitur. Si $QQ - 2R$ datur, summa quadratorum ($PKq + PLq$) dabitur, Si $Q^3 - 3QR$ data sit quantitas, summa cuborum ($PK^3 + PL^3$) dabitur. Si $Q^4 - 4QQR + 2RR$ data sit quantitas, summa quadrato — quadratorum ($PK^2q + PL^2q$) dabitur. Et sic deinceps in infinitum. Efficiatur itaque ut $R, Q, QQ - 2R, Q^3 - 3QR$, &c: datae sint quantitates, & problema solvetur. Q. E. F.

Ad eundem modum Curvæ inveniri possunt quæ tria vel plura abscindunt segmenta, similes proprietates habentia. Sit æquatio $\sqrt{y} + Qyy + Ry + S = 0$, ubi Q, R & S quantitates significant ex quantitatibus quibuscunque datis & quantitate x utcunque constantes; & Curva abscindet segmenta tria. Et si S data sit quantitas contentum solidum illorum trium dabitur. Si Q sit quantitas data, summa trium illorum dabitur. Si $QQ - 2R$ sit data quantitas, summa quadratorum ex tribus illis dabitur.

THOMÆ CRENI

ANIMADVERSIONUM PHILOLOGICARUM ET HISTORICARUM

Pars secunda.

Lugduni Batavorum, apud Davidem Severinum, 1696. in 8vo,
 Constat plagulis sedecim.

Qui Acta nostra A. 1695. mense Septembri publicata evolvere dignatus fuerit, p. 419. s. Animadversionum Crenianarum partem primam memoratam, & notatu quædam digniora hinc excerpta deprehendet. Istam igitur cum altera nunc pars exceperit, non possumus, quin & de ea verborum non nihil faciamus. Sicut autem in colligendis doctissimorum Virorum codicibus & manuscriptis diligentem admodum se nunquam non fuisse Auctor clarissimus testatur, (quod quidem non sine detrimento rei suæ familiaris factum, p. 92. harum Animadversionum monet,) ita nunc etiam non natas solum ex diversorum codicum collatione observationes varias, sed varia quoque *νεμύλια*, nondum hæctenus impressa, cum erudito Orbe communicat. Ini-

Initium præsentis partis cum initio prioris conspirat, dum exempla aliquot omiffarum in repetitis librorum editionibus dedicationum præfationumque veterum recensere pergit. Passim vero deinceps ea inserit, quæ ad noscendos plenius Scriptores quosdam celebriores, qua veteris, qua recentis ævi, pertinere videntur; quandoquidem de cujusvis & persona & editis in lucem publicam monumentis judicia, ut plurimum in utramque partem lata, refert. Legas proin non pauca hujus generis, eaque ad curiosi cujusvis palatum futura, de Alberto M. p. 2, de Vitruvio & Horatio p. 10, Plutarcho & Vellejo p. 12, Henrico Cornelio Agrippa (cujus mentionem dum facit, rationes simul allegat, ob quas a magiæ crimine, quod ipsi plures intentant, absolvendus sit,) p. 13, Jacobo Sadoletto p. 17, Antonio Palcario p. 18, Conrado & Johanne Bergiis p. 27. 37, Jac. Acontio p. 30, Paulo Merula, Gaudentii filio, p. 110, Andrea Dudithio, (quem potius Duditium scribendum esse, e quadam epistola, manu ipsiusmet exarata probat,) p. 138, Conrado Grafero p. 155. 164, Petro Kirstenio p. 168, Bodino p. 177, Avicenna p. 184, Phalaride, (quem a quamplurimis ob tyrannidem illius non immerito culpari, sed ob ingenium singulare magni nihilofecius æstimandum sistit,) p. 177, Efromo Rudingero p. 195, & aliis.

Sed & ad veteris Ecclesiæ Doctores oculum subin reflectit Auctor; velut ubi in epistolarum, quæ S. Ignatio vulgo tribuuntur, *γνησιότητα* inquiri, earumque editiones p. 33. delineat; ubi Ambrosium illius in Epistolas Paulinas commentarii, qui sub ejus nomine circumfertur, auctorem esse p. 87. negat; ubi nec sermonem de cruce & passione Domini, nec librum de passione imaginis Christi, ab Athanasio confectum, p. 88. & 165. perhibet.

Nec varia eruditorum quorundam *παρεράματα* notare o-mittit. Maxime autem in J. H. Heideggerum censoriam stringit virgulam, eumque in suo, quod edidit, Enchiridio Biblico, sapius & nomina & religiones Commentatorum confudisse, sæpe quoque in productis eorum ad S. Biblia lucubrationibus cespitasse, nec raro optimas interpretationes omiffisse, p. 101. ostendit. Antonium Teis-serium cum Placcio provocare ait ad Philippi Melancthonis carmen elegiacum Græcum, quo is Siracidem reddiderit. Ast vero se istud nec vidisse nunquam, nec credere, quod in eo conficiendo ille

occupatus fuerit, p. 23. testatur. Quæ in Gerhardi Joannis Vossii Historia Pelagiana carpit & supplet, p. 114. & seqq. legi commodius, quam heic referri a nobis possunt, idemque esto iudicium de iis, quæ p. 82. ad Salmasii Defensionem Regiam observat.

Erudita non minus ac jucunda sunt; quæ p. 82. disserit ad quæstionem: utrum olim Hebræorum Rex, si sui immemorem officii se gessisset, verberibus expositus fuerit? quam quidem negando definit. De modis sepeliendi variis, & sigillatim de sepultura in templis, p. 155. lemmata peculiaria coacervat. Pag. 169. verba 1. Pet. III, 6. illustrat, virumque olim ab uxore frequentissime vocatum reperiri dominum edoget. Dextramine an sinistra latus Christi perfossus fuerit, p. 164. ex aliorum mente disputat. Libelli, cujus titulus: *Sesquiseculum Anglicanum*, auctorem credi Jacobum Thomasiium p. 89 affirmat.

Quod ad MSta ab Auctore in medium producta attinet, in duas ea classes non incongrue diviseris, in quarum una epistolas, in altera vero annotata eruditorum ad libros integros collocaveris. Inter epistolas occurrit p. 97. aliqua Salmasii ad Curatores Academiæ Lugduno-Batavæ, in qua moras suas in Gallia excusat, aliaque p. 99. idem agens ad Jo. Weulinchovium, urbis Lugdunensis Syndicum. Pag. 57. seq. proluxa legitur fanatici illius, Petri Serrarii, epistola, in qua de fatis suis multa fidenter' disserit. Pag. 131. Jac. Acontii literas, iudicium de dogmate Sabellii circa Christum Dei filium continent, exhibet. Pag. 153. Lingelshemii apparet ad Scipionem Gentilem epistola, quæ iudicium fert de Andrea Duditio. Omittimus ipsius Duditii p. 140. allatam epistolam, & alias Pauli Merulæ, Simonis Episcopii, Stephani Curcellæi, Jac. Arminii, quas p. 113. 127. 130. legere est.

Quæ manu sua ad Conradi Bergii Praxin Catholicam Divini Canonis passim annotavit Riverus, p. 27. recenset. Stylum quoque a Salmasio in Defensione Regia adhibitum, adscriptis ad marginem, notis, a viro quodam literato passim taxatum, p. 90. conspiciendum dat. Pag. 10. refert, esse apud se exemplar Horatii, a Jano Rutgerfio anno 1613. editi, ad cuius frontispicium hæc sua manu consignavit Rutgerfius: Dan. Heinsio J. Rutgerfius D.D. in talis amoris signum, qualem neque unquam fuisse scio, neque futurum puto. Frater fratri.

Gerhardi

Gerhardi tractatum de Interpretatione Scripturæ Sacræ, ejusdemque argumenti librum Wolfgangi Franzii, Danahaueri Hermeneuticam, Glassii Philologiam, Zeifoldi Logicam Sacram, Theſaurum Grammaticum Buxtorfii, Grammaticam Græcam Sacram, Novi Testamenti Georgii Paforis, Casparis item Finckii & Mœbii Canones junctim se edere, & imprimis Glassii Philologiam accuratissimo indice augere velle p. 107. innuit. In addendis atque emendandis incidisse se ait in egregium quoddam epistolarum Scaligeri exemplum, quod vir doctus quispiam manu sua totum correxerit, & notis in margine positis nonnullibi auxerit, novæ etiam editioni, ut ex libri principio constat, pararit. Id, si desideretur, typographo se haud negaturum, quin & plures Scaligeri epistolas nondum editas adjecturum pollicetur. Interim tractatum aliquem jam A. 1669. impressam, sed brevem admodum, Josephi nempe Athiæ defensionem contra Samuelis Maresii judicium de Bibliis Hebraicis, per Judæum illum A. 1667. editis, heic p. 121. recudi fecit.

Deinde prolixam subjicit præfationem, quæ ante Fasciculum secundum Dissertationum Historico Critico-Philologicarum (de quarum collectione a Cresio nostro suscepta olim A. 1691. p. 335. diximus,) legi debuisset. In hac de numismate census ad Matth. XXII, 18. varias affert opiniones, & occasione tractatum in Fasciculo illo obviatorum, imprimis de Paradiso terrestri, deque adagiis Scripturæ S. multa commentatur.

PROJET d'UNE NOUVELLE VERSION FRANÇOISE DE LA BIBLE &c.

id est:

LINEAMENTA NOVÆ VERSIONIS GALLICÆ SACRARUM
Literarum, quibus & argumentis & autoritatibus allatis evincitur, Versiones hætenus editas in plerisque locis textus originalis sensum minus apte representate, adeoque perquam esse necessarium, ut nova eaque melior versio concinnetur: quam etiam molitur Lineamentorum horum Autor,

CAROLUS LE CENE,

Roterodami apud Petrum van der Slaart, 1696. in 8.

Alphab. 2. plag. 10.

Vir clarissimus, qui suum de adornanda nova versione Gallica S.

Ff 2

Litera-

- Literarum consilium, specimine isto edito eruditus innotescere voluit, id in eo potissimum egit, ut earum, quæ hæcenus procuræ sunt, Gallicarum versionum, & Genevensis præsertim, nævos per certas quasi classes disponderet. Sub initium itaque statim in iis reprehendit, quod frequentes adeo voces Hebraicas, quales in V. T. *Schilo, Hazazel, Hallelujab*, in Novo *Rbaca, Mammona, Gebenna* & aliæ consimiles sunt, quas interpretari merito debuissent, retinuerint. Deinde quam parum recte sentiant illi, qui literæ textus originalis strictissime inharendum esse existimantes, versiones quæ plane intelligi nequeant, procudi velint, ostendit. Cumque ii hanc suam sententiam Mosis Deut. IV, 2. & S. Johannis Apoc. XXII, 18. autoritate niti existiment, loca illa ex Fagii Grotiique mente explicata nihil plane ad præsens negotium facere evincit, atque tam rationibus puerilem istam superstitionem impugnat, quam exemplis compluribus monstrat, quam nullo plane sensu pleraque vertantur, si literis & apicibus strictè nimis inhareamus. Sic v. g. i. Tim. II, 14. facillime intelligi posse verba Pauli existimat, si ex commate præcedente vox *primus* repetatur, hoc modo: *Et Adam non est seductus primus &c.* Sic alia quam plurima loca in versionibus vulgatis oppido obscura, in luce clariori posse collocari, observat. Cum autem porro ea, quæ figurate in S. Literis dicuntur, facile turbare rudiorum mentes possint, non abs re fore censet, si interpres propriis verbis illa eloquatur. Ubi itaque de manibus Dei sermo, omnipotentiam ejus, ubi de oculis, scientiam, ubi de visceribus, misericordiam mavult substitui. Taxat propterea versionem Genevensis, quæ Ebraicam vocem פנים, *faciem* proprio significato, figurato *iram* sæpissime denotantem *faciem* tamè frequentissime transtulerit, ubi de *ira* sermo est: quam & alias hujusmodi expressiones superstitiose nimis quandoque inculcare arguit. Præsertim autem observat, hyperbolicos istos loquendi modos, quibus orientalium autorum more sacri Scriptores usi fuerunt, neutiquam secundum literam esse accipiendos. Sic omnem istum Esaie sermonem, quo capitis XIII commate 10 terribile Dei judicium, in Babylonios exercendum, ob oculos ponere auditoribus suis satagit, non alium quam istum sensum admittere dicit: *terribilia mala Regibus Babylonia evenient, incidentque illi in manus inimicorum suorum, qui crudelissime, nulla misericordia*

cordia rati, in eos deservient. Et quamvis in hujusmodi locis sensum tantum exprimendum esse, verbis omnino repudiatis, non judicet, cum verba æque illustra linguæ nostræ suppeditare nequeant; id tamen, quod Christus de Regina Sabæ dicit, venisse eam ab extremis terræ, vertendum omnino putat: *quod venerit e regione valde distant.* Sic phrasæ, quibus omnes homines mendaces dicuntur, aliasque confimiles, additis vocibus *pene, ferme,* vel aliis hujus generis mitigandas censet. Sic, ut id quoque addimus, Gen. XI, l. vertendum esse autumat: *omnes terra incola eodem animo erant, eadem consilia agitabant.* Dum autem ita in versionibus reformandis versatur, quæ fata olim hodieque experti fuerint, qui tale quid ausi sunt, Hieronymus, Santes Pagninus, Erasmus, Junius & Tremellius, Beza, item ii qui versionem, quæ ex Portu Regali prodiit, concinnarunt, expendit: quorum tamen omnium, utcumque primum impugnatorum, cum grata mente plerique operam hodie agnoscamus, sibi quoque de omnium favore non desperandum censet. Præcipue cum ii, qui vel impensissime favent Genevensi translationi, omnino tamen mendis eam carere affirmare non audeant; ipsi proinde ejus emendationem, quæ tamen plerumque in exoletarum vocum phrasiumque eliminatione subfiterit, aliquoties aggressi: quo tamen postremæ Synodi Nationalis Ecclesiarum Gallicarum, quæ celebrata fuit Julioduni anno 1659, decretis nondum sit satisfactum. Istis obiter annotatis, ad versiones literæ textus originalis strictè nimium in hærentes redit, quas vix alteri cuiquam usui inservire posse, quam linguæ Ebraicæ Græcæque addiscendæ putat; unde & Santes Pagninus apertè profiteatur, harum linguarum studiosis solummodo operam translatione sua navare se voluisse. Instruendæ autem in voluntatis divinæ cognitione Christi plebi plane idoneas illas non esse censet; indeque Augustino quoque & Hieronymo improbatas eas fuisse docet: imò Christum quoque æque Apostolos, Veteris Testamenti allegantes testimonia, sensum sæpius, quam verba representasse observat. Atque ut fortius impugnet versiones literam exacte nimis sequentes, earum abusum plerisque superstitionibus originem dedisse docet. Et inter alia hujus rei exempla, validissima Romanæ Ecclesiæ argumenta, quæ ex S. Scriptura pro Sanctorum cultu petere solet, evanesce-

p. 42

p. 43

p. 50.

c. IV.

p. 58.

c. V.

c. VI.

p. 82.

- c. VII. re observat, si inepta translatione literali neglecta, sensus exponatur. Quemadmodum autem versiones nimium literales superstitiones, ita errorum inutiliumque controversiarum vastissimam molem hujusmodi versionum navos peperisse, deinceps conqueritur. Sic Origenem, & ante eum Judæorum haud paucos, de impiorum dubitasse resurrectione, quod secus, quam debebant, acciperent, versaque haberent loca Davidis Psalm. I, 5. & Esaïæ cap. XXVI, 14. Sic Diabolis ad gratiam reditum patere, eundem Origenem confirmasse ex Pf. XXXI, commate 20, nihil habente, quo ejus errorem retunderet, Augustino, cum LXX Senum versio manifeste Origeni favere videretur. Sic quoque, ~~■~~ alia taceamus, unicæ vocis Luc. XIV, 23 falsam interpretationem arma Pontificiis suppeditasse, quibus suam de hæreticis interficiendis persequendisque doctrinam parum humanam tueantur. Præterea plane ineptas esse versiones literæ nimis inhærentes, quæ plebis Christianæ usibus inserviant, evincit; adeo eas esse obscuras, ut intelligi non possint, ingenti exemplorum farragine demonstrans. Ex iis ut unum e multis commemoremus, obscurissimum esse monet, prout in omnibus fere versionibus exhibetur, locum Genes. IV, 7. In eo tamen si observetur, vocem **וַיִּשָׂא** opponi verbis proxime præcedentibus **וַיִּשְׂרֹף פְּנֵי**, adeoque elevationem vultus significare: per **וַיִּשְׂרֹף** autem notari sacrificium expiatorium, quod deinceps **וַיִּשְׂרֹף** h. e. ad ostium tabernaculi offerri solebat, perquam claram emergere versionem istam existimat: *Si bene agis, vulcu eris erecto: ast secus si feceris, expiatorium sacrificium ad ostium novæ procumber? Et Abel ad te confugiet, tuæque auctoritati sese submittes.* Id enim ultima verba sibi velle, ex simili phrasi Genes. III, 16 probat. Hujusmodi exemplis compluribus coacervatis, aliis quamplurimis ostendit, versiones parum accuratas id efficere haud raro, ut sibi ipsi contraria Scriptura esse videatur.
- p. 88. Inter quæ ultimo loco minime reponit id, quod Ez. XX, 25 de legibus suis non bonis dicere Deus videtur; quem tamen locum nihil omnino difficultatis habere ait, si suppleatur in versione omissa per ellipsin interrogativa **וְ**, & vertatur ac si legatur **וַיִּשְׂרֹף וְ** *Acque num queso ego dedi iis præcepta, quæ bona non sunt?* Aliis oppido multis Scripturæ locis ad hanc classem spectantibus examinatis, per saturam quasi nonnullos versionum navos indicat, atque im-
- p. 94.
- c. VIII.
- p. III.
- c. IX.
- p. 153.
- p. 168.

imprimis de nominibus quibusdam divinis agit, quomodo ea rectissime transferenda sint, exponens: nec non de vocibus quibusdam Hebraicis, quales *Rephaim*, *Ariel*, *Theli* & consimilibus, quarum difficilior est interpretatio: & speciatim de arborum plantarumque nominibus, quæ sæpe in versionibus vernaculis confundi & perperam exponi soleant. Ea inde loca hujusmodi versionum notat atque emendat, in quibus gemmarum nomina male expresserunt. Quibus denuo diversi generis errores subjungit, ac postea eos commemorat, quibus rituum morumque veterum ignorantia occasionem dedit. Quam varie porro in ponderibus & mensuris explicandis versiones aberraverint docet, utpote quas vel Ebraicis nominibus servatis plane non, vel perperam explicaverint. Personarum quoque sæpius nomina cum regionum gentiumque nominibus confusa esse observat, non attendentibus S. Literarum interpretibus; regna, urbes & nationes autorum fundatorumque ac regum suorum nominibus frequentissime appellari. Ejus rei exempla illustria ex Genes. X, & 1. Chron. I. affert: ibi enim commemoratos *Misraim*, *Ludim*, *Kittim* &c. pro singulis personis, versionum vitio, a plerisque haberi ait, per quos tamen integræ nationes sunt intelligendæ. Speciatim quoque hic agit de phrasibus $\pi\alpha\sigma\alpha\ \eta\ \gamma\eta$, $\pi\alpha\sigma\alpha\ \eta\ \chi\omega\sigma\alpha$ & consimilibus, in quibus haud raro versiones impingant. Nominaque regionum locorumque studiose annotat, quæ monstris factisque incredilibus, monströse explicata, locum fecerint. Quemadmodum Judic. XV, 19 omnes versiones petram mortariū instar excavatam, quæ *Maltres* appellabatur, in asini maxillam transmutasse, Vatablus, Junius, Tremellius & L. de Dieu observarunt. Regiones porro populosque cum regionibus populisque confusos esse, sæpissime notat; similesque errores in fluviorum & marium transferendis nominibus admissos docet; item in iis, quæ ad personas pertinent, aliasque rerum circumstantias: ubi inter alia quamplurima loca, quæ de Judæorum in patriam reditu agunt, de eorum conversione, & vice versa, quæ ad conversionem eorum pertinent, de reditu in patriam accepta esse observat. Integro postea eoque satis prolixo capite ostendit, omnia fere animalia, quorum in S. Oraculis mentio est, vel in alias plane res in versionibus transmutata, vel perperam inter se confusa esse. Ast cum hætenus recensiti errores

p. 180.

p. 217.

c. X.

p. 260.

p. 266.

p. 271.

c. XI.

c. XII.

p. 318.

p. 320.

p. 323.

p. 330.

p. 332.

p. 362.

p. 367.

c. XIII.

c. XIV.

- rores exigui esse momenti quibusdam videri queant, jam denique ad graviores procedit, quos impiorum hominum flagitiis patrocinari posse persuasum habet. Sic locum Deut. XXI comm. II seqq. pro-
 p. 431. ut in Genevensi, Tigurina & Vulgata versione habetur, minime ex-
 primere ait averfionem, qua Deus prosequatur libidinosos cum exte-
 ris atque captivis concubitus: quam longe rectius significet, si ita ver-
 tatur: *Si videas inter captivas egregia forma feminam, ejusque amore*
capiaris, ita ut eam rapias (violentum enim raptum hic significari
 putat) *quo uxor tua evadat: in domum tuam adducatur, suumque*
caput tondeat, & unguis crescere sinat (ut scilicet hac deformitate
 sua a consilio tuo te avertat) *imo & vestimenta* (elegantiora) *dimitt-*
 p. 458. *at, quibus, cum caperetur, induta fuit.* Præsertim autem hac occasione
 versionem Genevensem castigat in omnibus iis locis, in quibus de
 induratione in peccatis agitur, vel de divina etiam circa peccata pro-
 videntia, quæ ita in ea plerumque repræsententur, ut ad Deum in-
 p. 469. durationis peccatorumque culpa redundet. Locum quoque 2
 Reg. V, 18 inter alia producit, quem ita plerumque verti ægre fert,
 ut favere videatur iis, qui aulicis ministeriis implicati, superstitionis
 ceremoniis quandoque aliquid tribuere coguntur: cum plane non
 p. 473. faveat, si, quod patiuntur Hebraica verba, ita vertatur, ut de præte-
 rito tempore Naaman loqui intelligatur. Ea porro loca ex institu-
 to examinat, quæ opinionem parere possent, ac si Dei consilio &
 prædeterminatione horrenda maxime crimina patrata fuerint, qua-
 lia sunt Act. II, 23. IV, 27. 28. I Pet. II, 8 &c. item alia, quibus Deus
 autor humanæ infelicitatis videtur constitui. Et quis omnia enar-
 raret, quæ offensioni in plerisque versionibus esse possent, a cl. Au-
 tore accurate plerumque indicata? Ad finem denique properan-
 dum, quem huic specimini imponit, ubi æquivocas Ebraici Græci-
 que textus voces, multis versionum erroribus originem dedisse,
 c. XV. monstrasset: quas, cum eo sensu essent explicandæ, qui scopo sa-
 crorum Scriptorum convenientissimus est, ita plerumque expositas
 esse observat, ut opiniones sectæ, in qua nomina profitebantur in-
 terpretes, exigere videbantur, vel etiam sensu plane obscuro esse
 p. 775. translatas. Ut hic quoque ex tot exemplis illustrissimum aliquod
 adducamus, omnem de Justificatione controversiam pendere ab
 æquivocis vocum *δικαίω* & *πίσις* acceptionibus monet, Cum s-
 nim

nim illa quandoque *absolvere reum*, nonnunquam *condemnare* eum, alibi *justum facere*, item *justitiam inspirare*, vel *media justitiam exercendi suppeditare* significet: hæc autem nonnunquam *simplicem persuasionem*, nonnunquam *fiducialem apprehensionem*, imo *objectum etiam fidei* notet; facile omnes illas de Justificatione nostra coram Deo controversias componi posse arbitratur, si ubique scopo convenientis vocibus istis explicatio adhibeatur.

OEUVRES MESLÈES DE MONS. CHEVREAU.

Id est:

OPUSCULA MISCELLANEA URBANI CHEVRÆI.

Hagæ Comit. apud Adr. Moëtjens, 1697, 12. alph. i. plag. 6.

URbani Chevraei nomen jam tum illo tempore in republica litteraria clarum extitit, quo Christina Sueciæ Regina florem viro- rum eruditorum ex Germania, Gallia, Belgio in suam aulam. evocaverat. Nam & Chevraeus summis illis viris admixtus est, quo- rum doctissimis sermonibus Pallas illa Borealis ardua imperii nego- tia dispungere consueverat. Christina regno abeunte, Noster au- ctorari se passus est, ut Regi successoris esset ab epistolis. Exar- descende vero belli Polonici flamma, Lodunum in patriam rever- sus ad otium litterarium sese retulit, perscriptisque ad eruditos Galliz viros, imprimis Tan. Fabrum, litteris, ingenii variazque do- ctrinæ stricturas subinde emisit, Vicissim doctissimus ille Salmuri- ensis Professor eidem Chevraeo plures epistolas philologicas a se editas inscripsit, ex quibus perspicere licet, quantum is huic Viro in critica arte tribuerit. Unde haud immerito Bailletus, in *Judiciis Eruditorum de præcipuis Criticis parte II Tomi II pag. 488*, Urbanum hunc inter illustriores Grammaticos seu Criticos retulerat, qui qui- dem ipsius ævo floruerint. Quod quum ita accipi potuisset, ac si in vivis non amplius esset Chevraeus, Bailletus in iis, quas *Judiciis Eruditorum de Poetis præmisit, priorum tomorum Correctionibus pag. 202*, lectores admonuit, non modo superesse ipsum, sed & parare opus Chronologicum & Historicum: quod quidem Gallice scri- ptum, præferensque titulum *Historia Mundi*, anno 1686 prima vice Pa- risiis est editum, cumque denuo anno 1689 prodiisset, a nobis in To- mo I Supplementorum pag. 390 fuit recensum, nuncque quartum

Gg

mul-

multis accessionibus locupletatum proditurum dicitur. Hujus ergo Scriptoris, qui maximum hujus seculi spacium vivendo emensus est, anno quippe tertio decimo hujus seculi (quod effigies operi præmissa indicat) in lucem editus, *Miscellanea* nunc sistimus, quibus continentur Epistolæ & Poemata, diversis quidem temporibus conscripta, multa tamen a grandævose Sene his proximis annis sic elaborata, ut de ingenii elegantia ac viriditate senectutē nihil detraxisse sentiamus. Possunt veron incommode ad duo veluti capita referri, quæ his opusculis continentur. Alia enim ingenium & eloquentiam Scriptoris sapiunt: alia multam lectionē & eruditionem variam, in emendandis dijudicandisve veterum & recentiorum scriptis produunt. Quamquam & ingenii operibus gratos Chevræus aspersit eruditionis flosculos, & eruditæ κρισεως severitatem amœno ingenii lepore mitigavit. Neque enim ex illo genere eruditorum est, qui cruda & indigesta multarum rerum notitia onerarunt memoriam, multaque lectionis laude omnem eruditionis ambitum metiuntur; sed ita in veterum Romanorum, Græcorum, Hebræorum, Arabum etiam, monumentis versatus est, ut altero oculo vitam moresque hominum respiciens, ex variae doctrinae copiis fructum perciperet sapientiae. Hinc factum, ut ingenii elegantiae non modo nihil offecerit contracta cum veteribus familiaritas, sed lumen potius illi decusque conciliaverit. Cui rei argumento sunt non minus polita hæc, quam erudita *Miscellanea*, in quibus primum locum tenent Epistolæ, inde usque ab anno hujus seculi LII ad amicos perscriptæ: quarum prima negat vitio vertendam carminis lugubris scriptori aliquam negligentiam; neque enim luctui convenire periodos calamistratas & ad numerum cadentes. Altera in Seuderio, nobiliter Gallos Eroticorum scriptore, laudat ingenii fertilitatem, & ad instar Jovis Lucianici *τοκάδα κεφαλήν*, eundemque Platonicæ philosophiæ, non fructibus modo sed & floribus conspicuæ, in genere epistolico vocat instauratorem. III ad Sakmasium data queritur, Gallos mutuis obrectationibus in aula Suecica nomen suum gentile infamare. IV solatur Tristandum, Poëtam Gallum, cujus versus Reginae Suecorum minus placuerant: multisque exemplis probat, viros doctissimos in ferendis sententiis inter se dissidere, rejicientibus aliis, quæ ab aliis fuerant laudata. V Dujatio Ju-

P. I.

P. 4.

P. 7.

P. 9.

P. II.

recon-

reconfulto Parifino confirmat, magni eum a Regina Suecorum fieri, litterasque illius magnopere probari. VI in Medicum, eundemque Poëtam pessimum, Burdelotium invehitur. VII deplorat obitum Balsaci, quem parentem vocat eloquentiæ Gallicanæ. VIII Christinæ animum vitæque rationem profus immutatam, post abdicationem regni, fatetur; negat vero illam vi aut necessitate adductam descendisse folio regio, sed sua sponte id consilii cepisse asseverat. IX ridet carminis cujusdam tumorem. X venuste gratulatur Razillio præfecturam Hagenoæ militarem. XI in depravatam Provincialium poëtarum gustum ludit, & sacram quoque poësin omnes delicias & Veneres carminis recipere, exemplo Sanctamantii docet. XII Tanaquillo Fabro amicitiam, quam expetierat, offert; timetque, ne exemplo Scaligeri & Salmasii, a Batavis & ipse Galliæ eripiatur. XIII ejusdem fere est argumenti, sed exigente Fabro Latine scripta. XIV Fabricio Theologo Heidelbergensi vices reddit, qui litteris ad Fabrum datis Chevræum nostrum laudaverat. XV Criticum quendam explodit, qui Balsacium negaverat eloquentem, nec Scaligeros a Principibus Veronæ oriundos fuisse concedere voluerat; quorum gloria litteris quæsitæ longe sit anteponenda nobilitati generis. XVI exponit Bocharti sententiam, unde ad Gentiles profluxerit opinio a Judæis a sinum adorari; ejusdemque argumenti Dissertationem a Jo. Frontone conscriptam petit. XVII deprecatur laudes a Lnd. Frontone in se congestas. XVIII negat Alexandro Moro, ad eruditum quoddam certamen provocato, opus esse suo auxilio. XIX agit de ratione commentariorum suorum in Malherbam, celebrem Poëtam Gallum. XX recusat oblatum sibi a Duce Brissaco Canonici locum. XXI amico scripta a se edita petenti negat sibi ulla superesse, eaque optat periisse, indicatque ævos, quibus ea laborent. XXII judicium fert de Alex. Moro, tunc Ecclesiaste Carentonensi, viro disertio & Latinis, Græcis atque Orientalibus litteris probe exulto: quem vulgus Dallæo prætulit, sed qui Dallæum non sibi modo, verum & Calvino ipsi, anteponendum censuerit. Videatur & de eodem judicium p. 409. XXIII, eaque Latina, ejusdem Mori promissas requirit epistolas. XXIV senis cujusdam cum juvencula inauspicatum matrimonium facete narrat. XXV mittit ad Fabrum tres characterismos seu ethopocias, ut Rhetores vocant, Tre-

- p. 78. mollia Duci exhibendas. XXVI poemata Frizonis e Soc. Jesu sibi
 p. 80. donata laudat. XXVII jussu Landgravia Hassiaca ab auctore Cassel-
 p. 84. his agente ad illustrem foeminam Gallicam exarata, tota est officiosa,
 & in laudibus ejus versatur, ad quam scripta est. XXIIIX narrat, se
 ex solitudine & otio in lucem & negotia rursus protractum, nunc
 p. 86. Hafniae agere, ubi aulae regiae sanctitatem satis mirari non possit.
 XXIX relicta vita actiuosa in otium & secessum suum redire cupit, fruique
 voluptate ex floribus ab amico sibi promissis. XXX modeste
 p. 88. elevat spem ab amico injectam, fore, ut ipsius quoque ratio habeatur
 inter eruditos illos, quibus Regis Galliae liberalitas annum hono-
 p. 90. rarium constituit. XXXI vitam tranquillam & otium litteratum,
 praefert splendori & potentiae, quae publica & tumultuosa vita pari-
 p. 93. ri possit. XXXII Dacerium filium patri remittit, affirmans littera-
 p. 94. tis in aula vix ullum relinquere locum. XXXIII laudat Frizonis Dissertationem
 p. 96. de poemate, & XXXIV ejusdem Xaverium, prosa & carmine descriptum.
 p. 98. XXXV deterret a versibus scribendis amicum, qui invitis Musis carmina pangebatur; & quum veritatem hanc
 illi ingrati fore suspicaretur, historiolum affert de Christina Regina,
 quae Romae statuam nudae veritatis magna voluptate intuens
 & dilaudans, Cardinale quodam, qui officii causa illam sequebatur,
 exclamante, rarum esse in Regibus amorem veritatis, dixerit:
 p. 101. *credo, neque enim omnis veritas est marmorea.* XXXVI esse doctos
 quosdam ingenii & judicii expertes, & contra ingeniosos multos
 & disertos nulla doctrina imbutos, gemino exemplo comprobatur.
 p. 104. XXXVII suas in Malherbae poemata observationes manuscriptas ab amico
 cum Menagio communicatas, & ab hoc excerptas editasque pro suis
 queritur. XXXVIII dotes P. Oliverii, cujus libro quodam donatus fuerat,
 p. 109. praedicat. XXXIX notat Poetam quandam venae sterilioris, sed sibi
 valde Suffenum, & carmina in orationem profanam translata Venere
 sua exui observat. XL Cenomanensium Duci novum annum gratulatur.
 p. 114. XLI e versu Gallico efficit epigramma Latinum in Jos. Scaligerum,
 & versionem duorum Virgilii versuum affert. XLII in Rabbino-
 rum lectione quae occurrant ridicula & absurda, & contra, quae
 scite dicta & sapienter praecipita, refert, nonnulla etiam versibus
 p. 125. exprimit. XLIII disputat de Pysyllis, quae arte serpentum morsus
 curaverint; & simul de variis antidotis disserit.

ferit. XLIV amico adversa valetudine laboranti respondet, sibi p. 134.
 (tum octogenario) causam non esse, cur senectutem vocet morbum;
 eruditionis vero suae quae sit ratio, modeste ostendit. XLV illustri p. 137.
 Foeminae promittit librum quendam suum simul ac prodierit, ei-
 demque indicat, se in usus suos confecisse librum precum e ver-
 bis Scripturae contextum, quem inscripserit *Breviarium Eremita*.
 XLVI duas foeminas depingit, alteram deformem, exsuccam & ta- p. 139.
 citurnam, alteram loquaculam & licentiosem. XLVII frustratus p. 141.
 promissis a Monacho floribus, nusquam tutam esse fidem conque-
 ritur. XLIX seni octogenario exprobrat studium poetandi Apol- p. 144.
 line nullo, & XLIX reprehendit ejus consilium nuptias contrahen- p. 148.
 di cum puella vicina. L deflet obitum Car. Catonis Curtii, (ad p. 151.
 quem extat epistola Latina p. 241.) & quantus vir fuerit, ostendit. p. 153.
 Hinc pluribus Epistolis metro illigatis Cenomansium Duci, Lu- feqq.
 dovico Augusto Borbonio, Regis Galliae filio naturali, disciplinae ac p. 220.
 fidei suae credito, saluberrima praecepta morum instillat, eundem- feqq.
 que litteris aliquot Latinis ad studium linguae hujus potissimum ex- p. 359.
 citat. Quae sequuntur Epistolae, sunt criticae & philologicae, quibus 538. 547.
 vel carmina Gallica inter se aut cum Italicis Latinisque contendit, p. 361. 369.
 fontesque imitationis unde proflexerint, demonstrat: vel etiam de 527. 609.
 Graecis Latinisque convertit, aut ab aliis conversa examinat: vel p. 243. 253.
 locutiones quasdam & translationes tuetur Graecorum Latinorum- 279. 286.
 ve auctoritatibus, ac recentiorum magni nominis Poetarum exem- 384. 522.
 plis illustrat. Nonnunquam & vitia styli notat, veluti inanes argutias, p. 263. 363.
 frigidas allusiones, translationes audaciores, hyperboles usum nimium 525.
 & intempertivum, gentilium Deorum nomina vero Deo profane p. 504.
 applicata, obscena, *xano Parata*, quaeque pudori & honestati ullo mo- p. 376.
 do adversantur, metaphoras rerum dignitati impares, aliena aut re- p. 487. 520.
 pugnantia rerum attributa, ut cum facitribuitur invidia. Observat p. 598.
 quoque plurima, quae ad linguae Gallicae usum & puritatem in primis faci- p. 269. 274.
 unt. Sed & in vocum origine, proprietate & significationem inquiri- 311. 443. usq;
 rit: veluti quo sit etymon *Tragedia*, *Gebenna*; Narcissum florem non ad 487.
 traxisse nomen a puero fabuloso; quis color dicatur purpureus, *xud-* 539. 541. 593.
ve; quomodo mors ab Homero dicatur purpurea; vocabula *fortis*, p. 342. 427.
pulcher, *bonus*, significationes inter se permutare; verba sensui cuidam p. 345.
 propria ad alios sensus transferri, ut verba visus ad auditum, & contra; p. 250. 336.

- P. 381. *tenuem* frontem Horatio esse angustam, non vero nitidam; & *atrotem*
- P. 316. animum Catonis, quem idem vocat, esse inexorabilem; pinum ab eodem dici *nobilem silva filiam*, Hebraismi figura. De *grabati* voce notat, eam esse plebejam, & vilem lectulum indicare; Monachum, vero quendam ab Abbate suo excommunicatum, quod in Historia Evangelica *lectum* pro grabato pronunciarit. Significationem autem vocum non origine, sed usu metiendam esse monet. Est etiam, ubi veterum Scriptorum loca emendat & restituit. Sic illum Senecæ locum, epist. 53. quo de podagra dicitur, *utrosque pedes dextros fecit* (de quo Sarravius quoque Salmasium consuluerat) Faber conjecerat legendum, *utrosque pedes tumefecit*, Noster mavult *utrosque distortos fecit*. In Hieronymo, qui Porphyrium *Bathanaoten* & *sceleratum* vocat, rescribit de sententia Tanaquilli Fabri *Botanioten*, ut qui herbis vescebatur, Suidam Noster bis corrigit: primum in voce *μαράργος*, ubi de Polycrate annulum in mare projectum recipientem narratur historia, & his verbis concluditur, *ἐλεγχθῆναι βεβαιότητι τῆς Θεοσεβείας*, Noster reponit *τῆς εὐτυχίας*. Deinde ubi Commodus fertur colosso Rhodi suum imposuisse caput, pro *τῆ ἐν Πόδω*, legere jubet, *τῆ ἐν ἰερᾷ ὀδῶ*. In Petronio improbum mulieris dictum: *hoc* (vasculum) *cras in promalside libidinis militabit*, distinctione sanat & legit, *mi*, seu *mibi*, *litabit*. Ubi & observat, & exemplo e Petrarcha petito comprobat, literas capitales in vetustis codicibus omittas, ut a pictoribus exornarentur, erroris & depravationis sæpe occasionem fuisse. Emendatum a Fabro versusum Horatii jam tum a Piccarto in Periculis Criticis; locum Taciti de moribus Germ. a Colero & Conringio; versusum Ovidii a Gifanio, Doufa, Salmasio ita lectum & restitutum esse monet. Correctionem Scip. Gentilis, qui in versu Catulli: *Quis illius culpa cecidit velut prasi ultimus flos*, reposuerat *parati*, & Angeli Politiani, qui, in Persii prologo *Pegasium nectar* substituit, ubi *Pegasium melos* legebatur, rejicit, & falsa metri lege utrumque deceptum fuisse arguit. In Grammaticos corruptores librorum, quos emendandos suscipiunt, affert hoc Athenæi: *tria esse magna mala, Grammaticum, malam mulierem, & paupertatem*. De Lucano, Silio Italico & Seneca Tragico judicium doctorum in utramque partem affert. Huartum, auctorem Scruti-

nii ingeniorum, notat, qui Eſaiæ cap. VII. v. 15. explicans, mera ſomnia narraverit, proſus a verbis & mente Scriptoris ſancti aliena. In alium animadvertit, qui negaverat, fas eſſe Deorum gentilium nomina a quoquam memorari, & cultum litterarum jure extinctum affirmaverat, ut religio ſtabiliretur. Ubi refert, in Italiæ quadam urbe ante paucos adhuc annos, cum Senatus cogeretur, a præcone proclamatum fuiſſe: *foras, foras, litterati!* Quin & loca difficilia Scriptorum alicubi interpretatur & illuſtrat: velut Catulli epigramma in Cæſarem; Lucani verſum: *victrix cauſa Diis placuit, ſed viſta Catoni*; nec non Horatii verſum 16. ex Epod. 15. Tuetur & Longini cenſuram in eum, qui luſerat voce *κόρη*, quæ *pupillam oculi & virginem* ſignificat. Sacræ quoque Scripturæ loca exponit: veluti Joh. XIII, 23. quid ſit in ſinu alicujus cubare; dictum Pauli 1. Cor. XVI, 22. ubi de triplici excommunicatione Synagogæ; Matth. XI. II. de Johanne Baptiſta, maximo eorum qui nati ex mulieribus; Matth. V, 21. 22. de voce *Raca*; & Matth. XII, 32. de peccato in Spiritum S. Conciliat quoque locum Gal. I, 8. 9. & 2. Cor. XI, 5. 6. & Evangeliſtas horam morti Chriſti diverſimode indicantes. Denique ſeu Scriptorum dicta illuſtrans, ſeu quæſitis eruditorum reſpondens, multa docet quæ ad eruditionem augendam faciunt: veluti, totum Oceanum Indicum a veteribus dictum eſſe Mare rubrum; alnum non ineptam eſſe navibus exſtruendis; quæ fuerit Dido; Patavinitatem Livio exprobratam eſſe ſtudium Pompejanarum partium; (quæ Beniſi fuit ſententia, a Morhoſo confutata) inter hypocritam & ſuperſtitioſum, quem Galli ſignificantiore vocabulo *bigot* dicunt, quid interſit; quid ſentiendum de miraculo Veſpaſiani; num Arabum lingua ſit omnium copioſiſſima, & qua in re cæteras vincat aut iis concedat; quinam fuerint majores & poſteriores Gamalielis, ad cujus pedes ſedit Paulus, & quod diſcrimen ſit inter *Rab, Rabbi, Rabban.* Inſperſa quoque ſunt ingenii monumenta & poemata, de quibus illorum eſto judicium, qui Veneres linguæ Gallicæ intelligere rectius & arbitrari poſſunt.

LIBRI NOVI.

Rariorum Plantarum Horti Medici Amſtelodamenſis Deſcriptio & Icones, auctore Jo. Commelino. Amſtelod. apud P. & J. Blaeu & Abr. a Somern, 1697. fol. Pbi-

p. 550.
p. 346
p. 347.
p. 349.
p. 418.
p. 390.
p. 603.
p. 648.
p. 617.
p. 621.
p. 630.
p. 633.
p. 638.
p. 624.
p. 640.
p. 331.
p. 333.
p. 355.
p. 424.
p. 627.
p. 646.
p. 653.
p. 660.

Philosophia Mentis & Sensuum, secundum utramque Aristotelis methodum pertractata, Metaphysice & Empirice, a Joanne Baptista Ptolemao Soc. Jesu. Roma ex Typographia R. C. A. 1696. fol.

Trattato dell' Acque Correnti, diviso in tre libri: dato in luce con le delineazioni dal Cavalier Carlo Fontana. In Roma, nella stamperia di Gio. Francesco Buagni, 1696. fol.

Lettere Memorabile, Istoriche, Politiche ed Erudite scritte e raccolte da Antonio Bulifon. Raccolta quarta. In Napoli presso Ant. Bulifon 1697. 12.

Commentarius Academicus & Forensis in duos priores libros Codicis Justiniani, auctore Abrahamo de Pape. Amstel. apud Janssonio-Waesbergios, 1697. 8.

Joannis Ciampini Romani, Explicatio duorum sarcophagorum sacrum Baptismatis ritum indicantium. Roma typis Bernabò, 1697. 4.

Novissima Sinica, Historiam nostri temporis illustratura. 1697. 8.

Jo. Francisci Buddei Elementa Philosophia Practica, quibus Ethica, Jurisprudentia Naturalis ac Gentium, & Politica succincte traduntur. Hala Magd. sumptibus I. F. Zeidleri, 1697. 8.

Joh. Reinhardi Hedingeri Conspectus Naturalis Jurisprudentia Universalis. Ulma apud G. W. Kubnen, 1697. 8.

Güntheri Christophori Sabelhammeri Natura Sibi & Medicis vindicata; sive de Natura Liber bipartitus. Kilia apud I. S. Riechelii, 1697. 4.

Emblemata Moralia, scripta quondam Hispanice a Iobanne de Boria, Latinitate autem donata a L. C. C. P. Berolini apud I. M. Rudigerum, 1697. 4.

Specimen Sapientia Indorum veterum: id est, Liber Ethico-Politicus per vetustus, dictus Græce Στεφάνου & c. Nunc primum Græce ex MSS. Cod. Holsteiniano prodit cum versione nova Latina, opera Sebast. Gottfr. Starkii. Berolini apud I. M. Rudigerum, 1697. 8.

Pastorale Evangelicum, seu Instructio plenior Ministrorum Verbi, adornata a Jo. Ludov. Hartmanno. Ex MSS. B. Autoris posthumo multis in locis auctum. Norimbergæ apud W. M. Endterum, 1697. 4.

Histoire de la Republique de Genes, suivant la copie de Paris 1697. 12.

Suite des Nouveaux Essais de Morale, par Jean La Placette. Tomes III. IV. A Amsterdam, chez G. Gallet,

1697. 12.

* * *

ACTA ERUDITORUM

Publicata Lipsiæ

Calendis Junii, Anno M DC XCVII.

BIBLIOTHECÆ HISPANÆ VETERIS TOMUS I,
complectens Scriptores Hispanos omnes, qui ab Octaviani Au-
gusti imperio usque ad annum M floruerunt, Autore
D. NICOLAO ANTONIO, HISPALENSI J. C.

Ordinis S. Jacobi Equite Sc,

Romæ ex typogr. Antonii de Rubeis, 1696. in fol.
Constat Alph. 5. plag. 20.

INtegra sex abiere lustra, ex quo Vir eruditione & dignitatibus illustris, Nicolaus Antonius, Bibliothecæ Hispanæ tomos duos, seculi XVI & XVII Scriptores Hispanos omnes complexos, in lucem evulgavit. Et spem quidem jam tum fecit, fore fortassis, ut orbi literato aliquando reliquos etiam Viros, qui in gente ista, a primis usque Romanæ Monarchiæ incunabulis, scriptis monumentis posteritati famam suam commendarunt, simili ingenii sui luce collustratos intueri liceret. Veruntamen & vastissima operis istius moles, quod quam fieri poterat perfectissimum doctorum conspectum subire volebat, & quamplurima impedimenta, quæ Viro publicis negotiis vehementer occupato, præter ordinem etiam sese oggerebant, fecerunt, ut vita prius (id quod anno hujus seculi LXXXIV contigit) ipsa fuerit exeundum, quam vivere hunc sortum suum, & inter eruditos versari, videre posset. Præcipue autem id quoque remoratum eum esse videtur, quod postquam anno 1672 Bibliothecam Novam Hispanam Vir doctissimus edidisset, Roma, ubi Serenissimi Hispanorum Monarchæ negotia, Agentis ge-

H h

neralis

neralis titulo, summa dexteritate hactenus tractaverat, ampliffimaque 30000 voluminum instructa Bibliotheca, lautissimis qui ex Canonicatu Hispalensi ad ipsum redibant, fructibus adjutus, rem literariam egregie promoverat, Potentissimi Regis sui nutu fuerit avocatus: qui Matrini inter Consiliarios Regii Senatus Cruciatæ eum sedere volebat, in supremæ Justitiæ Senatum mox cooptandum, nisi modestia ejus singularis, & otii litterarii desiderium, ut spartam istam a se deprecaretur, ei suavisset. Et forte etiamnum post fata Autoris cum tineis colluctandum esset præstantissimo operi, nisi opportune ILLUSTR. Cardinalem DE AGVIRRE patronum invenisset. Ille enim & amore Antonii, quem Salmanticæ olim in juris studio habuerat condiscipulum, & summo, quo ardet, bene de litteris merendi studio ductus, autoritate liberalitateque sua effecit, ut lucem tandem desideratissimo operi intuesi liceret. Emmanueli itaque Marti id dedit negotii, ut ipsius cura in ordinem redactum, quam emendatissime sumtibus suis, in typographia a se erecta imprimeretur: ut adeo novo hoc nomine denuo sibi devinctum litterarium orbem teneat Vir ille Eminentissimus. Ad ipsum autem opus, ut propius ad illud accedamus, quod attinet, quibus subsidiis in eo adornando fuerit usus, fusè satis in Prolegomenis ipsemet Antonius persequitur. In quibus etiam de laudibus Hispanæ gentis, quas in omni litterarum genere omni ævo promeruit: de Bibliothecarum hujusmodi usu: de variis earum autoribus, & iis præcipue qui Hispanos scriptores recensere instituerunt; quales Lucius Marinæus Siculus, Alphonfus Garfias Matamorus, Valerius Andreas Taxander, (quem non alium a Valerio Andrea Desselio esse, qua erat sagacitate, Antonius invenit) Andreas Schottus & alii, satis prolixè agit: multaque de iis notatu digna observat, diligentius hic percensenda, nisi eadem prorsus Prolegomena Bibliothecæ Novæ jam præmissa fuissent, adeoque curiosioribus dudum dubio procul essent notissima.

De Methodo Bibliothecæ hujus Veteris Hispanæ paucis adhuc, antequam penitus eam perlustremus, Lectores monendi sunt. In ea nimirum non, uti in Nova fecerat, eum ordinem sequitur, quem nominum prima elementa suppeditant, sed pro ætatis ratione cuius scriptori locum concedit Antonius: ita tamen, ut ad finem demum perdu-

perducta uniuscujusvis seculi scriptorum historia, junctim commemoret eos, quos vel perperam Hispaniæ vindicant, in alieno ortos solo, vel nusquam alibi, quam in corrupto cerebello suo natos male credulis obtrudunt, tum alii, tum imprimis spuriorum Dextri, Maximi, Juliani, Luitprandi, Hauberti & aliorum Chronicorum architecti. Quos uti quacunquē occasione data severissime impetit, passim etiam nominatenus appellato eorum primipilo Hieronymo Romano Higuera (quem inter alia ornandæ antiquis imaginibus familiaris suæ causa, fraudibus hisce animum appulisse inde potissimum colligit, quod in schedis quoque ejus lucubratiō fuerit reperta, quæ in eo tota sit, ut in quatuor familiarum, quas sanguine ille contingebat, *Higueras* scilicet, *Romanos*, *Pennas*, & *Cuellares*, originem inquirat, & quæ cum fictitiis illis Chronicis amice conspirare deprehendatur:) ita peculiare opus Pseudo-Dextri Maximique nanius P- 155- 239 explodendis destinasse videtur. Uniuscujusque autem eorum, quos recenset, Autorum non elogium tantum texit, veterumque ac recentiorum de eo testimonia adducit, sed vitam accuratè persequitur, & quicquid in ea obscurum esse poterat, ingenii luce illustrat, dispulsis, quas ei veteratorum fraudes & inepte credulorum superstitio affuderant, tenebris. Hinc scripta diligenter omnia tam deperdita, quam communi stragi erepta, tam edita, quam in Bibliothecarum forulis adhuc delitescencia, percenset: genuina ab iis, quorum suspecta fides est, discernit: & denique editiones, translationes in linguas vernaculas, curasque a sequiorum temporum viris doctis iis impensas studiose commemorat. Quin & MSos codices semper fere indicat, quibus Viri eruditi, operam suam veterum alicui deinceps navaturi, juvari queant. Cumque non minimam laudis partem inter Hispanos mereantur Arabes Ebraïque Scriptores, peculiarem Bibliothecam Arabico-Hispanam, & Hispano-Rabbinicam adornavit; ita tamen, ut eos utriusque gentis Scriptores, qui abjuratis erroribus Christianismum amplexi sunt, in reliquorum Autorum censum retulerit. Et Arabico-Hispanam quidem Bibliothecam quod attinet, ea una cum Bibliotheca Scriptorum Hispanorum, quorum incerta est ætas, ad calcem tomi II hujus operis adtexta comparet: Hispano-Rabbinica autem non-

exiguo harum litterarum detrimento perit, nullaque industria ab Eminentiſſimo Cardinali potuit recuperari.

- Si omnes eo animo eſſent Lectores noſtri, quo ſunt eorundem plerique, qui ad eas, quarum illuſtris eſt fama, Bibliothecas accedunt, & quorum plerumque omnis curioſitas in externa earum ſpecie hæret, ita ut numerum librorum mirentur, ordinem collaudent, & reliqua ornamenta ſtudioſe perluſtrent, parum de eo ſoliciti, ut rariora volumina inſpicere, atque inde doctrinæ & eruditionis incrementa capere iis liceat; ſatiſfecisse omnino officio noſtro nobis poſſemus videri: qui Antonianam Bibliothecam ita haecenus oculis eorum ſubjecimus, ut contenti eſſe queant ii, qui ideo ſolum Bibliothecas vident, ut vidisse ſe dicere valeant. Verum cum aliam mentem haud paucis eſſe non ignoremus, officioſorum age Bibliothecariorum partibus defungamur, depromptoque veluti ex forulis volumine uno & altero, *Φιλομαθεῖν* aliquid oblectamenti afferre nitamur. Poſt *Hyginum* itaque ſecundo ſtatim loco *Lucius Cornelius Balbus* in hac Bibliotheca ſe nobis offert, qui Auguſto imperante floruit, & *Ephemeridem*, nec non *Exegeticorum libros* in eam intulit. Cum autem duo hoc nomine celebres inter veteres ferantur, quorum alter alterius ex fratre nepos exiſtit, in iis a ſe invicem diſtinguendis, rebusque eorum accurate explicandis, multum defudat Antonius. Utriusque mentio eſt apud Plinium H. N. V, 5, cujus verba, prout emendata ab eo fuere, non poſſumus non hoc loco repetere. *Omnia*, inquit *armis Romanis ſuperata, & a Cornelio Balbo triumphata, uno omnium externorum* (vulgati habent *unius omnium externo*, Harduinus vero legi voluit *uni huic omnium externo*) *curru & Quiritum jure donato. Quippe Gadibus nato civitas Romana cum Balbo majore patruo data eſt.* Ad utrum eorum ſcripta modo commemorata (temporum injuria nobis erepta) pertinuerint, conjectari ſe vix poſſe ait, quamvis eo magis propendere videatur, ut ſeniori ea adjudicet: quem *Balbus Cornelium Theophanem* a Capitolino in vita Balbini c. VII non absque errore appellari obſervat, Theophanem nimirum, litteris Pompejique amicitia, non minus ac Balbum, florentem, ideoque civitate, pariter ac iſtum, forſan ab eo donatum, cum Balbo temere confundente. Locum a *Balbo* non nimis remotum *M. Annæ Senecæ* occu-

occupat, in cujus recensenda familia diligentissimus est Antonius noster, non immerito sane, cum omnis Annæa gens litterarum gloria quam maxime effloruerit. Ex ea unicum *Junium Annaum* Gallionem commemorare hic liceat, *M. Seneca* filium, *Lucii Annai Seneca* fratrem, a Junio Gallione patris familiari adoptatum, indeque nomen ejus sortitum. Prolixum nimis esset recensere, quos Andreas Schottus & Mart. Ant. Delrio, duos Galliones istos passim confundentes, commisisse ab eo observantur errores. Sufficiat annotasse, scripta nonnulla ei ab Autore nostro tribui, loco Senecæ Qu. Nat. L. V, c. II, & Plinii in indice autorum, e quibus librum XX H. N. concinnavit, subnixo: itemque ab eodem non alium esse credi a Gallione, coram quo, Proconsulatum in Achaja gerente, D. Paulo intentatum fuisse judicium in Apostolicis Actis c. 18. legimus. Consulem autem unquam eum fuisse, neutiquam ei verosimile videtur, quamvis Plinius L. XXXI c. 6 H. N. id innuere videatur; in cujus textum *consulatum* pro *proconsulatu* irrepsisse persuasum habet. De *Quintiliano* tum alia, quæ refert notatu digna, præmittimus, tum ea quoque quæ contra Lipsium de *Dialogo de Oratoribus* accurate disputavit, quem *Quintilianum* potius quam *Tacitum* habere autorem ipse quidem etiam censet, id tamen Lipsio dandum haud esse putat, ut idem ille *Dialogus* cum libro *Quintiliani de corrupta eloquentia causis* esse credatur. Ea autem breviter repetere, quæ de *Domitiani* sororis nepotibus, quorum institutioni *Quintilianum* præfecit, commentatus est, dividæ forsan haud fuerit. Non alios itaq; eos esse censet, quam *Vespasianum* *Domitianumque* juniorem, quos successores sibi, teste *Suetonio*, *Domitianus* Imperator destinaverat, a *Flavio Clemente* patruele suo, ex *Domitilla*, quæ una cum marito martyrium subiit, susceptos. *Domitillam* istam, quam tertiam, ut a reliquis hujus nominis illustribus fæminis eam distinguat, vocavit, non sororem *Domitiani*, *Domitillam* secundam, quam e *Flavia Domitilla* prima præter *Titum* & *Domitianum* susceperat *Fl. Vespasianus*, esse putat: cum *Domitillam* istam secundam, *Fl. Vespasiani* filiam, patre adhuc privato è vita abiisse, testetur *Suetonius*: *Domitillam* autem tertiam, *Fl. Clementis* uxorem, marito superstitem, a *Domitiano* in *Pandarariam* insulam relegatam esse constat: quam proinde de filiam esse credit *Domitillæ* secundæ, ab ea nescio cui nupta-

p. 21.

p. 22.

p. 59.

p. 54.

genitam. Indeque esse ait, quod eos quos instituendos acceperat Quintilianus, Procm. L. IV *Domitiani sororia nepotes* appellet, qui tales nimirum proprie fuerint, non quod Turnebo placuit, *ex sorore nepotes*, quem sensum a Quintiliano adhibita verba ex usu Latinae linguae non admittant. De Domitilla ista tertia ejusque marito Flavio Clemente plura affert e Dione Coccejano, eam autem aliam esse a Domitilla II, Domitiani sorore, filia Vespasiani, imo hujus natam esse illam, egregie confirmat ex inscriptione apud Gruterum p. 225. in qua *Flavia Domitilla, filia Flavia Domitilla, Caesaris Vespasiani neptis* mentio habetur. Atque adeo tribus hisce Domitillis, quarum prima Fl. Vespasiani conjux, secunda filia Domitiani soror, tertia neptis, Fl. Clementis conjux fuit, in clara satis luce collocatis, quartam etiam jungit, Fl. Clementis ex sorore neptem, virginem, a Domitiano, teste Martyrologio Rom. ad d. VII Maji, in insulam Pontiam relegatam, & denique Terracinae jussu Trajani martyrio consummatam. Hanc postremam enim quamvis cum tertia Domitilla Fl. Clementis conjuge confundat Scaliger in notis ad Eusebii Chron. p. 205, Pontiam quoque & Pandatariam insulam pro eadem idcirco haberi cupiens, renitente Plinio H. N. III, 6, & Mela de Situ orbis II, 7; atque adeo virginitatis gloriam Domitillae abjudicet: ex Eusebio tamen H. E. III, 18. Nicephoro H. E. III, 9. Eutropio l. 9 & aliis Antonius noster evincit, diversam ab illa hanc esse, utpote quam Fl. Clementis ex sorore neptem fuisse, expresse, auctores isti omnes testentur. Verum satis de Domitillis, & qui de iis differendi occasionem suppeditarunt Antonio, Domitiani nepotibus. Ad illustrissimum nunc inter Hispanos Scriptorem, *Hadrianum*, pedem promoveamus, cujus inter alia *libri Catacrini*, Spartiano commemorati, dudum crucem doctis hominibus fixerunt. Omittimus studiosè ab Autore annotatas de isto opere Lil. Gyraldi, Jani Parrhasii, Herm. Barbari, Scaligeri, Casauboni, Turnebi, Salmasii & Rosweydi eruditas conjecturas. Ipse in ea sententia est, *Catacrinos* seu *κατα κρίνων* libros illos inscriptos fuisse. *Κρίνον* autem *cucurbitam* significare, ex Suida docet. Indeque in ea sententia est, quod scripserit forsàn satyricum quendam *de cucurbita* commentarium, qualis & Senecæ *ἀποκολοκύνθωσις* est, Imperator *Adrianus*. Et eo etiam respexisse putat istud Apollodori Architecti scomma, in-

cum

eum privatam adhuc conjectum, quod Dio nobis servavit, ἀπελ-
 θε και τὰς κολοκύνθας γράφε. Id quod Turnebo jam in men-
 tem etiam venerat, qui tamen vocabulum paulo longius a vulgari
 lectione recedens, κολοκύνθας nimirum pro *catapcrianiis*, apud
 Spartianum substituere ausus est. *Antonium Julianum* Rhetorem,
 Hispanum, Gellio passim commemoratum, eundem esse credit cum
 eo, quem Minucius Felix laudat, Judæorum Historico: cumque de
 ætate ejus Vossius incertus hæreat, post illatam ab Adriano Judæis
 stragem eum scripsisse, ex ipso Minucio evincere conatur. Quæ
 de Hierotheo Dionysii Areopagitæ præceptore, Galeno, Sereno
 Sammonico aliisque Scriptoribus, quos Pseudo-Dexter, Luitpran-
 dus aliique hujusmodi nugivenduli autores Hispanis vindicant, (quos
 totum etiam tertium seculum fumis hujusmodi, hoc est fictitiis
 scriptoribus, implevisse ait, cum veros illius ævi Hispania scripto-
 res nullos habeat,) observat, hic referre nimis prolixum foret. Mis-
 sis itaque larvis istis, quas satis erudite impugnat atque evanescere
 cogit, ad meliora tempora pergamus. Magnum autem inter alios
 quarti seculi scriptores *Gregorii Batici* nomen est, cui præter alia
 adscribitur *opus de fide*; quod recte fieri, contra Trithemium, Lab-
 beum aliosque, Faustino Presbytero illud asserentes, cum Baronio
 Barthioque defendit. Inde quæ de eo Pseudo-Luitprandus fingit,
 fufe persequitur, fabulisque accensenda esse ostendit. Imo & *Gre-*
gorium Tolcanum, quem Pseudo-Dexter Hispanis obtrudere cona-
 tus est, plane eliminat: & denique inventum non ita pridem
Martyrologium, Gregorii Batici nomine inscriptum, & a Gregorio
 Argazio incaute cum aliis hujusmodi nugis, in quatuor volumina,
 generali titulo vulgaris linguæ *Poblacion Ecclesiastica de España*
 insignita conjectis, tanquam genuinum esset, publicatum, sub exa-
 men revocat, multisque argumentis illud quoque impostorum so-
 lertiz deberi contendit. Multus etiam est in *Priscilliani* hæretici
 illustranda historia, in qua haud pauca, valde alias implicata, fa-
 tis concinne expedit, a nobis tamen prætereunda, quod difficile
 sit ea exponere, nisi integra historia hic quoque pertexatur. De
Damaso Papa agens, in patriam ejus studiosè inquirat, sibi que pro-
 babile maxime esse ait, Lusitaniz originem illum debere. Inter
 opera vero ejus ex Trithemio quoque *tractatum de Fide contra Hæ-*
reticos

p. 82.

p. 88.

p. 99.

p. 104.

p. 110.

p. 113.

p. 129.

p. 139.

p. 141.

- vericos refert, cujus istud initium sit: Quoniam post Concilium Nicæanum. Ipsomet tamen censet, nullam hic fidem Trithemium mereri, cum nemo Veterum operis istius meminerit. Veruntamen si e verbis initialibus a Trithemio positis conjecturam facere liceat, videtur tractatus ille non alius esse, quam Fidei Confessio a Damaso ad Paulinum missa, quæ apud Theodorum H. E. V, II*
- p. 149. *habetur, & ab iisdem plane verbis incipit. Inter Paciani opera λέρβⓄ, pro quo alii κέρβⓄ legunt, ab Hieronymo referri observat. Ipse κέρβⓄ legendum esse suspicatur, quæ vox vas fictile denotat in locuos distinctum, quod variis fructibus onustum sacris adhibere solebant. Ita autem opus varia complexum non minori jure quam πῆπλον, εἰρώμα vel Ἀμαλθείας κέρας appellari potuisse statuit. De Lucio Dextro ubi agit, breviter solum de vero Dextro Chronicoque ejus deperdito disserit, cum ut monitum jam a nobis fuit, peculiari opere tenebrionem illum sinistrum, uti a nonnemine appellatus est, qui nugax istud Chronicum quod hodie circumfertur, Dextro supposuit, debellare propositum ei fuerit. Simile quid de Maximo etiam inferius pollicetur, utrumque tamen consilium ejus præpropera forsitan fata interverterunt. Duo interea ex ista ejus de Dextro narratione hic repetere liceat, primo falsum esse quod plerique ajunt, Bivarium primum illius Chronici esse editorem; qui primus enim edidit Jo. Calderon Franciscanus est, cujus cura Cæsaraugustæ anno 1619 prodiit. Deinde, quod dicat Antonius, Chronicorum Dextri, Maximi, atque Luitprandi exempla, quæ primo vel habuit, vel jactavit se habere Higuera, fraudum istarum præcipuus architectus, (& quæ an e Germaniæ accepit, dicere non audeat,) plane diversa esse ab iis, quæ edita fuerunt. Qua de re ut luculenter omnibus constet, ex Estepani Marchionis bibliotheca antiquius hujusmodi exemplum sub finem tomi II hujus Bibliothecæ representavit. Ruso Feslo Avieno Epitomen Rerum Romanarum, quæ Sexto Ruso vulgo adscribitur, a nonnullis tamen Avieno tribuitur, abjudicat. Fragmentaque præterea Avieni ex libro de urbibus Hispaniæ mediterraneis, quæ passim laudantur, apud Petrum de Roxam scilicet in Historia, & ipsum Higuera in Historia Toletana MS., quicquid ex Cardinalis Carrafa bibliotheca se habere dixit, suspectis Higuera mercibus accensu-*
- p. 155.
- p. 239.
- p. 161.

consenda esse, prolato quoque horum fragmentorum quodam, docet. *Melchisedem* Papam Hispanis non tantum eripit, quamvis Primus Episcopus Cabilonenfis, (cujus *Topographia Sanctorum* quam lubrica fides sit, hac occasione ostendit,) Mantuz Carpetanorum eum vindicet; sed & utramque ejus epistolam, tam eam, quæ de Constantini donatione agit, quam alteram, quæ ad omnes Hispaniæ Episcopos data est, spuriam esse pronunciat. *Vigilantium* contra Baronium & alios cum Gennadio, non Hispanum, sed Gallum esse tuetur, atque aliquot ex ipso Hieronymo loca producit, quibus istam confirmet sententiam. *Cauponem* autem *Calagurritanum* & *Quintilianam murum* ideo ab illo eum dici arbitratur, quod in Gallia natus inde Calagurrim pervenit, ibique habitaverit. *Isidorum Cordubensem*, qui inter Seculi IV Scriptores a Sigeberto Gemblacensi refertur, parum abest quin plane eliminat. Nullum enim hoc nomine hominem existisse, argumentis ei est, quod neque Hieronymus, neque Gennadius, nec Isidorus, nec Ildesofus ejus meminerit, sed post XII demum secula solus Sigebertus. Quem in errorem illum inductum fuisse putat homilia quadam S. Augustini de assumptione Mariæ virginis, quam genuinam perperam crediderit. In ea enim cum Isidorum allegatum inveniret, aliquem Augustino antiquiorem comminisci necessarium illum existimasse ait. Verum ipsa illa verba, a Pseudo-Augustino allegata, apud Isidorum Hispalensem obvia esse, adeoque ruere istum tibicinem observat. Nec obstare credit, quod Isidorus Hispalensis *Junior* dicatur, adeoque antiquiorem aliquem existisse hoc cognomine suo arguat: recentiores enim tantum, præjudicio de Isidoro Cordubensi occupatos, id nominis ei tribuere dicit. Multo autem adhuc acrior in Pseudo-Dextri, qui duos Isidoros Cordubenses comminiscitur, everrendis quisquiliis est. Verum ad alios pergendum. De *Aprigii* Commentariis in Apocalypsin, quorum mentionem multi fecere, accuratius se dispexisse memorat. Primo itaque monet, vastum illud opus, quod e Vaticano codice descriptum, in compluribus Hispaniæ bibliothecis exstat, Aprigioque vulgo adscribitur, non ejus, sed Beati, seculi X Scriptoris esse, qui illum etiam nominatenus alleget. Verum autem Aprigii Commentarium ex codice Barcinonensi olim edere voluisse ait Ludovicum de S. Laurentio Cordubensem; quod ejus exemplum se ipsum transcripsisse Antonius testatur. Invenisse tamen se ait, ne hoc

P. 174.

P. 175.

P. 182.

P. 210.

- quidem opus unum habere Autorem. Ea enim quæ ad quinque priora, itemque postrema quinque Apocalypseo capita annotantur, accurata & omnibus numeris absoluta, reliqua autem desultoria & minus concinna esse observat. Cumque posteriora hæc maximam partem inveniri deprehenderit in Pseudo-Victorini Comment. in Apoc. Paris. 1540. & in Bibl. P. P. edito; Aprigii Commentarium ea ex parte hiantem ex Pseudo-Victorino, ab aliquo manci codicis possessore supplementum esse suspicatur. De *Liciniano* ubi agit, locum ex epistola ejus de libro regularum ad Gregorium Papam producit, in quo inquit, *Homiliarum in Job extare libellos sex S. Hilarii Episcopi Pictaviensis, quos de Græco Origenis in Latinum verterit, quamvis non omnia secundum ordinem libri S. Job exposuerit*: unde dubium amplius nullum esse posse colligit, Origenem Commentarios in Jobum scripsisse, quamvis difficile sit judicare, an iidem illi sint, qui inter opera ejus hodie leguntur. Inter *Fulgentii Astigitensis*, quem a *Ruspensi* diligenter distinguit, opera, Expositionem ejus in omnes Psalmos cum elogio memorat, cujus adhuc ineditæ editionem Em. Cardinalis de Aguirre in margine pollicetur: qui etiam paulo inferius Sisebuti Regis epistolas, & vitam Desiderii Viennensis ab eodem scriptam expectare nos jubet. Diligentissime porro de *Isidori Hispalensis* vita & scriptis commentatur, quemadmodum & de *Isidoro Pacensi* non minori accurate egit inferius, ubi simul ex instituto *Isidororum* historiam pertexit: quæ omnia paulo fusius hic essent exponenda, nisi tantum chartæ nos jam implevisse videremus, ut de fine narrationis hujus paulatim sit cogitandum. *Ildefonsi* quoque res intactas inviti prætermittimus, cui præter Epigrammata pleraque a Pseudo-Juliano ei supposita, libros etiam contra eos, qui disputant de perpetua Mariæ virginitate, Sermones XIII a Fevardentio editos, Coronam B. Virginis a P. Alva & Astorga in Bibliotheca Virginali publicatam, & denique Revelationem, quam an. 1674 una cum Diff. de Pane eucharistico, azymo & fermentato, Mabillonius edidit, multis argumentis abjudicat: Continuationem quoque Chronicorum Isidori pro interpolata saltem, si non spuria omnino est, habens. *Juliano Toletano* antiqui *Pomerii* cognomen perperam a nonnullis tribui ostendit, eidemque, ut alia taceamus, Continuationem operis Ildefonsi de Viris illustribus perperam a Baronio abjudicari, & Juliano Diacono Toletano tribui docet. De Elipando
- P. 211.
- P. 235.
- p. 275.
- p. 254.
- p. 328.
- p. 286.
- P. 303.
- P. 309.

do agens dubitat, poenitentiam eum egisse. Vitam enim S. Beati Jo. Tamajo editam, & Actis SS. insertam, in qua id affirmatur, nullius autoritatis, & a Tamajo ex Pseudo-Chronicis interpolatam esse ostendit. *Claudium Taurinensem* inter alia cum *Claudio Clemente Scoto*, a Labbeo perperam confusum esse notat. Taurinensis tamen Commentarios in S. Litteras esse, defendi posse statuit. *S. Evangelii* libri S. de Scriptoribus Ecclesiasticis in Bibliotheca Toletana extare, id quod P. Alva & Astorga testatus est, falsum esse monet. Paulo fufius de *Joanne Hispalensi* Episcopo agit, quem nono seculo floruisse, inde probabile ei reddatur, quod idem esse videatur cum eo, ad quem *Atvari Pauli Cordubensis*, qui illa ætate vixit, aliquot extant epistolæ; quamvis extra omne dubium id haud positum esse dicat. *Sacras Scripturas eum Catholicæ Expositionibus Arabice scriptis declarasse*, testatur Rodericus Toletanus. Unde colligunt nonnulli, versionem Bibliorum Arabicam in gratiam gentis suæ, isti linguæ sub Maurorum dominio paulatim, assuescentis, cum concinnasse. Id quod eodem ævo R. Saadias Gaon aliusq; anonymus totam Scripturam Sacram, & Harit Ibn Sina Legem tantum Arabice interpretati, fecerunt. Attamen de Joannis Hispalensis interpretatione res dubia adhuc videtur Antonio, consentiæque cum eo (ut anticipando hoc dicamus) Thomas de Leon Jesuita Granadensis, in epistola, quam ad D. Martinum Vasquez Siruelam Hispano idiomate scripsit, paulo inferius ab Autore nostro exhibita. Sane enim Roderici verba, quibus ducti versionem Joanni quidam adscripserunt, ita accipi etiam posse observant, ut Commentarios solum Arabico idiomate scripsisse intelligatur. Et quamvis Jo. Mariana & Paulus Espinosa in Hispalensis Ecclesiæ armariis versionem Joannis asservari dicant, nullo tamen idoneo Autore id confirmare eos ajunt, qui linguæ istius satis peritus testari queat, ab editis diversam, & a Joanne profectam esse, quæ ibi extat, versionem. Equidem in Bibliotheca Scorialensi etiam librum Evangeliorum Arabice versum a Joanne, ab Arabibus *Zaid Almatrub* cognominato, servari, ex Catalogo constare Antonius observat. Verum istum Joannem incerti ævi scriptorem, aliumque ab eo de quo nunc agimus, esse censet, qui Astrologicis potissimum scriptis Arabicè vertendis operam navavit, & de quo fufius ipse inter incertæ æ-

P. 336.

P. 342.

P. 354.

tantis scriptores egerit. Atque hac occasione a *Johanne Toletano*
 qui eodem ævo floruit, Joannem Hispalensem quoque distinguit,
 & Pseudo-Julianum fraudis convincit, qui cum illo hanc perperam
 confundero, & Toletanz sedi vindicare annisus est. Sed ut ad-
 versionem redeamus, id quoque, ut nullam fuisse ostendat, addit
 361. Thomas de Leon, non opus ea fuisse, cum aliz complures jam
 antea exstiterint, & apud ipsos quoque Mahometanæ fuerint in-
 veneratione. Verum ut ad cognomen tandem Jo. Hispalensis et-
 iam deveniamus, quo *Cacis Almiran* eum ab Arabibus appellatum
 esse Rodericus testatur, in eo explicando totus est in modo lauda-
 ta epistola Thomas de Leon. Cujus eo redit summa, ut primo *Al-*
miran ex Nomenclatore Copto-Arabico, a Kircherio edito, *Me-*
tropolitam notare ostendat: deinde tamen *Seniorem* etiam vel *Deca-*
 359. *num* istud vocabulum notare doceat: istam autem significationem
 Pseudo-Juliano Toletanz sedi, cui Joannem nostrum asseruit, pri-
 matum vindicare cupienti, imposuisse observet, ut *Archi-Episco-*
pum Almiran Seniore inter Archiepiscopos, h. e. Primatem in-
 terpretatus fuerit; cum tamen istam dignitatem nunquam voce
Almiran, sed voce *Alavili* Arabes exprimere soleant. Subjungit
 deinde nonnulla de etymologia vocis *Almiran*, & sic demum
 ad alterius vocis *Cacis* interpretationem transit. Primo itaque hic
 respici negat ad vocem *Caidon*, gubernatorem sive præfectum no-
 tantem, unde Hispana vox *Alcayde*, cum nunquam in sensu eccle-
 siastico usurpata vox illa occurrat, vocem vero *Alcadi*, quam Episco-
 pum passim interpretantur, non *Caidon* esse, sed *Cadi* statuit. Et
 quamvis ex loco Constantini Porphyrogenneti colligi posse videatur,
Sanctum vocem *Caidon* notare, perperam tamen id fieri ait, cum
 occurrens ibi vox *καδὴς* sit Arabice *Cades*, Sanctus, quam cum *Cade*,
 quæ Judicem notet, perperam itidem confundat Meursius in notis
 p. 20. Præterea *Caidon* vocem non esse observat, qua a Mauris
 victoribus, pauper quidam Sacerdos, qualis Joannes in ista Hi-
 spanæ gentis servitute erat, appellari potuerit. Pro *Cacis Almiran*
 igitur apud Rodericum *Cacis* legendum censet. Significare autem
Cacis Arabibus *Presbyterum*: atque ad hanc significationem
 vocis istius etiam respexisse Pseudo-Julianum, cum ait: *apud S. Lu-*
ciam Toleti sepultus est S. Joannes, non Presbyter, sed Archiepiscopus
 Tolet-

Toletanus. Forſan prolixi nimis in Joanne iſto fuimus; breviffimis itaque qua reſtant expediemus. *Alfonſo M.* Regi vindicat Antonius noſter Chronicon, quod *Sebaſtiano Sabmanicoſi* omnes, a quibus editum illud eſt, tribuerunt. Mutilo tamen eo nos uti, paſſimque a Pelagio Ovetenſi interpolatò, obſervat. Contra *Dulcidio* Chronicon, quod nomine ejus inſcriptum Barcinone A. 1663 *Jof. Pellicerius* edidit, abjudicat. Denique, ut finem tandem faciamus, ultimum in priori hac Bibliotheca ſua parte locum Luitprando & Hauberto conceſſit. Illius primum veram hiftoriam exponit, & ab Higuera commentis repurgat. Deinde ad ſuppoſitum ei Chronicon accedit, & primo quidem præmiſſas ei epiftolas duas præliminares validiſſime oppugnat. Quarum poſtiorum cum exemplari inedito contendens, ex inſigni diverſitate, qua inter illud & editum exemplar intercedit, argumenta fraudis elicit. Simili modo exemplar Chronici ipſius ineditum, quo Higuera uſus fuit, eum edito comparat, fraudesque & interpolationes ab impoſtore factas in clariffima luce collocat. Denique quod potiſſimum Higuera in fraudibus hiſce vendendis conſilium fuerit, aperit: ſcilicet Eccleſiæ Toletanæ primatum vindicare, Hiſpaniam honoribus & viris illuſtribus ornare, Benediſtinum denique ordinem miris modis extollere, ei propoſitum fuiſſe ait. Quod ut obtineret, viros illuſtres qui alibi exſtiterent, imò & Concilia, Hiſpanis eum vindicaffe, nominum locorumque æquivocationibus abuſum: rebus in hiftoria controverſis judicem ſe obtuſiſſe: obſcuris lucem ex cerebello ſuper afferre auſum fuiſſe: carmina, quibus nugæ ſuas confirmaret, veterum nomine conſtruxiſſe, quam pluſibus exemplis oſtendit, atque adeo totius operis egregium ſpecimen ob oculos ponit. Pari modo *Hauberti Hiſpalenſis* ſcripta, a Gregorio Argaizio una cum aliis ficulneis hujusmodi mercibus primum publicata, exſtodit. Quæ ab Antonio Eupian de Zapata o Bibliotheca S. Dionyſii Pariſienſis furto ſubrepta ſe accepiffe, ægre tandem Argaizium factum eſſe dicit. Zapatam autem iſtum experta olim in Dextro vanitate ſubnixum, Haubertum, nec nomine notum, prodigioſi hujus Chronici auctorem domi ſua fingere auſum eſſe ait. Argumenta vero, quibus ſumos nobis vendere Pſeudo-Haubertum iſtum evincit, hic repeteremus ſuperſedemus, præcipue cum adeo prolixos in recensendo primo

p. 362

p. 363.

p. 364.

p. 382.

p. 386.

p. 391.

p. 393.

p. 400.

p. 402.

hoc Hispanæ Bibliothecæ Veteris tomo nos jam fuisse videamus, at secundi tomi enarratio, quam huic subjungere constitutum nobis initio fuerat, insequentem mensẽ necessario sit differenda.

EXCERPTA EX EPISTOLA G. G. L. AD HORUM
ACTORUM COLLECTORES.

Dn. Joh. Wallisius, Vir magnis in Geometriam meritis celeberrimus, occasione quarundam suarum ad me literarum significavit, nonnulla circa recensionem Operum suorum Actis Junii superioris anni insertam monenda occurrisse. Nempe in ea videri oblique insinuari, quasi nostrorum inventorum parcius meminerit: se vero non potuisse dicere de ignotis; quæ autem viderit, candidè retulisse. Calculi autem differentialis ne nomen quidem audivisse, antequam absoluto utroque volumine operum, pro ultimo præfationis folio jam typos posuissent typothetæ. Ac tum demum ab amico, qui peregre fuerat, mentionem ejus apud se factam, & typis transmotis a se insertam; sibi autem hac ætate, cum annum octogesimum superaverit, condonari posse, si non omnia sit sciscitatus. Henricum Oldenburgium & Nicolaum Mercatorem a se non fuisse recensitos inter Anglos, sed de iis tantum dictum, *apud nos*: sibi perinde esse, ex qua quis gente sit, Tros Tyriusve, modo bonus sit & bene meritus. Quod Quadraturæ suæ, aliquæ scilicet, non omnes (paraboloidum credo & his reciprocarum.) jam ante Fermatio, Robervallio & Pascasio notæ fuisse dicantur, id si ita sit, clam se fuisse; nec ab illis fuisse editum, nedum demonstratum. Cavallerium potius fuisse nominandum, qui paraboloidum quadraturas (sed aliquas tantum) Tract. de Usu Indivisibilium in potestatibus Cossicis ante exhibuerat & demonstraverat, ipso tamen Wallisio tunc incio, & ex aliis principiis. De processu inductionis abunde a se dictum Algebræ c. 78 & 79, & recordandum fuisse, sibi tunc propositum fuisse, non demonstrandi sed investigandi Methodum novam dare, quæ ipsis adversariis visa sit non contemnenda. Et si autem in ipsa Arithmetica Infinitorum demonstrationem plenam non dederit, hoc tamen pro aliquibus saltem series, speciatim quadraticis & cubicis, speciminis ergo postea fuisse factum Algebræ c. 78, & paradigmata posita id ipsum faciendi

or

pro alijs seriebus. Et licet inductio non sit pariter applicabilis ordinatis irrationalibus verbi gratia seriei subsecundanorum in parabola; huic res facile subveniri applicando eam ordinatis complementi, quæ in parabola dant seriem secundanorum. Quod dicatur, Methodum illam ad solas figuras integras, non ad earum partes pertinere, id ab autore recensiois non malo quidem animo, defectu tamen attentionis dictum videri. Altitudinem enim A, pro numero terminorum sumtam, itemque terminum ultimum etiam in quovis segmento intelligi posse; & notissimum esse, quod non totum solummodo spatium cycloidale, sed & quodvis segmentum a se fuerit quadratum, etsi contrarium dicat recensio p. 254; idemque de Cissoïdali verum esse. Quod Historiam Cycloidis attinet, se quoque ipsius lineæ inventionem Galilæo, quam Mersenno tribuere malle: revera tamen multo adhuc antiquiorem reperisse hanc figuram. Nam inter Cardinalis Cusani opera in codice, qui apud ipsos extet manuscriptus circa annum 1454, ipsius Wallisii dono in Bibliothecam Savilianam Mathematicam illatus, delineatam reperiri eadem forma, qua est apud Dettonvillium, posito circulo genitore in ejusdem altero vel utroque extremo; sed in editis exemplaribus perperam describi. Sed & apud Bovillum dici, extare circa annum 1710. De invento Neilii, qui traditis a se Prop. 38. Arithm. Infin. insistens, primus omnium invenit æqualem curvæ rectam: quod dixerat Hugenius (eum non procul abfuisse, non tamen omnino assecutum) id mox ipsum retraxisse Hugenium in suis ad ipsum Dn. Wallisium literis, jussisseque, ut id ipsum iterum Neilio assereret. Num Neilius statim sciverit per omnia, qualis esset ista curva, se certo non scire, sed Brounkerum & se statim detexisse, paraboloidem esse, quam ipse Dn. Wallisius nominavit semicubicalem. Hæc sunt Viri præclari monita, quæ mihi pleraque magna ratione dicta videntur, nec recensiois vestræ adversa, si verba probe inspiciantur, & potius ad eam illustrandam infervitura. Et puro, esse errorem typographicum in recensioe p. 254, ubi legendum esse *Cissoïdale*, non Cycloidale, apparet ex contextu. Nam segmenta quoque Cycloidalia ipsum quadrasse, manifestissimum est: ibi vero sermo est de dimensione Cissoïdis Hugeniana, quam dicit recensio Dn. Wallisium quoad totum saltem spatium methodo indu-

cliva

triva seu per interpolationes invenisse: sed quia ipse idem de quavis etiam Cissoïdis segmento in suis ad me literis visus est affirmasse, ideo librum Viri Clm de Cycloïde & Cissoïde inspexi, reperi que ibi quidem de solo toto spatio Cissoïdali, non vero de partibus ejus, tale quid methodo interpolatoria ostendi; partium tamen dimensionem, licet alia ratione, in ejus Mechanicis doceri. Tantum autem esse scio ipsius acumen, ut, quod opto, sperem nos ab ipso adhuc doceri applicationem methodi ejusdem ad generales seu omnium segmentorum dimensiones; siquidem possibilis est, non obstante illa, quam subesse video, difficultate cessantis numerorum in unum additionis ad habendas illorum progressionem interpolationi aptas. Quod supplementum methodi interpolatoriz, insigne scientiz incrementum continet.

EXCERPTA EX DN. BERNARDI NIEUWENTIÏ

Considerationibus Secundis circa Calculi Differentialis

Principia.

Cum nuper hunc libellum recenseremus, putavimus ob ejus brevitate sufficere, si indicem quaestionum, quas tractat, exhiberemus, quoniam ipse exiguo tempore percurri potest. Sed moniti postea ab amicis fuimus, desiderari aliquid explicatius, ex quo Lectores de Considerationum Autoris utilitate & pondere nonnihil judicare possint; præsertim cum Acta nostra abundant schediasmatibus ad calculum differentialem spectantibus, & ab hujus calculi amatoribus legantur; qui si forte in libellum Cl. Dn. NieuwentiÏ non incidere, saltem aliquid certi de eo ex nostris cognoscere possent. Hæc ergo Excerpta, nobis aliunde communicata, ipsis Domini Autoris verbis fideliter transcripta exhibebimus.

Sect. 1. §. 4. pag. 6. Neque sequitur ideo negligendas esse quantitates infinite parvas, *quoniam nulla constructione exhiberi possunt*, cum in analysi etiam ordinaria plurima considerentur, quorum constructio nobis absolute impossibilis est, nec tamen idcirco negligantur. Quis, si data exponatur linea a , ipsius potestates cubum excedentes imaginatione, nedum constructione repræsentavit? §. 6. pag. 7. Positis hisce principiis (adversariorum) *proxima ac per distantiam infinite parvam sejuncta qualibet due applicata*

cata sibi mutuo aequales sunt in qualibet curva [quia] quæ differentiam habent incomparabiliter parvam, sunt æqualia . . . *Corollarium* loco hinc posset inferri: *omnem curvam secundum hac principia abire in rectam axi parallelam, tangentesque curvarum cum axe nunquam concurrere.* §. 9. pag. 9. Inspiciatur Act. Lips. anni 1684. pag. 473. ubi problema inclyto Geometriæ promotori R. Cartesio a Beaugio propositum soluturus Nob. D. Leibnitiu, hoc argumento colligit curvam quæsitam esse Logarithmicam; quod per æquationem inventam *ordinata w* (sunt ipsa Celeb. Viri verba) *sunt ipsæ dx suis incrementis sive differentiis proportionales.* Quæ quomodo rite conciliari possint, non video. Sane cum proportio sit rationum similitudo, quantitates proportionales inter se rationem habebunt, juxta quam inter se comparari poterunt. Cumque ordinatæ ex ipsa Leibnitiana methodo differentiis suis proportionales sint, ac idcirco rationem inter se habeant, sequi videtur, has easdem differentias incomparabiles differentiis suis minus apte dici, adeoque cum his æquationem constituentes nihilorum ad instar legitime rejici; nisi quantitates rationem inter sese habentes nihilominus inter sese incomparabiles esse posse velimus, quod Eruditiss. D. Autoris instituto ac sententiæ consentaneum esse vix arbitrari audeo. Inprimis cum ex §. 2. X. eas solas inter se comparabiles statuatur, quibus Euclidea Def. V. Libr. V. competit, hoc est, quæ rationem inter se habent. Quo autem modo infinitesimæ in nihilum redigi, atque e quantitatibus finitis pro arbitrio possint rejici, in Schol. Gen. Anal. Infin. N. XIII ostendere ex principiis inibi traditis conatus sum.

Sect. 2. §. 4. pag. 13. Ex eo quod concedam dx esse quantitatem. . . sic argumentatur [Dn. Leibnitiu] liceat distinctionis gratia in forma ratiocinium proposuisse pag. 315. lin. 2. Omnis tertia proportionalis ad duas quantitates, x & dx , utique est quantitas; sed hæc tertia proportionalis in quibusdam casibus est differentiarum differentia, seu ddx ; ergo differentiarum dx differentia ddx quibusdam in casibus est quantitas. Majorem concedo, si duæ priores quantitates x & dx sint finitæ, quò in casu ex hac propositione nihil poterit inferri, nisi dx pro finita contra hypothesin assumatur. Si vero dx statuatur infinite parva, negatur hæc ipsa major. Quam hac sub conditione non procedere, argumento mere geo-

metrico demonstrare conabor. . . . Tum insuper negatur minor quod prævidens Nob. Dn. Autor, minoris hujus probationem intendit per æquationem logarithmicæ $a dx = x dy$, quam posita dy constanti rursus (quod notetur), differentiat in $addx = dx dy$, quæ applicatæ ad priorem ejectaque dy exhibet $x ddx = dx dx$, unde rite infert esse x ad dx ut dx ad ddx . Verum hanc argumentandi rationem tanto Viro festinanter nimis excidisse credibile est; impossibile enim alioqui mihi apparet, Analystam isthac ingenii subtilitate pollentem, longoque rerum usu exercitatissimum, petitione principii conclusionis propositz demonstrationem intendere, ac argumentum, quo evincere nititur, dari differentias secundas, ex ipsa secunda differentiatione desumere. Nisi enim æquationis differentialis $adx = xdy$, secunda differentiatio in $addx = dx dy$ tanquam concessa supponatur, quæ sitam hanc proportionem x ad dx , ut dx ad ddx plane coincidere manifestum satis est. §. 8. pag. 15. Provehor jam ad illud argumentum vere subtilissimum, quod supra omnem dubitationis incertitudinem ulteriores cujuscunque gradus differentiationes attollere celeberrimus Dn. Autor arbitratur. . . . Hæc autem argumenti pag. 369, A. 1695. Actor. Lipsiensium propositi vis est: Differentiæ cujuscunque gradus possunt per rectas ordinarias (assignabiles) proportionales exprimi, unde cum hæ rectæ habeant differentias, etiam differentiæ per ipsas proportionaliter expressæ habebunt differentias. [Verum hoc argumentum non procedere, sic demonstratur] §. 9. pag. 6: Sint fig. 3. EP. & FQ. ordinatæ duæ assignabiles, ac IH & KM inassignabiles - aliarum ordinararum differentiarum, videtur inassignabilem IH, KM ratio per assignabiles EP, FQ, exprimi non posse. *Demonstr.* Si neges, sit EP assignabilis ad FQ assignabilem, ut IH inassignabilis ad KM inassignabilem, erunt, cum EP, FQ sint applicatæ assignabiles, interceptæ AE & AF itidem assignabiles, & assignabiles erunt applicatæ IE & MF. Quocirca & juxta Lemm. 1. [*duarum quantitatum assignabilium differentia est quoque assignabilis*, quod suppositum demonstrari non meretur] harum differentia KM assignabilis erit, contra Hypothesin. §. 14. pag. 23. Merito concludi videtur, analysin infinitarum in ipsa applicatarum differentiarum notione non rite fundari, cum si curvarum essentialis character ex applicatarum differentiarum sit desumendus, præcedentes difficultates evitari posse vix credam

data. Quapropter & hinc aperte satis constare arbitror, characterem curvarum formalem non in differentiarum IH & MK &c. inter se habitudine, sed in cognita ipsius GH ad IH seu partium infinitesimalium axis, ad partes infinitimas applicatarum, aut substantientium ad applicatas ratione consistere. §. 15. p. 24. Ne autem scrupulositate nimia arti inveniendi obicem posuisse, ac tali prætextu optime inventa rejiciens studia hæc retractare magis, quam sugere voluisse censear. . . ostendere conabor, *sola æquationum ad infinitimas reductione* (seu primi generis differentiatione) omnia obtineri posse, quæ differentiationum gradibus utcumque remotis legitime inveniri queunt. Sint in exemplum K & r quantitates constantes, x abscissa, y applicata; b, z, f, indeterminatæ erunt respective earum differentiales dx, dy, db, dz, df; mihi eadem per infinitimas respectivas hæc designantur e, a, u, i, o, dataque sit æquatio Circuli $2Kx - xx = yy$ erit hæc ad infinitimas redacta $Ke - xe = ya$, quæ pro e & a positis symbolis Leibnitianis dx, dy, cum prima differentiatione hæc convenit $Kdx - xdx = ydy$. Hæc si secundo ex Methodo Leibnitiana differentietur posita dx constante, fiet $-dx dx = yddy + dydy$. Hujus succedaneum ex meis principiis sic obtinetur: fiat ut e ad a, ita r ad z erit $ze = m$, quæ applicata ad æquationem $Ke - xe = ya$ exhibet æquationem $Kr - rx = yz$ quantitatibus assignabilibus constantem, quæ ad infinitimas redacta, seu differentiatæ exhibet $-re = yi + za$, seu terminis differentialibus $-rdx = ydz + zdy$. Hæc jam plane eadem erit cum Leibnitiana secundo differentiatæ, si per dx, dy, ddy eadem ratio significari intelligatur, quæ per r, z, & dz, seu r, z, & i, designatur. Unde secundæ quantitatæ differentia hic saltem necessariæ non videntur. p. 26. Quod si Vir ingeniosissimus ea, quæ mense Augusto 1695. prioribus addere placuit, hoc modo ipsis ordinarum interceptarumque infinitimis applicuisset, missa secundi tertiiæque &c. trianguli characteristici, ac secundæ tertiiæque applicatarum differentia consideratione, multis, ni fallor, manente eadem methodi extensione, difficultatibus immunem eam præstitisset.

Seçt. 3. §. 2. pag. 29. Si sit $ds dds = dx ddx$ [posito $ds ds = dx dx + dy dy$ & dy existente constante] erit utique $ds = dx$. Licet enim non ignorem, in æquationis ab infinitimis ad indeterminatas

Kk 2 redu-

reductione occasiones quandoque occurrere, quibus æquationi reductæ termini determinati sub variis etiam signis ac magnitudine, varii addi queant (quod Anal. Inf. cap. X. breviter ostendi, & ad hunc quoque casum applicare facili negotio possem;) cum autem hoc non nisi æquationum differentiationi prima conveniat, seu cura ab infinitesimali ad indeterminatam fit regressio, quo pacto hoc æquationibus secundo differentiatis applicetur, lubens edoceret. §. 4. p. 29. Ait Vir celeberrimus A. 1684. p. 468. lin. 23: itaque punctum flexus contrarii locum habet, quando neque v , neque dv existente 0 tamen ddv est 0. Quod ipsum ex calculo Dn. Autoris est lineæ rectæ criterium, quo a curvis distinguitur. Sic anno 1695. pag. 370. lin. 29. expresse statuit Vir eruditissimus, lineam rectam carere differentiiis secundis, seu licet v , ac dv sint aliquid, tamen ddv esse nihilo æquale. Unde concludi posse videtur, eundem esse curvarum flexus contrarii ac rectarum characterem proprium: quod, uti modo dixi, obscurum mihi quadantenus apparebat; neque enim videbam, quare curva in puncto flexus contrarii magis quam in aliis suis punctis ista proprietate gauderet.

Sect. 4. pag. 31. Numeri infiniti m , per alium numerum b multiplicati productum bm est impossibile. *Demonstr.* Si neges, sit possibilis, ergo bm erit majus ipso m , per axioma, adeoque m non erit numerus maximus, ac proinde per hujus 4. non erit infinitus contra hypothesin. *Scholium.* Ne tamen hinc ob rerum harum insolentiam oboriatur scrupulus, ac hinc inferre me quispiam credat, expressionem Algebraicam zm , zm &c. semper impossibile quid designare, dico zm si significet m per 2 multiplicatum, impossibile; si vero exprimat 2 per m multiplicatum, possibile quid denotare [cujus & rationem aliquam profert.]

Sect. 5. §. 3. pag. 40. Si tamen aliunde derivaverit hoc theorema [s. $dx: x = \log a$, ipsius x , etiamsi non x , sed y sit logarithmicæ applicata, x vero abscissa potius vel intercepta] uti & primum, v in $\log. x = \log. y$ [quando $x^p = y$] nihil habeo, quod regeram, nisi horum Canonum (quorum demonstrationem Domino Autori adjungere non placuit) originem me ignorare; quæ idcirco porismata, quo pacto ex logarithmicæ natura profluant, optatam edoceri.

DAN.

Lubecæ sumptibus Petri Böckmanni, 1697. in 8. alph. 3.

INter cæteras felicissimi ingenii Morhofiani dotes, quibus Vir doctissimus rem litterariam ornavit, & præclaris variisque editis ingenii industriæque monumentis æternam nominis famam sibi acquisivit, non postrema fuit carminis pangendi & scientia & facultas. Rei quidem poeticæ quæ fuerit in eo scientia, quamque recondita divinæ hujus artis cognitio, ex eruditissimo ejus *de Germanorum lingua & poesi* intelligimus commentario, vernacula lingua edito, & a nobis in Actis Sept. A. 1682. recensito. Qua vero polluerit carminis etiam scribendi facultate, & quam dextrum in hac senferit Apollinem, argumento esse poterant cum Germanica carmina memorato libro subnexa, tum Latina cumprimis longe plurima diversis temporibus ab eo composita atque edita poemata, nunc ab hæredibus optimo consilio in unum corpus collecta; ut quæ dispersa evanescebant, conjuncta rectius servarentur. Exhibet hæc Morhofianorum carminum collectio (1) *Charitum* libros tres, quorum primus argumenti sacri poemata complexus, *Otiotum Divinorum* nomine ab ipso auctore quondam fuit publicatus; duo reliqui in honorem Principum, aliorumque illustrium & clarorum virorum, scripta exhibet carmina, maximam partem gratulatoria. (2) *Venerum* libros totidem, qui & ipsi antea lucem adspexerant, & epithalamia sistit; ut *Manium* qui (3) sequuntur libri itidem tres, epicediis constant. Succedunt (4) *Primitia Parnessi Kiloniensis*, sub Academiæ Christian-Albertinæ auspiciis anno 1665 fusa. Has excipiunt (5) *autofchediasmata* poetica, & (6) nova classis variorum carminum, quæ titulum præfert *Horarum subsecivarum* poeticarum. Hinc occurrunt (7) *Miscellanea* poetica, cum epigrammatis selectis, a quibus distincti sunt (8) duo alii *Epigrammatum* libri. Porro (9) *Jocorum* librum constituunt *Lessus in Ciconiam*, *Querela Halecæ*, & *de Enterationis* eruditissimæque salibus respersa poemata. Subjecta sunt (10) *Prætermissa*, in quibus est Cento, seu, ut ipse appellat, Lanx satyra, e Virgilio, Statio, & Claudiano, in *Χριστιανισμῶν*.

Kk 3

va,

va, quæ vel mentionem faciunt Morhofii, vel ab eo sunt edita cum alios haberent auctores, veluti elegantissima Johannis Laurenbergii Satyra de rerum bonarum abusu, ejusque Querimonia de suo & Academiæ Soranæ statu. His ita hæredum arbitrio congestis atque ordinatis, *Professionem* præmisit dignissimus Morhofii successor CL. Muhlius: qui pro insigni, quo pollet, poetica rei usu & peritia, ad nobilissimum Poetarum Belgicorum par, Petrum Francium & Janum Broukhusium, de his Morhofii operibus poeticis judicium fert incorruptum, candide laudans horum carminum virtutes, nec dissimulans quæ in iisdem desideret. Primum vero judices recusat eos, qui præ crudis & musteis terfa & elaborata, præ pravis & affectatis docta & castigata fastidiant. Hæc poemata ad veterum imitationem esse composita contendit, judicemque adeo requirere in veterum scriptis versatum. Multis autem præcos illos, ad quorum exemplum, ceu regulam & normam, & sua & aliorum scripta exigenda senserit docueritque Morhofius, sordere & negligi; contra corruptissimum quemque maxime probari. Sic avorum memoria fuisse, & adhuc esse, quibus in pedestri oratione suaviores videantur Apuleji, Flori, Barclai glandes, quam Ciceronis nectar & ambrosia. Puram Latini sermonis facilitatem, sinceri ac incorrupti stili fundamentum, veluti humilem, nimisque obviam explodi; inflatam frigidamque orationem, ingenii quadam & argutiarum specie, plerisque admirationi esse atque imponere. Ad eundem modum non deesse in poeseos cultoribus, qui Persium Horatio, Statium ac Claudianum Virgilio anteponant, nugasque canoras & ampullas pluris faciant, quam versus faciles, eruditos & elegantes. Nec diffitetur, Germanos maxime esse ac Belgas, qui arguto illo & affectato scribendi genere capiantur, quod Poetæ Hispani in Latium invexerint; quo prioris meliorisve ævi candor obscuratus fuerit, nativusque lepos & gratia perierit. His ergo corruptis judicis tribuendum putat, quod vulgo tanti fiat Barlæus, recentiorum quidem præstantissimus Poeta, & nec Grotio Heinioque postponendus, sed qui & verbis impurus, & sententiis frigidus, & numerorum negligens, multum abfit a veterum laude & perfectione, quod Claudianum imitari maluerit quam Virgilium. Esse quidem Claudiani dictionem satis numero-
sam

sam & sonoram, ac ultra seculi sui genium castigatam; ac multum infra accuratam Virgilii gravitatem subsidere, quæ summo iudicio numeros rebus subjectis attemperaverit, & literarum sæpe junctura rei naturam apte jucundeque expresserit. Hujus curæ & diligentiae, quæ apta numerorum ac periodorum varietate carmini decorem suavitatemque conciliat, nullum in Statio, Lucano, Claudiano, Silio Italico, animadverti vestigium. Claudiani quidem numeros ad aures suaviter allabi, sed verbis rebusque elimato iudicio inter se comparatis, nescio quid puerile & subsultans in iis deprehendi. Nicolaum Heinsum sero tandem doluisse, quod in legendo istoc auctore tam diu hæserit. Juyentuti vero, nisi a prudentioribus magistris moneatur, deteriores præ melioribus, corruptos præ sanis, fucatos præ pulchris, turgidos & inflatos præ grandibus arridere, suo quoque exemplo docet. At Morhofium melioris consilii fuisse adolescentibus auctorem, iisque ad optimos quosque imitandos, cum exemplo, tum præceptis Polyhistoris sui capp. 13. 14. 15. 16. traditis, viam prævisse. Quæ cur non nemo in Academia Batava elevarit & tanquam puerilia aspernatus sit, causam nullam esse: cum intradenda imitandi ratione viri summi operam posuerint, & in eloquentiæ ac poeseos studio omne punctum imitatio ferat. Hanc ergo imitationis viam ingressum esse Morhofium: qui licet ad summum fastigium forte non pervenerit, uberem tamen venam, divinum quoddam ingenium, & bonorum scriptorum lectionem diligentem in his carminibus usquequaque conspici. Cum vero recentior etiam ætas protulerit Poetas ad veterum gloriam assurgentes, hos quoque, ut antiquorum virtutes rectius intelligeret, sibi legendos censuisse Morhofium, & nonnunquam sequendos. Omnium enim sibi virtutes proposuisse æmulandas, magnamque curam ad scribendum carmen attulisse. Nonnulla quidem illi excidisse extemporalia, quæ ut culpa, sic laude vacent: nonnulla a dulcibus illis, quæ Fabius vocat, vitiis non prorsus aliena esse: quædam prorsus Noster mallet omissa, quibus lima defuerit, reliquis scriptis studiose adhibita. His tamen Morhofianæ laudi & famæ apud æquos iudices nihil iri derogatum, ut qui sciant Musas non ad nutum Poëtis esse præsto, quos ad alienum sæpe arbitrium carmina oporteat scribere. Nec inter optimos Poetas ul-

lum

lum unquam extitisse, qui non humani aliquid sit alicubi passus. In *Morbosianis* autem *carminibus* semper aliquid arguti, quod *lectorem* alliciat, aliquid eruditi, quod *διδασκαλικόν* habeat, aut ad *visam* moresque faciat, occurrere. Nunquam illi deesse ad *invenienda* venusta argumenta ingenium, nec ad *ordinanda* iudicium. Nec *eloquentia* abesse facultatem, sermonisve puram suavisatem. *Vim* & *elegantiam* spectari in *clausula* fere arguta & aculeata: hanc *Nestrum* magnopere captasse, nec ab aliis abhorruisse ingenii lusibus, sed *doctis* & *urbanis* & *veterum* *elegantia* consensantem; a *barbarorum* vero *seculorum* *inventis*, *ingeniosa* *poeseos* *dehonestamentis*, *acrostickis*, *ecchoicis*, *anagrammatismis*, *similibusque* *quisquiliis*, *alieniorem* fuisse. Hoc est integerrimum Clarissimi Editoris de poematibus his iudicium, cui æquissimus quisque ac intelligens lector facile subscribet; gratiamque habebit hæredibus, qui cultissima hæc carmina, & argumendi & metri & inventionis varietate cum paucis comparanda, colligere & juncta publici juris facere voluerunt. Iidem de litteris bene merebuntur, si operam dederint, ut reliqua doctissimi venustissimique Auctoris affecta aut perfecta opera ex schedis scriniisque beati Viri eruantur & publica in luce compareant.

JOHANNIS LA PLACETE, BENEARNI, DE INSANABILI
Romanæ Ecclesiæ Scepticismo Dissertatio.

Amstelodami, apud Georgium Gallet, 1696. in 4.

Constat plag. 25½

- Cap. 1. **E**cclēsiā Romanā certitudine Fidei, quam sibi soli vindicare consuevit, penitus destitui, ac contra perpetuo laborare scepticismo, dum evincere laborat hoc opere celebris inter Reformatos Gallos Theologus, distincte procedit. Cum enim præter *Scripturam Sacram* indubitatam fidei normam, ad *Traditionem* insuper, *Pontificum* & *Conciliorum infallibilitatem*, *Doctorum consensum*, ac *Ecclesiæ* denique *universalis auctoritatem* provocare solenne sit Pontificiis, de singulis hisce, num firmam fidei apud eos excitare certitudinem valeant, disquirat. Præmissa itaque generali quodam de certitudinis tum gradibus tum speciebus discursu, *Scripturam* quidem *Sacram*, ut in se certissimam, sic fidei etiam fulciendæ aptissimam sufficientissimamque esse profitetur: sed
cam
- 2.

eam Pontificiis haud sufficere, nisi receptissima quæque ex suis placitis deserant, in aperto esse existimat. Negare enim ipsos, seclusis Traditione & Ecclesia, constare posse ulla ratione, vel Scripturam esse verbum Dei, vel his aut illis eam libris, aut librorum partibus contineri, vel ipsos fontes puros & incorruptos ad nos manasse, vel versiones ullas haberi fideles & accuratas, vel denique hunc aut illum esse loci cujusvis sensum. Ex iis ergo colligit, eos, qui ita doceant, seclusa Traditione & Ecclesia, nunquam ex Scriptura certo cognituros, quid credendum sit.

Nec melius se habere *Traditiones*, in se consideratas, putat. Demetra namque Ecclesiae attestatio non patere, ullas esse divinas traditiones; dato etiam, esse aliquas, nesciri tamen, quænam illæ sint, quandoquidem tot circumferantur falsæ traditiones, tot rursus dubiæ & suspectæ, de quarum veritate multa disputentur.

Confugiendum ergo ad *Ecclesiam* auctoritatem. Sed & ab hac certè quicquã sperare haud licere ostendit Auctor, ducto a summo Pontifice initio. Hujus decretis secure niti fides si debeat, requiri probat ante omnia, ut certus quisque sit, esse verum illum & legitimum Pontificem, cujus decreta suscipiat: ast illam certitudinem haberi posse inficiatur. Sæpe enim docet contingere, ut is, qui Pontificalem sedem occupat, Pontifex revera non sit, sed Pontificis duntaxat larvæ & inanis species. Hoc modis plurimis evenire posse, nec ipsos negare Pontificios, si nimirum aut electio vitiosa fuerit, non observatis iis omnibus, quæ canones tanquam necessaria requirunt; aut si ante electionem habuerit impedimentum aliquod canonicum; aut si baptizatus ordinatusve rite non fuerit, propter defectum intentionis in baptizante aut ordinante, aut in eo, a quo ordinator baptizatus vel ordinatus olim fuit, & propter alia quædam baptismi & ordinationis vitia; aut si per Simoniæ Pontificatum fuerit adeptus; aut si jam tum rite electus Pontificia dignitate exciderit per atheismum, infidelitatem, hæresin, etiam mentalem & occultam. Deinceps si vel maxime de vero Pontifice certus aliquis sit, non posse tamen ipsum certo scire ostendit, annon errori hic sit obnoxius. Docere equidem adversarios, Pontificem definientem aliquid tanquam de fide, obligare totam Ecclesiam ad credendum fide divina id, quod definit. Enimvero neminem ad hoc credendum

- dum teneri excipit, nisi qui simul certus sit divina fide, Pontificem esse infallibilem. Ast hanc illius infallibilitatem de fide non esse, ex ingenua quorundam adversariorum confessione non minus atque aliis argumentis demonstrat. Imo posita etiam Pontificis infallibilitate, incertum nihilofecius relinqui, quando hoc ille privilegio gaudeat. Monarchicos in eo omnes consentire, Pontificem tunc, quando doceat ex cathedra, errori non esse expositum; multum autem eos inter se discindi, si, quando proprie *e cathedra* doceat, definiendum ipsis sit: at vero vel has lites negotium satis intricatum reddere. Negare insuper plerosque, infallibiliter definiturum Pontificem, nisi mature & canonice procedat, quæstionem, de qua agitur, accurate expendat, Scripturam & traditionem consulat, precibus ad Deum instet, eaque omnia adhibeat, quæ ad invenendum verum conducant. Sed quis de adhibita semper diligentia hac certus esse poterit? Sic quærit Auctor, & non raro eam omissam fuisse, exemplis comprobat. Quid? quod & solenniores in publicatione decretorum ceremoniæ non rite per omnia observatæ irrita ea, Pontificiis ita statuentibus, efficiant? Admisso autem hoc, neminem certa fide ulli decreto veteri aut in Urbe a domicilio suo remotiori publicato adhærere posse subsumit, cum de ceremoniis in publicatione observatis, modo temporis, modo loci intercedo certum esse ipsum prohibeat. Tunc quoque pronuntiare ex cathedra Pontificem existimari dicit, cum alicui dogmati hæreseos notam inurat. Sed rarissime eum indicare, quid præcise sit hæreticum. Ubi enim plures propositiones eodem decreto damnet, frequentissime accidere, ut non ejusdem generis ac conditionis omnes illæ sint, sed aliæ dicantur hæreticæ, aliæ duntaxat erroneæ, quædam temerariæ, nonnullæ scandalosæ vel piarum aurium offensivæ. Quamdiu igitur nesciatur, quanam ex illis notis cuique propositioni sigillatim adjudicata sit, tamdiu quoque ignorari, an certa fide decretum illud assumi queat. Ultimum pronuntiatæ ex cathedra definitionis characterem esse inquit, si Papa testetur, decernere se de consilio Fratrum suorum, quo nomine Cardinales indigentur. Utrum vero adhibiti reapse in consilium Fratres illi fuerint, neminem certo scire posse addit. Enarratis autem hisce requisitis externis, sensibusque, si non omnium, quorundam

dam tamen, obviis, aliud adhuc subjungit cuius ignotum atque inaccessum, ipsam scilicet Pontificis conscientiam. Nam ad hoc, ut ille recte iudicet, requiri imprimis, ut, quod ipse verum putat, pronunciet, non autem vi aut metu, vel alia simili perturbatione fractus contra animi sui sensa decernat; jam vero nemidi comperitum esse, quid ad decernendum Pontificem impulerit.

8.

Sed ne *Concilii* quidem decretis niti posse fidem Romanam, edocere pergit. Eos, qui Concilio, etiam soli & a Pontifice se juncto, infallibilitatem deferant, hac lege istud facere, ut sit vere œcumenicum. Ut autem Concilium quoddam pro tali censeatur, horum alterutrum necessario requiri, ut vel omnibus, quotquot ubique terrarum sedent, Episcopis constet, vel ii saltem adsint, qui absentes rite ac sufficienter repræsentent. Jam vero nullum unquam ejusmodi cœtum ex omnibus Episcopis collectum in Concilio adfuisse, & numerosissima quæque vix decimam Episcopalis collegii partem complexa notat. Nec unquam tale Concilium institutum refert, in quo ii, qui eidem interfuere, absentes justo modo repræsentarint: id enim ne fieri quidem posse observat. Duplici quidem ratione aliorum nomine adesse alios, si nimirum vel expresse & nominatim ab iis missi & delegati fuerint, uti usu veniret, si antequam Concilium œcumenicum cogatur, particularia in singulis provinciis haberentur, in quibus unus aut alter eligeretur, qui pro reliquis generali interesset; vel si, cum nihil eorum observetur, censeatur quilibet Episcopus hoc ipso, quod Concilium non adit, in reliquos adeuntes jus suum atque auctoritatem omnem, si non expresse, tacite saltem & interpretative transtulisse. Priorem illam habendarum generalium Synodorum rationem apud adversarios non observari; posteriorem vero inter ea, quæ, si recte æstimes, innumeris & nunquam superandis premantur difficultatibus, rejiciendam venire asserit, istoque pacto Concilium œcumenicum nunquam fuisse habitum, nec unquam habendum iudicat. Supponit interim

9.

10.

Concilia œcumenica existere posse; verum urget tamen amplius, certo & indubitato haud constare, quodnam Concilium vere œcumenicum sit ac nuncupari mereatur. Eo sine dissensum Pontificiorum proprium allegat, & ostendit, quod alii habitorum olivæ talium Conciliorum numerum augeant, alii vicissim minuant, quod-

que istud, cui unus œcumenici nomen vindicet, alter contra præ-
 eodem hæud agnoscat. Jactare quidem Pontificios Concilia non-
 nulla, quæ œcumenica fuisse nemo prorsus iverit inficias; verum-
 amen & illis titulum hunc valde reddi dubium, ex notis Concilio-
 rum œcumenicorum a Pontificiis ipsismet excogitatis, sed in ista
 11. minime cadentibus, confirmat. Porro Concilia œcumenica de-
 bere esse legitima, ex domesticis adversariorum suffragiis manife-
 stum reddit; conditiones autem ad habendum Concilium legiti-
 mum necessarias ægerrime sciri innuit, cum modo has, modo illas
 adversarii nominent, nec de earum aut numero, aut qualitate con-
 12. veniant. Referrî huc imprimis libertatem plenam atque perfectam,
 tradit. Monet tamen, libertatem hanc non sola vi aperta, non
 verberibus tantum, carcere ac similibus auferri, sed ministeriam, pro-
 missis, donis, similibusque arcanis quidem, sed non minus efficaci-
 bus mediis labefactari, nec scire quenquam, annon hæc postero-
 ra clandestino modo in isto, cui fidem habere velit, Concilio ne-
 cessariam adeo libertatem corruerint. Nesciri ulterius, utrum recta
 13. fuerit Patrum, in Concilio qui sedere, intentio, & an illi posthabitis
 omnibus rerum mundanarum curis Dei gloriam, Ecclesiæ ædifica-
 14. tionem ac fidei puritatem sectari studuerint; nesciri, utrum decre-
 ta ibi condita sufficiens rerum inquisitio præcesserit. Quod si igitur
 aut heic aut illic defectus quispiam emerferit, non amplius præ
 15. legitimo habendum venire Concilium obtendit. Circa conclusio-
 nem, qua Synodi Præses auditis Patrum suffragiis sententiam so-
 lenni ritu pronunciat, non levem verti quæstionem: num Præses
 debeat secundum majorem suffragantium numerum pronunciare,
 vel num necessaria sit plena & absoluta unanimitas? Non negatu-
 ros adversarios, posse quidem utrumque illud defendi; interea neu-
 trum esse vel ex se evidens, vel a Deo revelatum, vel ab Ecclesia
 definitum urget; urget ideo similiter incertum fore, quænam Con-
 ciliorum decreta legitime conclusa sint, quibusque proin tuto ad-
 16. hibere fidem liceat. Fingit tandem, adversarios scire ea omnia, quæ
 scire non posse satius probavit, superesse tamen illum ait scrupu-
 lum, quod infallibilitas Conciliorum de fide non sit, adeoque citra
 formidinem oppositi dubii a nemine credi possit.

Hactenus de Concilio œcumenico in se spectato egit, jam
 istud

istud, uti cum auctoritate Pontificis junctum est, considerat. Et
 heic primum non pauca Concilia, a Pontifice quamvis approbata, 17.
 Parisienses repudiasse, ex historiarum monumentis narrat. Dein
 nec universam Ecclesiam Pontificis consensum pro certa recte de-
 cernentis Synodi nota unquam habuisse, ex eo elicit, quod & ipsa
 celeberrimas sæpe, quas enumerat, Synodos, easq; a Romanis Pontifi- 18.
 cibus solenniter probatas rejecerit. Multos porro magnique no-
 minis Theologos recenset, qui Pontificis & Concilii consentienti-
 um infallibilitatem venerari jam olim detractaverint. Præterea 19.
 neque hanc, quam modo diximus, infallibilitatem ad fidem perti-
 nere, & silentio Concilii Tridentini hæc talia monere alias haud o-
 mittentis probat; probat & ex eo, quod nec Scriptura, nec Tra-
 ditio, nec aliquod relictis Ecclesiæ decretum, nec denique Eccle-
 siæ universalis consensus pro fundamento fidei illius queat allegari.
 Quantumvis autem quis certo satis nosset, haberi in terris tribunal
 quoddam errare nescium, nondum tamen fidem extra omne pe- 20.
 riculum collocari, nisi pariter nosset, quænam sint manantia ab illo
 tribunali decreta, quibus adhibere fidem tuto liceat. Atqui incer-
 tissimum hoc esse, duobus modis evincere nititur: semel, quod
 non constet, quænam sint validi & firmi decreti conditiones, qui
 characteres, quæ notæ; iterumque, quod, etsi de ea re constaret,
 non constaret tamen, quænam sint specialia decreta, quibus illæ 21.
 conditiones adsint. Si quis forsan objiciat, eorum ad minimum
 Conciliorum & Pontificum decreta firma esse, quæ universalis ad-
 miserit Ecclesia, respondet, nec ipsum Ecclesiæ judicium ab erro-
 re omni immune pronunciandum se censere. Quod si enim ea ad
 externas tantum conditiones respexerit, ad indictionem puta, con-
 stitutionem, procedendi rationem, aliaque id genus, quæ legiti-
 mum Concilium faciant, difficultates ubique obvenire plurimas ex
 antea jam dictis repetit. Si autem Ecclesia ipsorum decretorum
 veritatem excusserit, & quæ recta invenerit, admiserit, quæ pra-
 va & falsa, repudiaverit, eam utique rationem se probare, imo
 poscere; sed & sentire dicit, quod, si hos largiantur Pontifici, a-
 ctum procul dubio sit de ipsorum hypothésibus. Nam si Ecclesiæ
 universali conveniat, Conciliorum decreta expendere, & recta ad-
 mittere, falsa repudiare, eo ipso manifeste supponi, utriusque ge-
 neris

neris statuta, vera & falsa, recta & prava, ab illis sanciri posse; unde ultro consequatur, quod Concilia errare nescia non sint. Amplius progreditur, & ne hoc quidem sciri autumat, quænam verolim edita & sancita sint a Conciliis decreta; cum & temporum, injuria, & custodum fœcordia, & falsiorum fraus ac infidelitas sic vitiarit & corruerit Conciliorum acta, ut vera legitimaque a spurriis dignosci vix possint; quam thesin exemplis quibusdam luculentis confirmat.

23. A Conciliis discedens ad *Doctores* sese confert, & utrum horum consensus fidem stabiliat, disquirit. Negativam autem heic denuo defendendam suscipit, nixus ante omnia hac ratione, quod quinam Doctores illi sint, quorum requiratur consensus, nondum constat. Totius negotii fundum putari locum Pauli, ubi is datos a Christo alios Apostolos, alios Pastores & Doctores in ædificationem corporis Christi asseruerit. Sed dubitari inter Pontificios, ætrum illi ipsi sint Pastores, qui Doctores? Rursum quæri: quosnam Pastorum nomine designare Paulus voluerit? Missis autem hisce dubitationibus, ad frequentissimas nullo non tempore Doctorum in Ecclesia discrepantias Lectorem remittit, & cuiam parti, si tales obvenierint, sit adhærendum, quærit. Concesso interim, quod in eadem doctrina tradenda Doctores unanimiter conspirent, esse nihilominus consensum illum non æque manifestum & obvium instat, ac esse deberet ad hoc, ut communem fidei regulam præberet. Hæc quippe clara & perspicua ut sit, tanquam necessarium supponit; Pastorum contra consensum circa illa, quæ credenda sunt, ita obscurum cognituque difficilem facit, ut non tantum quivis de plebe, sed ipsi literati quoque doctissimique vitare nequeant, quo minus in eo indagando hallucinentur. Id quod a triplici fonte promanet, quorum primus sit ipsius Ecclesiæ, per quam ejus præfecti dispersi degant, amplitudo, tanta utique juxta adversarios, ut per totum terrarum orbem diffundatur; secundus obscura quorundam dogmatum, de quibus nondum in Ecclesia disputatum, notitia; tertius ille casus, quo non raro in Ecclesia dogmata quædam tanquam a Deo revelata & ab Ecclesia probata spargantur, ac passim & ubique doceantur, quæ tamen falsa esse cordati sero deprehendant. Singulos ex his fontibus ope exemplorum, quæ maxime censeat, idoneo-

neorum dilucidat. Cæterum ut per datam fictionem liberalis sæpe Auctor est, ita heic quoque dat, recte se habere consensum Doctorum; porro tamen colligit, rem ideo nondum confectam videri. Non enim, quicquid unanimiter affirmant suisque auditoribus inculcent Doctores, statim ut a Deo revelatum, atque adeo ut doctrinam Ecclesiæ excipiendum esse, adversarios contendere observat, sed id duntaxat, quod illi esse de fide concorditer dixerint. At vero Episcopus, Parochos, Concionatores raro admodum determinare, an id, quod doceant, sit de fide, an consequens ad fidem, an sit expresse revelatum, an cum revelatis connexum & cohærens; unde eveniat, ut ii ipsi, qui consentiant de veritate dogmatis, non consentiant semper, illud esse de fide; sæpe enim negare alterum, ad fidem pertinere, quod alter eo reducat. Pergit, morisque sui observantissimus ex abundantia largitur, certum haberi unanimem Doctorum consensum; negat autem, credi eapropter tuto posse, vera tradi a Doctoribus. Quominus enim ista sibi quis persuadeat, ob stare inter alia momenta tres potissimum theses, quæ cum hac Præfectorum Ecclesiæ infallibilitate aperte pugnent, nec unquam tamen in celeberrimis Romanarum partium Scriptoribus easdem defendentibus levissima censura notatæ legantur. Primam facit hanc: *Ecclesiam, pro qua Christus oravit, non esse dignitatibus ecclesiasticis alligatam, sed posse totum constare fidelibus cujuscunque ordinis; secundam, posse fidem in universa Ecclesia præter unum laicum, quin & præter unam mulierculam, deficere; tertiam, posse adultos omnes, nullo excepto, excidere a fide, & Ecclesiam in solis infantibus perstare.* Non fictas autem has, sed ab iphismet Pontificiis in medium allatas theses esse, ex densa testium eas adstruentium nube demonstrat.

Ultimum adversarios refugium perhibet dirigere ad Ecclesiam e Pastoribus & subditis simul constantem, & hac niti posse singulorum Christianorum fidem, eos sibi persuadere docet. At enim vèro lubricum & hoc fundamentum esse existimat. Primum etenim non constare, quænam sit illa universalis Ecclesia, cujus fides nostræ fidei regula esse debeat, cum ignoretur apud adversarios quæ sit vera Ecclesiæ idea, quidque ad illam constituendam requiratur, an sola v. g. rectæ fidei externa professio sufficiat, an ipsam fidem

28. fidem adesse oporteat, an pietatem, & sic porro. Ac etiamfi hoc esset certum, nesciri tamen in specie ac in hypothesi, utrum illa vera Ecclesia sit vel Romana, vel Græca, vel alia quævis. Equidem heic duo proponi criteria, e quibus postremum hoc cognosci queat; alterum, ut ex doctrinæ, quam qualibet Ecclesia profiteatur, veritate & conformitate cum Dei verbo, alterum, ut ex notis atque echaracteribus externis vera Ecclesia a falsis dignoscatur. Ast licet prius aliqui ex adversariis præscribant, repugnare tamen longe plures alios, qui institutum de Ecclesia ex doctrinæ veritate iudicium immensi laboris inexhaustæque difficultatis credant, idque ne a doctissimis quidem, nedum a plebejis & rudioribus ferri posse metuant. Longe magis intricatam esse rationem alteram, veritatem hanc per externas notas dijudicandi. Præterquam enim quod ipsi adversarii de notarum istarum numero parum consentiant, easdem quoque ne probabiles quidem per omnia, nedum certas atque evidentes esse. Post, quam dubia sit dignoscendæ Ecclesiæ veræ ratio, tam dubium quoque esse ait modum indagandi ejus, quam illa foveat, fidem. Nondum enim sufficere, nosse, quid universalis Ecclesiæ pars quædam, sive major, sive minor, credat, nisi scias, quid toti videatur. Sed hoc nimis facit arduum, cum agnoscant adversarii, posse majorem Ecclesiæ partem errare, imò posse & veram Ecclesiam ad unam mulierculam redigi. Insuper nec sufficere, ut scias, quid fidelibus verum videatur, nisi noris insimul, quid illitanquam revelatum a Deo fide divina amplectantur, cum multæ quoque totius Ecclesiæ opiniones falsæ inveniantur; sed istud neminem sperire posse innuit. Denique nesciri addit, an universalis Ecclesiæ fides recta fides sit: nisi enim hanc sola infallibilitate Ecclesiæ, tali fundamento, quod æque ac reliqua hætenus oppugnata pro certo haberi ex ratione hypothesium Pontificiorum plane nequeat.
29. 30.

VERITAS RELIGIONIS CATHOLICÆ EVIDENTER
demonstrata per A. R. P. THYRSUM GONZALEZ.

Insulis, apud Franciscum Fievet, 1696. in 12.

Constat Alphab. 1.

NON novus quidem est hic liber, sed pridem manibus eorum, qui Ecclesiæ Romano-Catholicæ favent, versatus; ast nihilosecius

eius aliquam novitatis speciem velut induit, ubi tertia nunc vice impressus ad nos primum, nec nisi viri celeberrimi, Danielis Papabrochii e Soc. Jes. beneficio pervenit. Quamobrem cum nullam ejus in his Actis mentionem adhucdum factam recordemur; vel nunc recensere librum consultum duximus, ne suppressere videamur libros nostræ Ecclesiæ oppositos. Fungimur enim Historicorum munere, bona fide enarrantes librorum argumenta, judicio Lectoribus, censura iis, ad quos spectat, relicta.

Pontificiæ autem religioni incorruptæ veritatis gloriam certam propriamque asserere laborat ejus Auctor, Societatis JESU Præpositus hodie Generalis, vel ex isto de recto usu opinionum probabilium tractatu, cujus summa in nostris Eruditorum Actis primum A. 1695 locum obtinuit, celeberrimus; qui, ut in persequendo isthoc instituto suo justam tenuisse videatur methodum, orditur a tritissimo illo effato, quo Petri confessionem excepit Christus, Matth. XVI, 18, inque eo datum esse isti promissum autumat, quod constituendus sit hujus vicarius, quodque Ecclesiæ, quam super Christum ceu lapidem primarium extractam constat, super Petrum tanquam secundarium quoddam fundamentum ædificari debeat. Etenim verba, *super hanc petram*, nec ad personam Christi, nec ad confessionem de Christi divinitate, sed ad ipsam Petri personam spectare, & eos, qui secus sentiant, ex Hebrææ, Syriacæque linguæ ignorantia in errorem induci contendit. Matthæum enim Hebraice scripsisse suum Evangelium dum autumat, per repetitum in illius textu nomen Cephas probare nititur, idem inferre Christi responsum, ac si dixisset; *tu es petra, & super hanc petram* &c. Quodsi tamen quæras, cur Interpres, quem ille nominat, Matthæi Græcus distinctionem generis adhibuerit? respondet, Petrum, tanquam virum, primo loco nominandum fuisse in masculino, secundo autem, ubi de ædificii fundamento actum, non Petrum amplius dicendum venisse, sed petram, quia in ejusmodi ædificiis foemininum magis usitatum habeatur. Patrum de cætero quorundam explicationem, juxta quam *τὸ super hanc petram* interpretentur *super hanc fidem*, eo tendere vult, ut super Petrum propter fidem & confessionem ædificatam esse Ecclesiæ statuerint, quemadmodum dicere soleamus, *in unius hominis fide fundatum esse*

republicam, quod sit, in uno homine propter fidem. Parili modo scribere Ambrosium: *super aquas fidem Petri ambulasse; & tamen id innuere, quod Petrus ibi ambulavit propter fidem, quippe quæ effecerit, ut miraculoso hoc ingressu uti ipsi fuerit licitum.* Objectionem autem exin petitam, quod Christus Ecclesiæ fundamentum audiat, unica illa inter fundamentum primum & secundarium (quorum postremum Petrus,) distinctione tollendam arbitratur. Dehinc Ecclesiam super Petrum fundatam visibilem esse, consuetis rationibus probare nititur. Eam item nunquam perisse, sed semper extitisse in mundo, & usque ad illius finem permansuram, ex promisso Christi, quod portæ inferorum adversus eam non sint prævalituræ, urget, istudque e tot persecutionibus tyrannorum, turbisque & machinationibus hæreticorum, quarum nullæ hæcenus Ecclesiam subverterint, declarat; prout perpetuam quoque illius durationem e Matth. XXIX, 20. Luc. XXII, 32. confirmat. Imo nec fidem eam unquam deserere, falsaque propugnare potuisse dogmata, adducto in medium loco e 1. Tim. III, 15 colligit. Christum præterea, qui tanquam caput & sponsus Ecclesiam gubernet, & qui huic obedire jusserit in omnibus, Matth. XIX, 17, Spiritumque Sanctum, qui Ecclesiæ præsit tanquam anima, non sane permissurum, ut eadem in rebus ad fidem pertinentibus errori alicui involvatur. Jam præsupposita hæc ad suum institutum applicat, Ecclesiamque Pontificiam solam semper in mundo extitisse, ex quo Christus verba illa ad Petrum locutus fuerit, e nunquam interrupta serie Pontificum a D. Petro descendentium confirmat, atque isto argumento evinci reputat, Ecclesiam Lutheranam & Calvinianam sub Ecclesiæ veræ nomine venire non posse, cum ante annum 1517 Lutherana, multoque minus Calviniana, quæ sit istius soboles, in mundo, ut putat, non fuerit. Nec infirmum esse contendit argumentum hoc sumtum ab antiquitate Ecclesiæ a Petro incipientis, quandoquidem Patres Ecclesiæ probaturi contra varios hæreticos, inter ipsos non esse veram Christi Ecclesiam, eodem frequenter usi legantur; sigillatim autem Irenæum, Tertullianum, Optatum Milevitanum & Augustinum nominat. Solos etiam Ecclesiæ Romanæ Ministros ab Apostolis descendere hinc infert, quod inferiores, præsertim Sub-Diaconi, Diaconi & Presbyter

teri ordinentur ab Episcopis, Episcopi autem suum ordinem ab aliis Episcopis acceperint, hique rursus ab aliis, quo pacto demum ascendatur usque ad Apostolos, in quos potestatem omnem Christus proxime contulerit; non secus atque homines singuli ac universi, secundum vitam & potentiam naturalem, longo generationum tractu ab Adamo descendant. Ea vero gloria Lutheranz Ecclesie Ministros carere ait, quippe qui altius regredi non possint, nisi ad Lutherum, qui tamen legitime ordinatus nequaquam fuerit. Frustra esse porro monet eos, qui Ecclesiam latuisse per aliquot secula heic asserant, usquedum Lutherus palam predicare coeperit; id enim naturae Ecclesiae repugnare dicit, quae semper esse debeat simili civitati in monte positae. Qui solos infantes baptizatos pro membris Ecclesiae veris per illa tempora venditent, eos contrariari censet Augustanz Confessioni, ubi, quod sine sincera Verbi praedicatione & legitima Sacramentorum administratione (quarum neutra tamen in infantes cadat,) Ecclesia consistere non possit, doceatur. Nec quicquam obtinere hos, qui causentur, semper in Ecclesia fuisse unum aut alterum cordatum virum, qui Papae contradixerit, cujusmodi Wiclefus, Hussus, Lutherus, Calvinus, & alii. Neque enim plures adduci posse e seculis superioribus, nec possibile videri, ut Deus Ecclesiam Christi deteriorem experiri conditionem siverit, quam olim Synagogam Judaicam, quae nunquam adeo deserta fuerit, ut in ea unus tantum alterve vir cordatus reperiretur. Imo ne Donatistas quidem affirmasse unquam, quod Ecclesia non amplius nisi in duobus Papae se opponentibus superstes manserit, tametsi eam toto orbe periisse ac in sola remansisse Africa docuerint. Lutherani cum largiantur, aliquot a Christo nato seculis prioribus Ecclesiam Romanam se veram Christi Ecclesiam gessisse, exinde manifestum reddi Auctor statuit, quod Ecclesia Pontificia nunquam aut in apostasiam, aut in haeresin, aut in schisma inciderit. Non in apostasiam, quippe quae sit fidei Christianae non solum abrenunciatio, sed etiam vel ipsius nominis omnimoda abjuratio; nihil autem ejusmodi Ecclesiae Romanae imputari posse. Non in haeresin; haec enim qui amplectantur, eos privatae & singulari cuiusdam opinioni inhaerere, contra generalem & approbatam universalis Ecclesiae doctrinam; at vero Ecclesiam Romanam nunquam fu-

ille condemnatam ab aliquo oecumenico Concilio, neminemque antiquorum Patrum adversus illam stylium exacuisse obtendit. Non in schisma, quo discessio fiat seu separatio ab unitate Ecclesie, ruptaturque vinculum communionis cum aliqua Ecclesia puriori; sed eam societatem Christianorum, a qua Romana Ecclesia discesserit, ostendi sibi enixe flagitat, flagitat quoque illum e Romanis Pontificibus nominari, qui fidem primus deseruerit ac hæreses disseminaverit; defectionem enim Ecclesie neutiquam latenter agi potuisse, sibi penitus persuadet. Porro ex sententia Lutheranorum sequi affirmat, per mille annos non fuisse veram in mundo Ecclesiam: quod si enim Pontificie nomen veræ Ecclesie abjudicaveris, nusquam hanc alibi reperiendam fuisse concludit. Ast interim ex hoc fundamento omnes, qui per secula illa vixerint, damnandos fore exclamat, damnandos Benedictum, Malachiam, Bernardum & alios, quos ipsimet Lutherani atque Reformati Sanctorum loco habeant. Ne autem heic fortassis quis objiciat illam nonnullorum opinionem, quod in sua quilibet religione salvari possit, absurdissimum esse dogma hoc prolixius ostendit. Quin & in istos invehitur, qui omnes Christianos in sua fide & religione ad æternam vitam aspirare posse doceant, dummodo articulos in Symbolo Apostolico obvios firme fide teneant, quamvis in aliis compluribus sibi invicem contrarietur. Néc sufficere putat, ut articulos fidei distinguas in essentielles & accidentales, quorum posteriores salva fidei integritate vel admittere vel repudiare liberum sit; cum enim pro fundamento fidei habere conveniat auctoritatem Dei revelantis, quæ æqualiter omnes veritates revelatas afficiat, fidem necessario esse extendendam ad omnes istas veritates, sive magnæ illæ sive parvæ sint. Paucis dehinc id urget, quod spem salutis nemo Lutheranorum aut Reformatorum iis, qui in Ecclesia Romana vivant, penitus adimere sustineat. Inde vero evidenter obligari istos infert, ut relicta sua secta ad Ecclesiam Catholicam se recipiant, cum in hac sit spes salutis ex partis utriusque confessione, in Ecclesia vero Protestantium non nisi ex opinione ipsorummet, quam manifeste tamen erroneam Papæ omnes existiment. Sed paulo diutius in illo argumento detinetur, quod, cum in sola Romana Ecclesia firmam credendi regulam & supremum controversiarum fidei Judicem reperire de-
 tur,

tur, ea utique pro vera Christi Ecclesia agnoscenda colendaque sit. Prius autem ut obtineat, pro solenni Pontificiorum more Scripturam Sacram vi normativa potestateque judiciaria privare, eamque in Concilia generalia a Romano Pontifice confirmata transferre laborat; quin imo hunc etiam extra Concilium generale & non expectato Ecclesie consensu pronunciantem, controversiarum fidei Judicem infallibilem nuncupandum esse, operose admodum evictura dare nititur. Judicium quoque Romani Pontificis in controversiis fidei a Concilio generali reformari posse negat. Equidem injici hoc loco a quibusdam ait scrupulum, quod, sicut Generalis Societatis solum supra reliquos Episcopos divisive spectatos emineat, non autem quatenus hi convocati sint ad Concilium generale, utpote in quo per majorem suffragiorum partem ipsum superari nemo ignoret; .ita etiam dicendum videtur, quod Papa supra totam Ecclesiam, quando ea convocetur in generale Concilium, haudquamquam emineat. Verum disparem heic & illic rationem esse regerit: Papam namque non ab Ecclesia, uti quidem Generalem a sua Societate, sed immediate a Christo potestatem omnem accipere, & eos, qui novam Papam eligant, designare solum personam illam, cui potestas immediate a Deo communicetur, vi primæ institutionis a Christo in persona Petri factæ; unde sua sponte fluat, quod Ecclesia potestatem quoque Pontificis limitare nulla ratione possit. Mox ad alia scopo libri inservitura progreditur, & è singulis a nato Christo seculis ad præsens usque viros aliquot & sceminas miraculis illustres introducit. Certum autem putat atque exploratum, gloriam miraculorum in professoribus veræ duntaxat fidei reperiri; quandoquidem Deus miracula non nisi vel ad confirmandam doctrinæ veritatem, vel ad Sanctorum vitam illustrandam edi permittat; neutri autem horum promovendo aptos esse falsæ religionis professores: unde insuper, quod Deus nunquam tribuerit hæresiarchis falsive prophetis & sectatoribus religionum heterodoxarum potestatem faciendi vera miracula, exemplis Paganorum, Judæorum, item a vera fide descendentium, Simonis Magi, aliorumque probat. E contra ipso illo tempore, quo Lutherus Romanam deseruerit Ecclesiam, viros in tradendis doctrinis ab ipsius placitis quam maxime diversis occupatissimos miraculis insignibus

claruisse refert, & ex istorum numero Franciscum imprimis de Paula & Ignatium Lojolan celebrat, nec Sanctos alios omittit, qui postea quoque in Ecclesia Romana conspicui prerogativa hac, qua vivi, qua defuncti fuerint. Tacemus miracula Xaverii, quæ longo ordine heic enumerantur, & Luthero Calvinoque similia quidem interdum ausis, sed spe sua ubique frustratis opponuntur. Multus interea est in necessitate miraculorum ad probandam missionem a Deo ortam adstruenda; sicuti & Calvino latius respondere annitur, quando is ea, quæ hoc in negotio Papæ vulgo jactent, aut ficta aut imaginaria esse docuerit. Per illa quoque idolatriam confirmari dixerat Calvinus, dum imaginibus & statuis eorum, qui miracula patrassent credantur, cultus exhiberi soleat in divinum palam injurius. Ast heic venerationem imaginum Auctor incidenter vindicat, non aliis tamen argumentis usus, quam quæ passim apud Doctores Pontificios reperias. Hac disceptatione absoluta, in tradendo Lutheri & Calvini charactere occupatus est, & utrique sane mores perditissimos foedissimosque impunitat; præcipue autem Calvinum Sodomiæ scelere infamem listit, & idcirco enervare studet sedulo, quicquid alias aut associæ Calvinii, aut ex ipsis Pontificiis Ludovicus Maimburgius ad innocentiam Viri tuendam contulere. Deum autem flagitiosis adeo hominibus ad Ecclesiæ reformationem usum fuisse, fidem omnem superare autumat. Mox diversas hæreses ab Ecclesia priorum seculorum, proscripitas damnatasque, sed per Lutherum & Calvinum revocatas, e Bellarmino Lessioque recenset, atque ex eodem Bellarmino crassissimos, ceu ipse judicat, Lutheranorum errores uberius describit, ac imprimis in fidem specialem justificantem cum isto admodum invehitur. Ultimum autem inter reliqua argumenta locum huic effato assignat, quod e notis veræ Ecclesiæ soli Romanæ competentibus hujus præ reliquis omnibus veritas abunde dispalescat. Solam nempe eam esse ait visibilem, cum, prout ex antea dictis jam constet, sola habeat evidentia credibilitatis, quam vocat, signa. Solam unam, quia in illa sola detur regula visibilis & infallibilis ad decidendas fidei morumque controversias, Romanus nempe Pontifex, cum quo tanquam cum capite omnia Ecclesiæ membra unita esse debeant. Sicut autem ex hac unitate veritatem quoque Ecclesiæ

clesie Romanæ satis patere statuit, ita subortas intet Lutheranos
 & Calvinianos sectas, auctorumque iis addictorum mytuas contra-
 dictiones, de falsitate Ecclesie, quæ inter illos colligatur, clarissi-
 mum præbere testimonium subjungit. Sed & solam sanctam esse
 Ecclesiam Romanam ita probat, ut Lectori persuadere conetur,
 cum nulla secta sit vel paganorum, vel Turcarum, vel hæreticorum,
 quæ errores quosdam exploratos haud contineat, solos Pontificios
 in sua Ecclesia nihil falsi tradere quoad doctrinam fidei, nihilque
 injusti quoad mores admittere. Solam eam facit Catholicam, quip-
 pe quæ hoc nomine a suis hinc primordiis semper insignita fuerit,
 quæque & re ipsa universalis sit latissimeque pateat, & ad omnia se
 extendat. Solam denique dicendam cupit Apostolicam, cum præ-
 ter eam Apostoli haud aliam fundarint, ac nulla insuper in fide ab
 Apostolis tradita æqualem cum ista constantiam approbaverit. De
 cetero, ut norit Missionarius Catholicus, quomodo singula hæc in
 suum usum debeat convertere, hoc ipsi consilium Auctor noster
 suppeditat. Nimirum in disputatione cum adversariis prætermitti sua-
 det controversias particulares, quas potius reduci cupit ad unam
 generalem, quæ omnes complectatur, ad controversiam puta de
 Ecclesia, de qua ostendendum sit, non solum, quod reapse existat, sed
 & quod ab omni errorum periculo libera sit. Admissis enim his duo-
 bus principiis, pronum fore evincere, vera esse omnia dogmata,
 quæ credenda proponat Ecclesia Romana, quam solam Christi
 Ecclesiam esse, argumentis hæctenus per totum librum deductis pro-
 bare Missionarius teneatur. Denique ne forsan Papæ quis obji-
 ciat, committere eos circulum, dum auctoritatem Ecclesie probent
 per Scripturas, & harum tamæ auctoritatem rursus per Ecclesiam
 confirmant, ideo vitiosam illam demonstrandi rationem sic evi-
 tare docet, ut quasdam ante omnia propositiones fundamenti lo-
 co præsupponat. Prima inter eas hæc est: evidens esse, quod de-
 tur vera aliqua religio in mundo, quodque ea facile possit inveni-
 ri ab omni homine rite de eadem sollicito. Secunda: veræ reli-
 gionis doctrinam non posse humano discursu acquiri, sed divini-
 tus esse traditam. Tertia: veram religionem nec quaeri debere,
 nec inveniri posse per examen rerum & dogmatum, quæ tradit.
 Quarta: sed potius quaerendam eam & invenendam per examens
 sup-

fundamentorum & rationum, quæ evincant, Deum esse autorem illius religionis. Quinta: manifestum esse debere ex rebus etiam in mundo moraliter evidentibus, quænam ex omnibus religionibus & sectis sit vera & a Deo data religio. Jam si Philosophus Gentilis vel Mohamitanus e Christiano quærat: cur credat, DEUM esse unum & trinum, DEUM factum esse hominem? respondendum esse ait a Catholico: quia Deus summe sapiens ac verax, qui nec fallere nec falli potest, has veritates mundo revelavit. Si ulterius quærat: cur credat, Deum has veritates mundo revelasse? respondendum, negando suppositum, dicendumque, se non credere seu fide solum obscura cognoscere, Deum has veritates revelasse, sed se hoc scire & per argumenta indubitata intelligere. Si pergat ille: unde sciat, Deum has veritates revelasse? respondendum: quia evidens sit, Deum aliquam religionem veram in mundo habere; in qua & per quam homines salvari possint; evidens dein, hanc non posse esse aliam, quam religionem Christianam Catholicam Romanam, quia sola hæc sit a Deo illustrata idoneis veritatis notis; evidens tandem, Deum non potuisse religionem falsam tot ac tantis veritatis signis exornare. Atque hæc argumenta per integrum Tractatum hætenus adducta in subsidium vult adhiberi, quo tanto sic feliciter demonstratio omnis procedat. Paulo vicissim aliter rem gerendam ait cum hæretico, qui credens in Christum neget integritatem Novi Testamenti. Huic enim alterum interroganti: cur credat purgatorium & septem Sacramenta? Respondendum: quia Deus hoc revelavit. Sciscitanti: unde hoc cognoscatur? dicendum: quia Ecclesia hoc credendum proposuerit. Roganti porro: unde constet, Ecclesiam in hoc proponendo non errasse? respondendum: exin, quod Ecclesia sit infallibilis ob assistentiam Spiritus Sancti ei a Christo promissam, quæ innotescat ex Evangelio seu Scriptura hoc restitantes. Inquirentem vero: unde certum sit, Scripturam hanc a Deo esse dictatam? ablegari posse ad Ecclesiam catholicam in Conciliis generalibus congregatam, quæ catalogum librorum divinarum contulerit, & inter eos numeret Evangelia, in quibus promissa illa Spiritus S. assistentia contineatur. Si vero alter amplius sollicitus sit, undenam constet, Ecclesiam Catholicam præscribens Catalogum librorum divino-

divinorum in eo designando non errasse? haud recurrendum putat ad auctoritatem invisibilem Spiritus S. sed ad visibilem & manifestam Ecclesiae auctoritatem, urgendasque illas notas; utpote cum ea tot prerogativis ornata, tot martyribus, tot confessoribus, tot virginibus & tot doctoribus decorata sit, unde manifesto cognoscatur, eam esse Ecclesiam illam, in qua habitat Spiritus Dei, Spiritus veritatis, & credibile non esse, quod Deus occultarit huic Ecclesiae, quinam sint illi libri, quos ipse dictaverit. Hanc concludendi rationem pluribus illustrat & confirmat Auctor. Nos tamen, ut professi sub initium jam fuimus, quid de ea sentiendum sit, instituti nostri probe memores, dijudicandum aliis relinquimus.

NODUS PRAEDESTINATIONIS EX SACRIS LITERIS, DO-
ctrinaeque S. S. Augustini & Thoma, quantum homini licet, dis-
sertum, Auctore COELESTINO S. R. E. Presbytero Cardinali
SFONDRATO.

Romae, typis Jo. Jacobi Komarek, 1696. in 4.

Alphab. i. plag. 14.

MAximam esse COELESTINI SFONDRATI Cardinalis in Ecclesia Romana existimationem, vel ex eo haud obscure colligas, quod, qui publico nomine praesens illius scriptum approbavit, Fr. Joannes Damascenus, in eum optime quadrare dicit illud elogium, quo D. olim Bonaventura decoratus fuerit: *non videri nempe, quod in isto homine Adam peccaverit.* Nos eruditionem Viri suspexisse non dissimulavimus, quando in Actis hisce *Regale ejus Sacerdotium* A. 1685. pag. 376, *Legationem Marchionis Lavardini Romam, ejusque cum Romano Pontifice Innocentio XI Diffidium* A. 1689. pag. 278, *Galliam vindicatam* Supplementorum Tomo I. pag. 118, & novissime A. 1696. pag. 283, *Innocentiam vindicatam* recensuimus. Equidem tractatus plures alios editioni ipsum parare occepisse, interque hos librum de *Opinione probabili*, duas de *Baptismo infantum* dissertationes, apertissimam de *Atheismo* historiam, apologiam contra *Heideggeri Meretricem apocalypticam*, tandemque commentaria in *Jus Canonicum*, e dicti modo Damasceni praefatione cognovimus; sed cuncta haec, una cum caeteris Eminentissimi Autoris superiori anno vi-

ta functi manuscriptis, jussu Innocentii XII, Papæ hodierni, ad Emit. Cardinalem Albanum, Apóstolicorum, ut vocant, Brevium Secretarium, delatis adhuc dum latent. Interim post ejus fata primus in lucem prodit hic tractatus, in quo Prædestinationis, quem vocat, Nodum, dissolvere multo studio allaboravit.

Observasse etenim se dicit, in hoc prædestinationis negotio a compluribus nimis parum divinæ bonitati tribui, & culpam perentium non tam reis imponi, quam in ipsum Judicem derivari, quasi partibus addictum, & aliquibus tantum, non omnibus propitium, nimisque ardua præcipientem, quæ paucis & Heroibus tantum superare animus sit. Statuisse igitur se justissimi pariter & clementissimi Judicis causam suscipere, omnibusque compertum reddere, nullam posse contra hunc querelam moveri, ac nihil peractum reperiri in prædestinatione, cui non amor præcederit; unde damnatorum casus non prædestinationi divinæ, sed humanæ voluntati tribuendi sint. Ad quatuor autem imprimis capita tractationem omnem revocavit, ac ante omnia ostendit, *Deum serio, impensissime, & quantum in se, efficaciter omnium hominum salutem velle.* Deinceps, *cum hominibus non quascunque, sed abundantissimas, copiosissimas, & ex natura sua efficaces gratias, quibus ad æternam felicitatem pervenire possint, tribuere probavit.* Ulterius edocuit, *quam facilia Deus media præscripserit, quibus vel perditissimi quique ac deploratissimi peccatores gratias speciales, sicque perseverantiam finalem, impetrare, si voluerint, omnino valeant.* Tandem verò contendit, *sufficere hæc ad divinam & infinitam bonitatem omni suspitione liberandam, cum reliqua in causa prædestinationis explorari nec possint, nec debeant.* Singula autem hæc qua ratione prosequatur, paulo nunc curatius ostendere, sed instituti tamen nostri tenaces, conabimur.

Dum igitur a Dei voluntate omnes salvandi suæ dissertationis telam inchoat, prolixus est sub ipsum frontispicium in explicanda voluntate divina in antecedentem & consequentem distinctione, ac istam quidem absolutam dicit, efficacemque ac independentem ab omni hominum merito, quâ Deus naturaliter meroque bonitatis suæ instinctu, ac motu quasi proprio, omnium hominum salutem æternamque felicitatem velit; unde eos creavit, redemerit,
 atque

atque accommodatissimis ad huncce finem mediis acobxerit; *hanc* vero conditionatam dicit, qua supremum Numen decreverit, neminem admissum iri ad hanc beatitatem, nisi qui eam anhelarit ac mereri (ita enim ex Ecclesie suæ hypothefi Auctor loquitur) studuerit, quaque jam spoliare eadem constituerit illos omnes, quos operari & mereri nolle prxyiderit. Ne tamen aliquis miretur, cur voluntatem antecedentem vocarit efficacem, cum sanè in plurimis effectum nullum consequatur, monet eam recte dici causam efficacem, quæ omnem & necessariam virtutem ad ponendum effectum habeat; cessationem autem & suspensionem effectus non ex virtutis in causa defectu, sed aliunde provenire. Simili ratione voluntatem de se efficacem illam dici, qua quis rem aliquam tam serio impenseque intendat, ut illi consequendæ validissima media omnesque officii sui partes adhibeat; effectum vero haud insequentem, non voluntati, non ignavia cupientis, sed casui alterive impedimento imputandum venire. Quamobrem Deum hac voluntate omnes velle salvos fieri, e sacris primum literis probatum dat, earque fini loca 1. Tim. II, 1. 4. Ezech. XXXIII, 11. Matth. XIX, 14. ad suum institutum flectit, cumque illis sociat dictum Sap. VI, 8. *pusillum & magnum ipse fecit, & aqualis est illi cura de omnibus*; ad eas quoque Scripturæ sententias provocat, in quibus Christum, mortuum esse pro omnibus disertis verbis docetur. Ecclesie porro sanctorumque Patrum, Prosperi Regiensis, Leonis, Ambrosii, Augustini, & aliorum assensum urget. Mox ad rationes assertum suum stabilientes properat, quas inter *primam* depromit ab infinita Dei bonitate, quæ is ex se omnibus bene cupiat, omnesque amet, & consequenter nullum perire velit; unde refutandi quam maxime sint Stoici, qui Deum, cum nullius creaturæ indigeat, sibi que sufficiat, nulli quoque diligendæ obstringi existiment, cum sanè vel eam ob causam creaturas Deus amet, quod earum haud indigeat; quodsi enim amaret, quis indigeret, non amorem sed questus desiderium in Deo futurum excipit. Observandi contra apud eum amoris erga homines hæc fundamenta facit: primum, quod ipse utique perfecte bonus sit; bonitatis autem hæc sit vera proprietas, ut se aliis etiam, utcunque capaces sint, communicet; deinceps, quod homo sit opus & creatura Dei; unde non possit non amare Deus

id, quod creaverit: denique, quod sanguine Filii sui eos redimendam care fecerit. *Secundam* asserti principalis rationem ex eo petit, quod absoluta hominum quorundam a felicitate exclusio ad nullum divinorum attributorum reduci queat: non enim quadrare eam ad amorem, quandoquidem amanti sit velle alteri bonum, non nolle; nec ad misericordiam, cujus non sit veniam negare, sed concedere; nec ad potentiam, quæ fruatur opus, non destruat; nec ad justitiam, quæ supponat culpam, causamque prius in delicto; quam in voluntate ac vindicta habeat. *Tertiam* rationem hanc facit, quod amentis sit aliosque ludere volentis, media quamplurima atque opportunissima ad consequendum finem adhibere, nec finem tamen ipsum velle. *Quartam*, quod alias ea omnia, quæ solius Dei sint, ordinatissime nulloque errore ad fines suos dirigantur. *Quintam*, quod hoc pacto præcipua totius vitæ Christianæ fundamenta, spes videlicet & amor, corruant. Potissimam enim amandi sperandique rationem esse, quod Deus nos prior dilexerit, Filiumque suum pro nobis tradiderit. Ea vero de re si non unusquisque possit esse certissimus, non posse quoque unumquemvis Redemptorem amare, inque ejus merita fiduciam suam reponere. *Sextum* locum occupant testimonia S. Augustini & D. Thomæ, in quibus recensendis atque explicandis sat prolixus est; hos enim Auctores, quoties agatur de prædestinatione, paginam utramque dicit facere; unde & impofterum se causam suam auctoritate imprimis illorum armaturum innuit. Præmissis his, sophisma Calvinianorum adducit Auctor, qui passim ita colligant: *si sum prædestinatus, quicquid mali egero, certissime salvabor; sin minus, quicquid boni egero, certissimo damnabor. Quid ergo superest, nisi ut agam, quod lubet, & quamdiu licet, voluptatibus fruatur? cum data semel fixaque prædestinationis sententia, nihil mihi ad vitam æternam aut nocere peccata aut prodesse virtutes possint.* Ast vero hanc argumentationem totius generis humani consensu, ipsorumque Calvinianorum exemplo & usu, falsitatis convinci ait. Nihil enim in hoc mundo geri præsupponit, quod immutabili Dei præscientiæ ac voluntati haud subjaceat; neminem diutius vivere, quam Deus velit, neminem metere, neminem divitem evadere, neminem in bello hostem vincere, neminem ad portum appellere, nisi quantum & quando Deus ab æterno

æterno disposuerit. Negat vero quonquam esse adeo absurdum, ut aut ægrotans medicamina despiciat, aut navim ad transfretandum haud conducat, aut semen ad messem faciendam spargere, omnemve operam ad comparandas divitias vel obtinendam victoriam adhibere omittat, eo, quod sibi persuadeat, omnia fato agitari, ac divina voluntate nutuque immutabili evenire. Erroris vero hujus causam non minimam hanc esse, quod homines sibi persuadeant, non esse amplius in eorum potestate, ut inter electos numerentur; quæ tamen persuasio plane sit falsissima. Sicut enim per gratiam Dei, utpote quæ nemini volenti negetur, in eorum potestate sit, ut bene vivant ac in bono perseverent; ita quoque in eorum potestate esse dicit, ut ad electos pertineant, cum impossibile sit, bene viventem & in bono perseverantem non esse ex electis. Integram vero prædestinationis seriem sic recenset: Deum, qui omnes homines amet, voluisse etiam omnes salvari ac nullum perire, atque ut hanc omnes salvandi voluntatem suavius exequeretur, statuisse omnium hominum sortem ex merito demeritoque hominis primi dependere. Ne vero is peccaret, tot illum præsidis, tot dotibus corporis animique Deum instruxisse perhibet, ut videretur vinci non posse. Sed Adamo nihiloscuius peccante, totam quoque posteritatem omni jure ad cœlestis regnum excidisse. Veruntamen ne hominis delicto Dei consilium omnisque voluntas effectu careret, decrevisse Deum unigenitum Filium suum mittere humana carne indurum, cujus merito & originale & alia omnia peccata iis remitterentur, qui mediis ab eo præscriptis uti vellent. Ut autem vellent, singulis ob meritum Salvatoris gratias validissimas ab æterno paratas, quibus humana voluntas ad malum prona in bonum flecteretur. Quod si ergo oblati ad salutem mediis uti aliqui nolint, ac peccatis usque ad mortem insistant, recusentque oblatam sæpius veniam, eos damnare Deum justissime statuisse. De cætero, parvulos sine baptismo decedentes cœlesti quidem regno, paternæ quippe culpæ reos, nec expiatis, privari putat, sed non excludi naturalibus bonis; præterea Deum ipsos præservasse a peccato æternoque supplicio, quo, si adolevisent, puniendi fuissent. Magnam autem hanc gratiæ & amoris portionem vocat; cum sola præservatio a peccatis pluris valeat, majorisque pretii sit, quam regnum ipsum cœlestis,

quo, si ipsis optio daretur, carere mallerent, quam peccato involvi. Nihil itaque prædestinationem esse monet aliud, quam *antecedentem & efficacem Dei voluntatem hominem ad vitam æternam promovendi, dandique efficacissima ad hunc finem media, quibus cum videat aliquos bene usus, istos consequente etiam ac executrice voluntate salvare proposuerit, & hos solum ac proprie prædestinatos appellari contendit.* Atque isthæc nunc adversus varias objectiones tuetur. Ex eo nempe, quod Christus ipse Joh. XVII, 9. hunc ad Patrem suum sermonem dirigat: *ego pro eis rogo, non pro mundo rogo*; inferre ait quosdam, si pro solis prædestinatis Christus oraverit, pro hisce quoque solis eum esse mortuum; cum certe multo minus sit orare, quam mori. Sed respondet Auctor, Christum mundo valedicentem pro tribus personarum generibus suas ad Patrem preces fuisse; pro *solis* puta *Apostolis* a versu primo ad vigesimum, deinceps pro *omnibus fidelibus* versu vigesimo, tandemque & vigesimo primo versu pro *toto mundo*. Unde, licet Christus a specialibus istis precibus ad solos Apostolos pertinentibus mundum exclusit, non exclusisse tamen eum a reliqua oratione sua colligit. Aliis, qui quod Christi sanguis pro *multis* effusus dicatur, obijciunt, ita satisfacit, ut nullos verius vocari multos regerat, quam omnes. Novit Auctor, haud deesse, qui ex eo, quod Deus omnes velit salvos fieri, absurdum hoc eliciunt, nullum sanè perituum, sed omnes futuros esse salvos, cum divinæ & efficaci voluntati nemo valeat resistere. Hos ergo ut convincat, respondet, Deum neminem salvare velle nisi eum, qui salutem ipse cupiat. Instantes: cur Deus non det omnibus illa media, quibus fore prævideat, ut æternam vitam adipiscantur? ad arcana primum illius judicia remittit, post penes ipsos persevantes culpam residere docet; non enim in hac dispari gratiarum dispensatione querendum esse, cur Deus alicui gratiam hanc, non illam, tribuat? sed potius, cur quis ea, quam accepit, gratia uti detrectet? Quæ ex Paulina ad Romanos epistola, ejusque nono ac undecimo capite, in contrarium afferri solent de *Jacobo dilecto, Esavo autem rejecto*, non de electione aut reprobatione, sed tantum de felicitate temporali intelligenda esse probat. Sicuti & illa verba: *misereror, cui misereor; non ergo est volentis & currentis, sed misericordie Dei; quem vult, induit, aliaque*

aliaque citatis in locis obvia latius exponit. Phrasēs imprimis istas, ubi Deus *obdurare* & *excrescere* dicitur, non ita capi debere censet, quod revera Deus id faciat & velit, aut quod ejus beneficia & influxus eo spectent, sed quod ex Dei longanimitate & clementia, humano more loquendo, non alius sequatur effectus, quam major cæcitas ac obduratio. Illud, quod de Pharaone dicitur: *quia in hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te virtutem meam*, sic interpretatur: excitavi te, hoc est, *sustinui & conservavi te*. Id vero pertinere ait ad divitias bonitatis, patientiæ & longanimitatis Dei, qui ad poenitentiam ipsum adducere voluerit. Illo autem recusante, successisse voluntatem consequentem, qua Deus malitia Pharaonis ad gloriam potentiamque & justitiam suam eo magis ostendendam, & ad populum suum in vera fide ac religione conservandum uti voluerit. Ulterius si objiciatur, quod Deus electorum curam habeat majorem, quam eorum, qui electi non sint; ad arcana hoc Dei judicia refert; suæ autem sententiæ non obstare putat, cum sane hos non minus atque illos salvos fieri ex se voluerit. Si quis opponat: cum multi hominum pereant, multi verò salventur, discrimen inter reprobos & electos querendum aut a parte Dei, aut a parte hominum; sed non apparere a parte Dei, qui omnes æqualiter salvos voluerit; ergo id situm esse apud homines; est vero hoc qui asserat, eum contradicere Apostolo, querenti: *quia te discernis?* 1. Cor. IV, 7: respondet Auctor; duplicem statui posse discretionem; aliam, quæ fiat viribus naturæ, aliam, quæ viribus gratiæ; primam igitur, non secundam ab Apostolo damnari. Tandem cum iis agit, qui querunt: cur Deus, si velit omnes salvos fieri; nihilofecius tot parvulos, tam infidelium quam fidelium parentum, sine culpa perire patiatur? atque his respondet: aliud esse *perire*, aliud *beatum non esse*. Parvulos, qui sine baptismo decedant, beatos quidem non esse, nec tamen perire. Insuper licet culpa propria careant, aliena tamen & paterna eos haud carere monet. Et quamvis paterna culpa damnari neminem posse fateatur, bene tamen privari posse subajicit his bonis, quæ liberaliter a Principe accepturus fuerat, patre innoxio; nec in Principem delinquentem. Sufficere interim, quod Deus infantes fato præmature abreptos de innocentia sua personali securos reddiderit; eosque plurimis peccatis qua venialibus qua mortalibus subduxerit; id quod inter maxima beneficia numerandum

dum Auctor jam superius asseruerat. Hæc potissimæ sunt ex iis, quas solvit, objectionibus. Equidem & alicubi disputat cum his, qui affirmant, quod hæc fuerit ipsa sententia Massiliensium & Semipelagianorum, Deum velle omnes salvos fieri similiter statuentium; alibi loca quædam Augustini excutit, in quibus asserere videatur, istam thesiam non ita intelligendam, quasi Deus omnes omnino homines, quantum ex se, salvari velit, sed quod nullum sit genus hominum, nulla conditio, in qua non plurimi sint, qui salutem consequantur. Enimvero hæc talia prolixius recensere consultum non æstimamus, ne justum postea dicendis spatium præripiatur.

Accedimus proinde ad assertum, quod secundum est ex principalioribus in hoc libro obviis, cujusve summa eo tendit: *dari omnibus hominibus ad æternam vitam consequendam non necessarias tantum & qualescumque, sed copiosissimas abundantesque gratias, quibus illam, si velint, commode obtinere possint.* Sic autem hoc ex primo sponte sequi Auctor observat, ita denuo inculcat, posse causam aliquam jure suo dici efficacem, quamvis non sequatur effectus, si nimirum hujus cessatio & suspensio non ex defectu virtutis in causa, sed aliunde proveniat. Datam vero omnibus abundantem gratiam, e dictis primum Scripturæ 1. Tim VI, 17. Tit. III, 6. Eph. II, 4. aliisque probat, dumque hoc agit, in eam simul sensum inquirat, juxta quem *jugum suum Christus suave onusque suum leve* nuncuparit. Mandata nimirum Evangelica jugum quidem dici notat ideo, quod, si eadem secundum suam naturam viresque hominis morbidas consideres, onerosa sint, sed levia tamen & suavia vicissim nuncupari, si gratiam spectes, quæ omnibus ad fidem invitatis a Deo offeratur; non, ac si gratia onus difficultatum legis Evangelicæ penitus tolleretur, sed quod vires difficultates istas vincendi largiatur. Id quod Illustrat simili: rotam nempe pondus rhedæ non tollere aut minuere, sed istud potius augere ait; sed tamen novo hoc onere hanc tanto agi velocius addit: cum e contra, si quis rotam currui adimat, pondus quidem minuatur, sed & currus simul immobilis efficiatur. Neque solis electis divinam hanc concedi gratiam, verum & reprobis æqualia, sæpe etiam majora auxilia conferri adstruit e celebri illo Christi Judæis obstinatum malitiam exprobrantis effato, Matth. XI, 20, seq. quo in loco

sermo-

sermonem esse nequaquam de pari solum gratia externa, sed & de pari interna, adversus Jansenium late contendit, moxque doctrinam de auxiliis aequalibus, quibus alii cooperentur & alii minus, ex Augustino pariter & Thoma uberius stabilitam dat. Quin & effusissimam Dei in homines bonitatem exinde arguit, quod in bruta quoque animantia, imo in omnes sensu etiam carentes creaturas, benignissimum Numen singula ad vitam necessaria singulaque commoda, pro natura uniuscujusvis copiose conferat; quod corpori vitaeque temporali degendae tam large affluenterque provideat; quodque praeter ceteris in hominum structura non peritissimi modo conditoris & artificis, sed amantissimi quoque patris officium manifeste sustinuerit: e quibus de repertiundo apud ipsum erga animas hominum affectu longe potiori, promptissimum fieri posse judicium nullus dubitat. Sed nihil beneficentissimum hunc Divini Numinis in humanum genus amorem aequae ac admirandum illud redemptionis opus declarare monet; eidem tamen confestim associat illa, quibus Ecclesia abundet, adminicula, Christianis modo sanctificandis, modo expiandis, modo in accepta gratia conservandis, & sic ad vitam aeternam promovendis servientia: quae omnia, licet in Christianis maxime appareant, & in ceteris tamen mortalium, quamvis infidelibus & barbaris, suo modo pariter obviam haberi, e testimonio Pauli, Rom. I, 19. seq. & quorundam Patrum, Augustini puta, Prosperi, Hieronymi, Damasceni, Tertulliani, quin & gentili Tullio, notitiam Dei omnibus omnino hominibus innatam esse probantibus, confirmat. Imo & Pauli Orosii, Fulgentii, Anselmi, ac Thomae Aquinatis suffragia, quibus multo plura a Deo profecta adminicula hominibus etiam exteris adjudicantur, in medium adducit. Minime autem obstare sibi admittit nominatum modo Thomam aliosque Theologos, qui quosdam infidelitate pure negativa, hoc est invincibili & inculpabili, laborantes dari, atque adeo non omnibus eam gratiam, quae huic vincendae idonea sit, concedi doceant. Certos namque fidei articulos, quales sint de Eucharistia, de necessitate Baptismi, &c. ignorari invincibiliter posse largitur; sed omnes, ac praesertim illum de existentia cultuque alicujus Dei, prorsus ignorari negat. Nullum quoque mortalium esse perhibet, qui, dum vixerit, tam perditus vitusque tam affuetus inveniat, ut ei Deus

gratiam respiciendi abstinendique a peccatis haud concedat; unde nec ullum vel physica vel morali necessitate ad peccandum urgeri, amplius infert. Multos quidem, Scripturae stylo, iniquitatem sicut aquam bibere, multos letari cum male fecerint, & exultare in rebus pessimis, quos nulla gratia juvari & a peccandi voluntate coerceri quispiam fortassis diceret; attamen his ipsis etiam per mensuras temporum, perque intervalla locorum, quam plurima gratiae auxilia dari monet, quibus & majorem completamque gratiam, & ipsam quoque vitam aeternam possint consequi. Augustinum passim inficiantem, *quod gratia omnibus concedatur*, plerumque loqui observat de specialissima illa & effectrice gratia, quae a multis & ob creaturae impedimentum ponentis indignitatem, & ob arcanam Dei voluntatem omnino absit. Parvulis ante Baptismum morte praeventis etsi non gratiam sufficientem, qua vitam consequantur aeternam, beneficium tamen longe praestantius, ipsamque gratiam sufficientem partibus infinitis antecellens exhiberi, e rationibus binis jam tum vicibus a nobis insinuat ostendit. Quando Augustinus Pelagianis asserentibus, ideo non omnes salvos esse, quia non omnes velint, contradicat, istud Auctor eo respectu fieri putat, quod Pelagiani hominem viribus naturae propriaeque voluntatis petere, pulsare, querere, velle, & sic a Deo gratiam & gloriam obtinere posse crediderint. Falsum esse, quod nonnulli gratiam omnibus quidem praeparari, sed non reapse exhiberi contendunt, ex iis ipsis Patribus, quos in suas partes trahere nitantur adversarii, edocet. Paulum quidem Rom. X, 14. asserere agnoscit, *salvari neminem posse, nisi qui credat, neminem credere, nisi qui Evangelium audiat*; sed eum loqui respondet de fide explicita in Christum, quae ordinario modo nisi per praedicationem Evangelii haberi nequeat; sed nihilominus sine ea quamplurimos ante Christi adventum per solam gratiam, qua legem naturae observarint, salutem fuisse consecutos, ex adverso avertit: unde quamvis nationes aliqua reperiantur, quibus Evangelium annuntiatum diu non fuerit, neque adhuc dum sit, illas tamen gratia ad salvandum requisita caruisse neutiquam, proficetur. Sunt, qui ex Es. V, 5, & Jer. LI, 9. obstinatissimis peccatoribus *custodiam subduci Angelicam* affirmant; sed ne hoc quidem admittit Auctor, nullumque peccatorem tam magnum esse

esse reputat, qui, dum vivat, ab Angelo suo custode deseratur. Nullum præterea peccatum aut grave adeo, aut tam diuturnum sibi imaginari potest, cui, exemplo Manassis ductus, veniam nolit polliceri. Gennadii regulam: *nemini gratiam dari, nisi petenti*, ut certissimam celebrat. Si quis tamen velit subsumere: multos esse, qui orationem ex fide profectam constantiaque & fiducia munitam ad Deum non ablegent; respondet, aliud esse peccatores nonrite orare, aliud non habere gratiam & facultatem, qua orare possint, eaque auxilia impetrare, quæ iis necessaria sint ad legem divinam adimplendam: postremum negari, aut prius concedi. Aliud enim esse gratia carere, aliud ea uti nolle; sicut aliud sit, carere medico, a quo saneris, aliud sanare volentem nolle admittere.

Obstinatissimis etiam peccatoribus gratiam Dei nequaquam defuisse, in capite tertio asserit, idque longa narratione exemplisque plurimis ab antiquissimis inde temporibus petitis, & usque ad Apostatæ Juliani ævum deductis ostendit. A data enim Caino fratricidæ gratia exorsus, homines mox ante diluvium flagitiis nefandis infames, idololatrias dein Noachi adhuc tempore post diluvium, celebres, nec minus alios seculis abhinc propioribus crimini huic deditos, Monarchiæ item uniuscujusvis Principes æque ac subditos a vera Dei cognitione & pietate alienos, Romanorum etiam Imperatorum plurimos eosque præ cæteris sceleratissimos, quin & inter Judæos Herodem, quem alii Idumæum, alii Ascalonitam faciunt, omnes autem inter pessimos mortalium numerent, aliosque hujus furfuris introducit, & concessum singulis a Deo benignissimo insignem gratiam, ex historiarum monumentis erudite commemorat.

Ac progredi quidem in his narrationibus ulterius volentem, morbus infecutæ mortis prodromus detinuit. Sed ante tamen alia nonnulla ad præsens negotium perficiendum facientia in chartam conjecerat, quæ nunc sequuntur. *Orationem nempe peccatoris, cum illa peccat, qua ad vitam æternam consequendam necessaria sunt, semper exaudiri, sicque in peccatoris potestate esse, etiam gratiam illam efficacissimam & triumphatricem orando impetrare*, uberius probat. Gratia vero hujus ipsius energiam in antecessum laudat, cumque vel rebus artificialibus, qualis v. g. sit Musica, humanis capi

& verti in quamcunque partem queat animus, multo magis victricem Dei gratiam vim suam exerturam colligit; præsertim, cum Deus ad mutandam hominis voluntatem nulla qualitate ipsi voluntati inhærente eamque determinante opus habeat, sed solo nutu suo totum istud perficiat. Huic vero gratiæ impetrandæ non aliud medium magis inservire, quam orationem, post dicta exemplaque Scripturæ magnam precum vim affatim demonstrantia, hac etiam ratione convictum dat, quod indignum sit divina infinitaque clementia, creaturam & filium protectionem auxiliumque ejus implorantem repellere. Nec obstare, quod peccator veniam haud mereri dicendus sit: præterquam enim quod is jam dignus aliqua ratione videatur, dum cupiat & allaboret contra naturam suam impetum peccato obstiteri, quæ voluntas sine gratia Dei esse non possit; illud insuper observandum monet, orationis efficaciam & virtutem impetrandi non merito & dignitate postulantis niti, sed Dei misericordia Christi que infinitis meritis. Cæterum Scripturam asserentem, Deum contumacium peccatorum preces non audire, imo eas in peccatum verti, respicere ad peccatores, qui vel pergant peccare, nullamque voluntatem emendationis habeant, vel qui non pro culpa peccatoque deinceps cavendo Deum rogent, sed tantum pro temporali poena evitanda, vel qui non pro se sed pro aliis oratione sua quidpiam impetrare annitantur.

Hunc discursum regulæ tres asceticæ circa negotium prædestinationis probe tenendæ excipiunt, quarum *prima* de iis cogitandis & faciendis sollicitum esse præcipit, quæ Deus mandarit, quibusque observatis nemo unquam perierit; de iis vero, quæ Deus ne sciri quidem a nobis voluerit, quale sit mysterium prædestinationis, anxios esse vetat. *Secunda* in negotio salutis ita conatum & industriam propriam quemvis adhibere jubet, ac si nihil is a gratia expectaret; vicissim autem in solam Dei gratiam spem ita collocare, ac si nihil industria sua efficere valeret. Ut totam spem suam in Deum pii reponant, nec minori fiducia vitam æternam abs illo expectent, quam si hæc unice a voluntate arbitrioque proprio penderet, regulæ *tertia*, eaque fufius ac antecedentes duz deducta, requirit.

Absolutis & his, ad caput ultimum, quod supra memoravimus,

mus, se confert Auctor, & in negotio prædestinationis inscrutabilia quædam occurrere, ex dictis quibusdam Scripturæ, v. g. Eccl. VIII, 17. Rom. XI, 33. 34. 1. Cor. XIII, 12. colligit, Patrumque, Tertulliani, Salviani, Augustini, Gregorii, Bernardi & Hilarii suffragia in ulterius subsidium advocat. Non tamen ideo falsitatis ea accusari posse, manifesto apparere statuit exin, quod multa deprehendantur in rerum etiam natura, quæ, licet vera sint, occultas tamen & impenetrabiles causas habeant; id quod exemplis non unis declarat. Tandem vero, si quis pertinaciter exquirere causam prædestinationis non omiserit, clariorem magisque invictam dari posse negat ea, quæ a divina voluntate defumatur, adeo, ut quivis in hoc dictorio Salviani acquiescat: *satu mihi sit pro universis rationibus auctor & ordinator Deus.* Ac sane voluntatem divinam demonstrationis certissimæ in hoc negotio vicem sustinere, multo cum verborum apparatu innuit. Inter alia vero & requisita demonstrationis ab Aristotele tradita in hanc ipsam convenientissime quadrare asserit. Si namque omnem demonstrationem constare oporteat ex prioribus, nihil facile notius, quam Deum esse justum atque sanctum; si ex necessariis, nihil adeo necessarium, quam in eum, qui summe justus summeque bonus sit, injustum malumque cadere non posse; si denique demonstratio ex causis conclusionis debeat constare, voluntatem divinam omnes causas complecti, quæ sola omnis boni rectique causa efficiens, exemplaris, finalis, formalis & subjectiva nuncupari mereatur.

ELEMENTA PHILOSOPHIÆ PRACTICÆ, IN USUM PRÆLECTIONUM Publicarum edita a JOH. FRANCISCO BUDDEO, SS. Theol. Lic. & Phil. Mor. ac Civ. P.P. O.

Halæ Magdeburgicæ apud J. F. Zeidlerum, 1697. in 8, Alph. 2.

PRACTICÆ, ut vocant, Philosophiæ partes ita pertractandas sibi Auctor clarissimus sumpsit, ut nec recentiorum negligeret placita, nec veterum decreta fastidiret aut insuper haberet. Idque ea ratione executus est; ut disciplinas, quæ sub hocce nomine continentur, velut per summam quandam, indicatis præcipuis rerum momentis, exhiberet.

Primo itaque loco Ethicam sistit, que quidem nomine illi venit ea Pars I. practicæ philosophiæ pars; quæ de summa hominis felicitate præcipit, viamque ad eam parandam pandit. Hanc ut rite investigaret,

00 ;

dete-

delegeretque, postquam hominem, qua corpus, qua mentem patris consideravit, morbos mentis, præcipue voluntatis edifferit, eorumque fontem, ex quo omnia etiam vitia promanent, amorem sui ipsius pravum, quem Græci *Φιλανθρίαν*, sumpta voce in malam partem, appellant, esse contendit: hinc sanitatem mentis, præsertim voluntatis considerat, eamque in amore Numinis positam autumat, qui ipse etiam ex ejus sententia summam hominis felicitatem absolvit, ita ut Numen ipsum pro summo mortalium bono omnino sit habendum. Exponit etiam signa, ex quibus hominum mores propensionesque, adeoque & voluntatis morbi cognosci possunt, & tandem remedia, quibus mentis morbi pelli, sanitasque recuperari, & homo adeo ad veram felicitatem pervenire possit, proponit. Sed hæc ipsa remedia, quantumvis a præstantissimis Philosophorum approbata, non tamen tanta pøllere vi fatetur, ut sanitati hominem reddant; interim hic mortalibus occasionem subministrari, aliam viam, quæ ad felicitatem veram ducat, quærendi, quæ nimirum omnium optime in Divinis literis ostendatur. Atque hunc esse solidum & longe præstantissimum morales philosophiæ fructum, ut ita ad revelationem nos manuducat, inde concludit.

Pars II.

Ab Ethica Jurisprudentiam naturalem ita discernit, ut hanc de actionibus ad legem naturæ componendis præcipere dicat; interim cum illa hanc omnino connectendam, quod nemo, nisi qui ex Ethicæ præscripto suos rite emendarit mores, actiones suas ad hanc componere normam valeat. Actionum itaque humanarum principis, & norma, & affectionibus, præsertim illis, quæ ex earum ad legem relatione fluunt, explicatis, de lege naturali ejusque primo principio, & pœna præcipue juris naturalis differit. Et ad principium quidem juris naturalis quod attinet, officia hominis erga alios ex societate rite derivari fatetur; falli autem, qui officia hominis erga Deum aut erga seipsum exinde deducere velint. Quibus hunc in modum præmissis, ad ipsa officia progreditur, & eorum quidem, quæ homo erga Deum præstare tenetur, summam hoc effato, *Deum cole*, effert. Cultum autem omnem Numinis amore ejus absolvi putat; hinc enim ceteras cultus Divini partes commode derivari posse. Officia hominis erga seipsum in hocce principio, *temperanter vive*, contineri censet. Quo ipso ordinatum usum eorum omnium, quibus homo ad sui conservationem indi-

indiget, designat. Tandem officia hominis erga alios ex hocce ef-
fato, *socialiter vive*, sua sponte fluere sibi persuadet, idque prolixius
de officiis erga alios absolutis pariter ac hypotheticis, ut in scholis
Philosophorum vocari solent, sive perfectam sive imperfectam ob-
ligationem habeant, ut & iis, quæ ex certo statu resultant, ut con-
jugum, dominorum, & servorum, imperantium & subjectorum,
ex instituto præcipiendo edisserit. Subjicit etiam nonnulla de de-
coro, ejusque ab honesto discrimen indicat, & regulas generales,
speciales & specialissimas affert.

Licet autem fateatur, a jure naturæ non differre jus gen- Pars III.
tium, sed ad easdem leges mox singulorum hominum, mox inte-
grarum gentium actiones componi posse, ut de earum honestate
pronunciatur; placuit tamen illi Jurisprudentiam gentium seorsim
tradere, quod in ipsa legum naturalium ad gentium actiones appli-
catione quædam observatu digna occurrant. Primo itaque de
officiis gentium, quæ tempore pacis erga se invicem præstare tenen-
tur, disserit, eaque, in absoluta & hypothetica dispescit, ad priora
etiam quæ circa fœdera & legatos observari debent, referens. Sed
ab utrisque rursus discernit, quæ obligationem imperfectam ha-
bent; qua occasione de transitu mercium & hominum, vestigali-
bus, & id genus argumentis agit, & de jure sepulturæ etiam non-
nulla subnectit. Ad belligerantium autem officia delatus, de causis
belli, de variis belli speciebus, de iis quæ bellum antecedunt, co-
mitantur & consequuntur, de illorum qui in bello medii sunt, &
belligerantium erga eos officiis, & denique de pactis bellicis, ut
& de pace præcipit.

Sequitur hinc quarta practicæ philosophiæ pars, quam politi- Pars IV.
cam, sive prudentiam civilem vocat. Docet actiones hominis du-
plexiter considerari posse, vel prout ad legem componendæ sunt,
& ita circa eas occupari jurisprudentiam: vel prout ad nostram
statusque nostri conservationem dirigendæ sunt, & ita eas pertinere
ad eam disciplinam, quæ prudentia status appellitari possit. Hu-
jus prudentiæ status tot posse genera constitui, quorū fere status
sunt, qui homines circumstant. Cum vero de singulis præcipere
rem infiniti laboris putet, de præcipuis tamen, prudentia scilicet
status œconomici, & status civilis, aliquid commentari operæ præ-
tium

tium duxit. Sed oeconomici status prudentiam paucis delibat, de fine, deque hominibus ad tractandam rite rem familiarem aptis, deque mediis nonnulla monendo. Prolixior est in delineanda prudentia status civilis. Hanc sibi politicam vocari ait, ita tamen, ut hac voce non tantum rationem statum civitatis, tum in genere, tum speciatim monarchicæ, aristocraticæ, & democraticæ, sed & ipsorum imperantium, ut& ministrorum conservandi denotet. Hinc porro de fine reipublicæ, hominibusque per quos aut obtineri aut impediri possit, exponit, & media allaturus, de prudentia status circa leges, judicia, pœnas, præmia, ministros & magistratus inferiores, æraria, tributa, vectigalia, commercia, rem monetariam, religionem, fœdera, legatos, bellum, pacem, per plura capita disserit. Quibus ita expeditis, in specie prudentiam statum civitatis monarchicæ, aristocraticæ & democraticæ, & in singulis seorsim imperantium, denique & ministrorum, ac præsertim aulicorum, conservandi, ordine eo, quem ipse sibi præscripsit, exhibet.

Pars V. In ultimâ denique parte exemplo a se tradita confirmaturus, quo pacto tum prudentiæ civilis, tum jurisprudentiæ naturalis præcepta ad Imperium Romano-Germanicum applicari possint, breviter demonstrat.

LIBRI NOVI.

Joannis Munnichs de Re Anatomica Liber, Injuncti ad Rhenum apud Ant. Schouten, 1697. 8.

C. Julii Casaris qua extant, cum notis & animadversionibus Dionysii Poffii, ut & qui vocatur Julius Celsus de vita & rebus gestis C. Julii Casaris. Ex Museo Jo. Georgii Gravii. Amstelod. sumptibus Societatis, 1697. 8.

C. Suetonius Tranquillus ex recensione Jo. Georgii Gravii, cum ejusdem Animadversionibus & Nummis Casarum rarioribus arte descriptis. Amstelod. apud Henr. Westenium, 1697. 12.

Justification de la Doctrine du Sieur Elie Saurin contre deux libelles de Mr. Jurieu. A Utrecht, chez Antoine Schouten, 1697. 8.

Les Delices de la Hollande. Ouvrage nouveau sur le plan de l'ancien. A Amsterdam chez Henri Westsin, 1697. 12.

Prodiit non ita pridem Tomi. III. Supplementorum Sectio secunda.

* * *

ACTA ERUDITORUM

Publicata Lipsia

Calendis Julii, Anno M DC XCVII.

BIBLIOTHECÆ HISPANÆ VETERIS TOMUS II, COMPLE-
tens Scriptores omnes, qui ab anno M usque ad annum MD
floruerunt. Auctore *D. NICOLAO ANTONIO*,
HISPALENSI J. C. Ordinis S. Jacobi
Equite &c.

Romæ ex typogr. Ant. de Rubeis, 1696. fol. Alphab. 4.

Complectebatur, quem superiori mense recensuimus,
Tomus I Bibliothecæ hujus Hispanæ Veteris Scripto-
res eos, qui prioribus X ab Augusti Cæsaris imperio
seculis litterarum laudibus inter Hispanos floruerunt.
Quinque itaque sequentium seculorum Viros eruditione
& scriptis claros præfens Volumen nobis exhibet; quod *Veteris*
Bibliotheca Hispana titulo insignitum, pariter ac prius, eminentis-
simo editori Cardinali *D' Aguirre* placuit in lucem emittere, res-
ctu non tam ad præcedens, quam ad sequentia duo volumina, Scri-
ptores, qui ab initiò seculi XVI usque ad annum LXX seculi XVII
claruere, complexa habito. Methodum in hoc volumine obser-
vatam quod attinet, eadem prorsus cum illa est, qua prius dispo-
situm conspectum nostrum subiit. Nihil proinde superest, quam
ut nunc quoque insigniora quædam speciminis loco oculis Lecto-
rum subjiciamus.

In ipso itaque limine partis hujus posterioris Hispanæ Biblio-
thecæ primo statim loco se nobis offert *Sampirus*, Asturicensis E-
piscopus, quem *Sancium Petri*, sive *Sancium Pirez* a recentioribus
nonnullis appellari Antonius monet. Chronicon eum scripsisse,
scitis inter eruditos notum est; limites autem & ambitum illius ex
Pelagio Ovetensi definit, qui eum ab *Adephonso Casto* initiò facto

Pp

p. 2.

ad

ad *Vetemundum* usque Regem podagricum processisse dicit. Cujus si standum testimonio, tribuendum Noster existimat *Sampiro* postremam partem Chronici *Sebastiano Salmanticensi* vulgo adscripti, quo res a *Ranimiro I Alphonsi Casti* successore, & *Ordonio I* filio ejus gesta continentur. In editione enim, quæ unica, hæcenus prostat horum Chronicorum, a Sandovalio curata, adeo obscurum esse in *Sebastiani* Chronico observat, quænam ejus verba, quænam Pelagii Ovetensis additiones vel alterius etiam sint, ut plane deferendum esse censeat ipsi *Pelagio* inter *Sebastiani* & *Sampiro* historias limites præscribenti. Atque interea Hispanarum antiquitatum promos condos hortatur, ut lacera ista Chronica ex manuscriptis codicibus, quorum diversos *Ambrosium Morelem* vidisse constet, in integrum restituere aliquando conentur, utpote quæ adeo inter se confusa sint, ut duobus tribusve autoribus eadem res sæpe accepta feratur, cum tamen non eorundem, sed excipientium sese invicem temporum gesta persecuta illa fuerint. Quam rem multo adhuc prolixius paulo inferius, de Pelagio Ovetensi ex instituto agens, persequitur, ubi Chronica illa, prout a Sandovalio edita sunt, cum codicibus, quibus *Ambrosius Morales in Hispana Historia* usus fuit, contendit, atque turpissimæ confusionis varia specimina dat.

- P. 4. De *Avicena* quoque; prolixè agendum sibi esse duxit, non quod communi fere Hispanorum Scriptorum errore, qui Hispaniæ cum vindicare annisi fuerunt, ipse quoque se passus fuerit abripi: sed quod eorum figmenta hæc occasione explodenda, atque nonnulla notatu digna de eo observanda esse existimaverit. Testes itaque de patria *Avicena* omni exceptione majores, tum ejus discipulum *Sorsanum*, tum ipsum *Avicenam* apud *Abulfarajum* esse docet, nullumque adeo dubium esse putat, quin in *Abshancensi* vico prope *Bocharam*, Perisæ oppidum, natus fuerit. Imo ex eodem *Abulfarajo* luculente evinci posse contendit, non Hispanum tantum eum haud fuisse, sed ne unquam quidem ad Hispaniæ oras fuisse delatum; quam sententiam, priori errore rejecto, *Garibajus* fuerat amplexus. Universam autem de Hispana ejus origine fabulam natam esse censeat ex alia fabula, quam *Isidori Hispalensis* rebus temere immixtam, *Lucas Tudensis* Chronico suo, tanquam ab *Ildephonso* acceptam, inseruit. Narrat enim *libros quosdam de naturis rerum & arte medicina,*

dicina, nec non de arte notoria, quos pater *Isidorus* facundo stylo composuerat, & qui ne dum ad publicum venerant, in odium fidei corrupisse *Theodiselum*, reserantem vera & inferentem falsa, atque per quendam Arabem, nomine *Avicenam*, de Latina in Arabicum transtulisse. Frustra igitur & *Cordubenses*, qui *Corduena*, quod nomen Persici cujusdam est tractus, abusi nomine eum sibi vindicant: & *Arragonenses* qui *Avicannam*, cum *Valentiniis*, qui *Abicenam*, patriæ suæ castra vel oppida, pro *Avicena* natali solo venditant: & *Ebuse* sive *Ibiza* insulæ incolæ, qui nominis itidem vana similitudine subnixi, apud se natum eum esse nugantur, laborare evincit. Eos etiam castigat, qui cognomine *Alrajiss*, quo Arabes eum honoraverunt, seducti, Regem eum fuisse sunt opinati; cum tamen nomen illud ad ejus in litteris excellentiam tantum pertinere, dudum *Leo Africanus* docuerit: ut fumos adeo nugæque vendant *Didacus Lopezius*, qui *Cordubæ*, *Jo. Bapt. Montanus*, qui *Ægypti*, & *Mari-naus Siculus*, qui *Bithyniæ* Regem eum fuisse somniarunt. Antequam autem ab *Avicena* ad alios procedat, id quod in eo pessimo jure Hispanis desertur; in ejus interprete præcipuo maxima injuria iis auferri observat, dum nimirum *Gerardus Cremonensis* perperam appelletur, qui a *Carmona* Hispaniæ Bæticæ celebri urbe *Carmonensis* erat appellandus; quam veram ejus patriam fuisse, inferius in Bibliotheca incertæ ætatis Scriptorum ivit assertum. Ubi simul *Job. Antonii van der Linden* observat errorem, qui eo seductus, quod *Gerhardus Cremonæ* natus, *Toleti* vixerit atque docuerit, duos *Gerhardos*, *Cremonensem* alterum, alterum *Toletanum* exsculpere ausus fuerit. Id adhuc de *Avicena* ex Antonio hic adducere liceat, existare opera ejus Arabica MSS. in Bibliothecis Ecclesiæ Toletanæ octo voluminibus, Hebræicæ autem versæ quatuor voluminibus Romæ apud PP. Societatis Collegii S. Ignatii. Nomen denique ejus verum fuisse *Elbusein*, *Albazon-Sem*; vulgari vero appellatione dictum, eum esse *Abu-bali Elbusein Abdalla Ibnu-sina*, a qua ultima sive avi, sive familiæ appellatione, corrupte pronunciari coeptum fuerit vel *Aben-Sina*, quo nomine *Reuchlinus* eum appellet, vel *Avicena*, quo apud omnes alios nostro ævo innotuit. Inter duodecimi sæculi Scriptores *Petri* ejusdam *Magistri Toletani* mentionem facit, quem *Alcoranum Petri Abbatis Cluniacensis* jussu in Latinam linguam

p. 6.

p. 263.

p. 6.

p. 16.

- transtulisse, constare ait ex codice quodam MS. qui apud Marsiliū Ficinū fuit. Vidisse codicem illum dicit *Martinum Siruelam*, versionem Latinam Alcorani exhibentem, cui subnexa sequentia verba fuerint: *Illustri Viro Petro Cluniacensi Abbate precipiente suū Angligena Robertus Ketenenfis librum istum transtulit anno C.1143 &c.* quæ statim exceperint ista: *Hunc librum fecit Dominus Petrus Cluniacensis Abbas transferri de Arabico in Latinum a Petro Magistro Toletano, cum esset ipse Abbas in Hispaniis constitutus, cum glorioso Adepbonso, eo anno quo gloriosus Imperator Coriam civitatem fecit.* Quamvis autem verba ista suspicionem fecerint Siruelæ, fuisse olim cum versione Alcorani Roberti Ketenenfis compactum in eodem codice aliquod aliud opus, quod ex Arabica in Latinam linguam conversum fuerit a *Petro Toletano*, ejusdem Petri Cluniacensis jussu, ad quod referri postrema verba debeant: Antonii tamen sententia est, duos forsā interpretes Cluniacensem Abbatē admovisse operi, quod quam fieri poterat accuratissime translatum cupiebat: unde & Jos. Scaliger *Petri* illius inter Alcorani interpretes mentionem alicubi faciat, ab aliis omnibus, qui Alcorani versiones recensent, prætermis-
- p. 18. si. Eodem cum *Petro* illo seculo vixit etiam *Ordonius*, monasterii Cellæ novæ in Gallæcia monachus, qui vitam *Rodesindi* Episcopi scripsit: quam etiam paulo post concinnavit *Stephanus*, ejusdem monasterii monachus. Unde in mentem Sandjo olim, cum animadversiones ad Vossium de Historicis Latinis scriberet, venit, alium ab *Ordonio Stephanum* istum non esse; quam tamen ejus conjecturam
- p. 19. falsissimam esse Antonius ostendit. De *Aulo Halo*, qui poeticis studiis apud Burdigalenses hoc seculo effloruit, prolixè etiam agit. Atque imprimis observat, *Carmen de adventu Jacobi Apostoli in Hispanias*, quod sub ejus nomine Matrithi A. 1648 *Joan. Tamajus* publicavit, spurium opus esse, quod *Tamajus*, qui non contentus ab *Higuera* & aliis factos fumos quavis data occasione lectoribus suis ingerere, ipse quoque famam suam turpissimis fraudibus contaminare haud fuerit veritus, pessima fide ei supposuerit. Cumque *Tamajus* elegantiorum litterarum parum peritus, carminique pāngendo valde ineptus esset, unde & hęc *Aulo Halo* suppositum opus barbaras passim redolere sordes deprehendatur; operam tamen dedisse a *Nostro observatur*, ut ne omnis leporis experts in publicum illud pro-
- diret.

affret. Quod ut consequeretur, barbaros versus suos ex Poetae valde
 elegantis, *Alvari Gomezii de Civitate Regali* carmine, quod *Tali-*
Christiam inscripsit, passim eum interpolasse ostendit. Quam frau-
 dem, plane ineptam, deprehensurum neminem esse, eo facilius sibi
 hominem stolidum passum esse persuaderi ait, quod semel tantum,
 Compluti nimirum anno 1522, impressum illud *Gomezii* carmen, in
 paucissimorum manibus versaretur. Verum tamen aliquem *Halo-*
nem Grammaticum seculo XII existisse observat, ejusque Epigram-
 mata nonnulla ex manuscriptis repræsentat. Ad *Julianum Petri*,
Archipresbyterum S. Justæ apud Toletanos deveniens, merces quas
 sub nomine ejus, tanquam e Bibliotheca Olivariensi acceptas, Pa-
 risiis anno 1628 *Laurentius Ramirezius* publicavit, *Chronicon* inquam,
Adversaria, *Descriptionem Eremitiorum Hispanorum*, & *Vario-*
rum Carminum collectionem, omnes a *Hieron. Romani Higuera* manibus
 eum accepisse, tum ex ipsius *Ramirezii* dedicatoria epistola, tum
 ex literis quibusdam *D. Petri de Sandoval* ad *Laurentium Coccum*,
 evincit. Imo ipsam *Higueram* primam inventionem *Juliani* sibi
 tribuere, ex ejus Historia Toletana manuscripta edocet. Attamen ob-
 servat, iis verbis Chronici Juliani eum ibi meminisse, quæ potius
 brevem aliquem Toletanorum Episcoporum Catalogum, quam
 illud opus, quod Chronicon Juliani hodie audit, apta sint denota-
 re. Imo meminisse eum dicit fragmentorum Chronici Juliani, sed
 tanquam plane deperditi, & in eam rem verba *Higuera* adducit, at-
 que adeo proprio testimonio suo viam sibi obstruxisse *Higueram*,
 notat, quicquam e Juliani operibus, quæ deperdita asserat omnia,
 commendandi. Atque adeo colligit, ex *Higuera* penu & observa-
 tionibus, catalogum brevem Toletanorum Præfulum in Chronicon
 omni ex parte perfectum excrevisse. Utque ea de re cuiquam eo mi-
 nus dubitare liceat, duodeviginti loca indicat, e quibus facillime frau-
 dis Juliani Chronicon & *Adversaria* revinci queant. Imo ullum
 omnino Julianum Archipresbyterum Toletanum seculo XII, quo
 vixisse fingitur, existisse negat. Inter seculi XIII Scriptores de *Ro-*
derico Ximenez agens, Chronicum suum Ferdinando Castella Regi
 eum nuncupasse notat. In ista autem dedicatoria epistola id præ
 ceteris notatu dignum esse putat, quod *Dionis*, *Gothica Historia*
 scriptoris, mentio in illa occurrat. Quem Historicum a nemine
 p. 23.
 p. 24.
 p. 25.
 p. 29.
 p. 36.
 alio,

- alio, si Jornandem excipias, qui Græca eumlingua scripſiſſe adſit, commemoratum, Hiſtoricis Græcis a Voſſio celebratis adjiciendum eſſe monet. Ipſum autem *Rodericum* quod attinet, valde ſolicitus eſt in aſſerendis ei contra *Ambroſium Moralem*, *Jo. Vaſaum* & alios, gentium barbararum Chronicis, quæ ſtudioſe proinde ſub examen revocat. Circa medium hujus ſæculi floruiſſe apud Valentinum celebrem Poetam obſervat, quem *Moſſen Jordi* ſua lingua illi appellant (*Dominum Georgium* Latine diceret.) Hunc in haud paucis imitatum eſſe Itatorum Apollinem Petrarcham, poſt *Gaſſarem Eſcolanum* animadvertit, productis eam in rem elegantiffimis quibusdam exemplis. *Alphonſi X*, cui *Sapientiæ* cognomen grata poſteritas dedit, ſcripta ſtudioſe admodum recenſet. Prolixe autem imprimis agit de *Tabulis Aſtronicis* ejus auſpiciis confectis. De quibus poſtquàm *Chriſtmani*, *Riccii*, *Luca Gaurici*, *Joſ. Blancani*, *Jo. B. Riccioli*, & *Iſm. Bulliardi* traditiones recenſuiſſet; ſubjungit denique etiam id, quod ipſe *Alphonſus* in quodam codice harum Tabularum ſcriptum de iis reliquiſſe dicitur. Fuit ille codex in manibus *Joannis de Herrera Buſtamanti* celebriſſi Philippi II architecti, quem vidit *Romanus de la Higuera*, atque ex eo confectarum tabularum iſtarum hiſtoriam Toletanæ ſuæ Hiſtoricæ MSæ iis verbis inferuit, quæ hic quoque non invitis Lectoribus comparitura eſſe confidimus, præcipue cum rem plane aliter, quam ab aliis omnibus enarrata fuit, exponant. *Juſſis*, inquit, *Alphonſus*, *Toletum* ut convenirent, *Aben-Ragbel* & *Alquibitium*, quos præceptores ſuos [in codice ſcilicet, ex quo iſta *Higuera* habet] appellat, *Toletanos*; *Aben-Muſium* & *Mabomad*, *Hiſpalenſes*; *Joſeph Aben-Hali*, & *Jacobum Ab-Vena Cordubenſes*, pluresque alios ad quinquaginta & ultra e *Guaſconia* & *Parifiis* ingentibus expenſis convocatos; biſque curam impoſuit vertendi *Ptolemai Quadripartitum*, & colligendi libros *Menteſanis* & *Algazelii*. Præſertim autem huic rei incubuit *Samuel* & *Jehuda Elconbeſo*, quem *Alfaqui Toletanum* vocat. Et hi in palatio, quod extra *Toletum* a *Galiana Regina* appellationem habet, congregati quibus ipſe *Alphonſus*, eo autem abſente, *Aben-Ragbelus* & *Alquibitius* præerant, examinandiſſe firmamenti atque ſtellarum motibus ab anno 1258 uſque ad annum 1262 attentiffime ac perpetuo vacarunt, tandemque *Tabulas*, de quibus loquimur, confecerunt. Quo abſoluto negotio Rex omnes,
- ſive

sive pecunia, sive exemptionibus tributa solvendi donatos, alacres dimisit. Id adhuc de *Alphonso* isto *Sapiente* ex Autore nostro non observare non possumus, quod *Historiam Generalem Hispania*, quæ vernaculo idiomate scripta, Zamoræ primum anno 1541, & postea Pincia 1604 prodiit, non ejus auspiciis, sed ab ipso confectam esse, moneat: distinguendamque præterea eam non ab *Alphonso XI* tantum *Historia* esse doceat, sed & ab alia *Alphonso Sapientis Historia Magna & Generali*, quæ ab ipsius mundi initio exordium capiat, cujusque primum volumen nihil aliud quam fusiorem rerum in Pentateucho contentarum expositionem continens, in Cortesiana Bibliotheca existat: ex qua prologum ejus & initium primi capituli Bibliothecæ huic Antonius inseruit. Et ad hunc Commentarium *Alphonsum* respexisse censet, cum in testamento suo præter Biblia tribus tomis, tria alia Bibliorum *Historiæ* volumina se relinquere dicit. Imò cum tradant nonnulli, S. Litteras in linguam vernaculam *Alphonsum* hunc transferri curasse, quod *Joannem Marianam* affirmare observat; non ad versionem proprie sic dictam, qualis nuppiam appareat, sed ad istam paraphrasin referendum id esse persuasum habet, utut alteri sententiæ paulo ante allegata testamenti *Alphonso* verba favere videantur. De *Pontio Carbonello* ejusque *Catena* in universa Biblia agens, controversiæ meminit de *Catena* in IV Evangelia *Thoma Aquinatis* adscripta, quam *Carbonelli* esse *P. Alva* & *Astorga* contendunt, renitentibus *Tb. Harney* & *Vincentio Baronio*, quorum partes ipse quoque tuendas suscepit. Decimo quarto seculo floruit *Arnaldus Villanovanus*, quem contra *Jo. Villanum*, *S. Antoninum*, *Paulum Langtum*, *P. Colomesum* & alios qui Gallis eum vindicant, *Durandi de S. Porciano*, *Bernardi de Luxemburgo*, *Nicolai Eymersii*, *Pici Mirandulani* & aliorum suffragiis, Hispanis suis ivit assertum. Quod variis argumentis, qualia sunt quod nullum oppidum *Villanova* nomine insigne in Gallia, quamplurima autem in Hispania extent: quod *Jacobo II Arragoniæ Regi* librum suum de Regimine sanitatis dedicaverit, aliisque compluribus deinceps confirmavit. Circa annum MCCCX Parisius eum de *extremi judicii die* libellum scripsisse narrat, in quo astrologicis argumentis probare annisus fuerit, anno 1376 judicium illud celebrandum esse. Meru tamen inquisitionis ob istum libellum in Siciliam fugere coactum

p. 57.

p. 63.

p. 74.

p. 75.

- ctum, deinde a Frederico Rege ad Clementem V Summum Pontificem missum, diem suum in mari eum obiisse ait. Ut falsus adeo sit Colomesius alique qui eum anno 1300 natum, denatum anno 1340 affirmant. Quæ de ejus in religione erroribus ab *Eymerico* aliisque disputata fuerunt, prolixum nimis esset hoc loco repetere, pariter ac ea, quæ ut defendant eum, alii afferre solent. Sane rerum
- p. 79. futurarum superstitiosum nimis eum fuisse indagatorem, & ea quæ de Anti-Christi adventu somniavit, revelationum quarundam fidei superstruxisse, ex libro ejus *de mysterio cymbalorum* dudum Picus Mirandulanus observavit. Idem autem qui *Arnaldi* errores impugnavit *Eymericus*, *Raym. Lullii* acerbissimus quoque fuit insectator, in quo impugnando quibus artibus usus fuerit, postquam scriptores vitæ Lullianæ recensuisset, fuse exponit Noster. Qui deinde non minori diligentia defensores quoque Lullii recenset, summamque
- p. 84. eorum, quæ ei objecta fuerunt, exponit. Accuratissime autem in libris recensendis versatur, atque CCCXL voluminibus, quorum notitiam *Proaza* & *Wadingo* debemus, XL alia addit in variis locis a se reperta. Ut nihil dicamus de viginti & uno voluminibus, quorum e *Carolo Bovillo* mentionem facit, & quorum nonnulla eadem esse cum iis, quæ *Proaza* & *Wadingus* memorant, ipsemet suspicatur.
- p. 96. Eos denique etiam, qui commentariis suis illustrare *Lullii* philosophiam conati fuere, recenset, quorum plus quam viginti in arenam producit. In decimo quinto seculo inter alios de *Petro de Luna* sive *Benedicto XIII* Anti-Papa agit, quem *Ludovici Panfani* coxvi Historici testimonio subnixus, veneno periisse statuit, quod inter secundas mensas *Thomas Monachus*, quo familiariter utebatur, ei apposuerat. De *Raymundi Sebundi* libello de veritate Religionis Christianæ loquens, *Hugonis Grotii* mentionem faciendi occasionem nanciscitur, quem Ecclesiæ suæ jugalem sub vitæ exitum fuisse, audacter affirmare non veretur. At quo jure Romanæ Ecclesiæ summum illum Virum vindicent sive ex Pontificiis admiratores, sive ex Protestantibus adversarii ejus, dudum accurate ostendit præclarus ejus defensor H. Hammondus, qui gemino scripto tomo II operum ejus inserto, masculine accusationem illam a Grotii capite depulit. De *Alphonso Tostato*, quem *Alphonsum Abulensem*, & *Alphonsum de Madrigal* etiam appellari notum est, obser-

observari merentur, quæ summam memoriæ ejus felicitatem prædicans affert. Narrat inter alia, Bononiæ librum ei perlegendum, datum fuisse, quem tamen ut describerè ipsi liceret, impetrare non potuerit: eum proinde semel & iterum lectum ab eo domum reverso ex memoria chartæ mandatum fuisse. Nec minorem memoria solertiam industriamque ejus fuisse dicit: cum annorum LV, quos vixit, spatio, tot scripta exaraverit, ut si demas pueritiæ annos, libris scribendis minimè idoneos, quotidie sex expansæ chartæ folia eum scripsisse oportuerit. In conservatis autem libris ejus, parum abest quin miraculum agnoscat. Cum enim manuscripta illius, ut nova & locuples magis operum ejus editio pararetur, circa annum 1525 in Italiam adveherentur, navi tempestate pessundata, omnibusque mercibus reliquis submersis, solam cistam, in qua illa asservabantur, incolamem insequenti die in littus ejectam fuisse, Romæ a sedecim testibus apud Auditorem Cameræ affirmatum dicit. Liceat autem e scriptis ejus commemorare hoc loco speciatim *Commentarios in Eusebii Chronicon*, qui vernaculo idiomate quinque voluminibus in folio prodierunt Salmanticæ anno 1506, cum ad omnium notitiam opus istud haud forsitan pervenerit. Ast sufficere, nisi fallimur, poterunt ista ex Bibliotheca quinque illorum seculorum specimina. Jam de Bibliotheca Arabico-Hispana, quam ei subjunxit, nonnulla etiam dicenda supersunt. Cujus uti ea dignitas & amplitudo, quæ superioris, non est, ita nos quoque in perlustranda ea non diu adeo morabimur. Alphabetico ea ordine disposita est: cumq; Arabicis litteris sese initiatum haud esse, ipsemet non dissimulet Antonius, abs re haud fore putavimus, si, quibus auxiliis ea ab illo instructa fuerit, observaverimus. Præter Hispanos itaque Historicos, *Sandovalium* imprimis atque *Escolanum*, Catalogosque Bibliothecarum, *Escorialensis* maxime & *Lugduno-Barva*, *Leo Africanus* ab Hottingero editus multum ipsi in his tenebris lucis affudit. Passimque etiam ex *Bocharti*, *Hottingeri*, Mathematicorumque nonnullorum, *Riscoli* imprimis, scriptis suppetias petivisse videtur. Brevissimus in plerisque est, & raro admodum aliquid præter nomen & scripta de iis commemorat. Quamvis ubi plura ad notitiam ejus de aliquo pervenerant, ea invidere Lectoribus suis

P. 171.

P. 231.

- non soleat; cujus rei argumento esse potest prolixissime *exposita*.
- P. 240. *Averrois* vita, quemadmodum & *Geberi* historia, cujus a Cardano inter XVII summa ingenia repositi res parcerentis ab eo traditæ non fuerunt. Incerti denique temporis Scriptorum Bibliothecam, quæ Arabico-Hispanam excipit, alio quam alphabetico ordine concinnari non potuisse, nemo est qui non facile videat. Ex ea duos saltem Autores commemorare nunc placet, anonymos ambos, ambos Sacrarum Litterarum interpretes. Eorum alter, versionem Latinam vulgatam secutus, lingua Valentia regni vernacula eas expressisse dicitur a Cypriano Valera in præfatione, quam Hispaniæ suæ versioni Amstelædami 1602 editæ præmisit: ubi etiam ante centum, & quod excurrit, annos in folio chartæ regiæ impressam versionem illam produisse testatur. Alter, qui Hispano-Hebræus fuit, post Judæos ex Hispania relegatos, in Italia versionem quandam e fontibus Hebræis confecisse ab Antonio dicitur. Dedicatio- ni illius versionis, quæ ad Herculem Estensem II, quartum Ferrari- ensium Ducem directæ est, subscripsisse nomina sua ait *Hierony- mum de Vargas & Duadum Pinel*: quorum illum sumtus huic ver- sioni impendisse, hunc *εργουδιώκτην* fuisse, ex verbis, quæ sub finem ejus comparent, manifestum est. Eam autem Ferrariæ A. 1553 in lucem primum editam, Amstelædami anno mundi MMMMMCCGXC reformatam, & postea anno mundi MMMMMCDXVI in domo Gillis Joost typis denuo exscriptam fuisse observat. Auto- rem vero ejus ante annum Christi 1500 floruisse, recte sibi colligere ex stylo posse videtur. Totum denique hoc opus fragmenta Pseu- do-Chronicorum, ex Marchionis Estepani Bibliotheca edita conclu- dunt. Quo sine autem illa hic adtextæ fuerint, tum a nobis fuit indicatum, cum in prioris tomi recensione versaremur; ut adeo de- us nihil amplius nunc quidem addendum esse existimemus.

JOH. FRIDERICI MATERI D. CONSILIARII REGII ET
 Prof. Theol. de Fide Baronii & Bellarmini ipsis Pontificiis ambigua
Eclogæ.

Amstelædami apud Henr. Westenium, 1697. in 12. plag. 13.

QUO illustrius per universam, qua late patet, Ecclesiam Roma-
 nam nomen *Baronii* atque *Bellarmini* est, Cardinalium bino-
 rum

rum, qui uno eodemque tempore, diverso equidem descriptionis genere, sed uno tamen scopo, Curiam Pontificalem fultum magno molimine iverunt, & quo majore strepitu illud a fidei Romanæ asseclis nullo non tempore Protestantibus obverti solet: eo majus operæ pretium se facturum Auctor præsentis opusculi maxime reverendus existimavit, si lubricam utriusque fidem domesticis testimoniis proderet, atque adeo demonstratum daret, haud vanos fuisse e Protestantibus, qui eam utriusque Cardinalium objecerunt. Ne vero cupidine insectandi, aut præpostero partium adversarum studio abreptus, criminationes solum collegisse, prætermittis silentio laudibus, videretur; ab initio statim primæ Eclogæ, quæ de Baronio agit, non conatum egregium Cardinalis, non apparatus, non elogia suorum, nec adversariorum honesta de ipso judicium omittit, sed hæc omnia fuscè satis primo capite & sub initium secundi prosequitur, auctores etiam, qui de vita laudibusque Baronii amplius evolvi possint, magno numero recensens. Editiones inde varias, versiones, epitomas, continuationes Annalium Baronianorum eodem c. II. commemorat, in scriptis haud raro, quæ non omnium notitiæ patuerunt. Tale est inter alia, quod de Baronio ex *Hieron. Vecchiotti*, Florentini, qui se ob trinas in Ægyptum susceptas legationes ab Ægypto vocavit, in opere de Sacrorum Temporum Ratione Augustæ Vindel. A. 1621 edito commemorat: illum nempe non XII solum, qui extant, aut XIII, ut Saussayus in Continuatione Bellarmini de Scr. Eccl. refert, sed, quod mirere, totos XV Annalium tomos elaborasse, jamque absolutos tres ultimos reliquisse Congregationis Oratorii Patribus, a quibus, dubium quàm ob causam, suppressi sint: cui quidem rei tanto vehementius Vecchiottus succenset, quanto certius suæ etiam legationis, Ægyptiacæ res XV tomo longa oratione descriptas, ex ipsiusmet Baronii, amici, ore didicerat.

Inter Baronii (quem male a nonnullis pro Jesuita haberi, cum Presbyter Oratorii fuerit, obiter notat) translationes, Germanicam Marci Fuggeri primam esse annotat, & primum illius tomi Ingolstadii A. 1594 in fol. & 1595 in 4. prodiisse. Ut Polonice verteretur, curam A. 1592 gessisse memorat Stanislaum Carncovium, Regni Poloniæ Metropolitanum & Archiepiscopum Gnesinensem, id-

que negotii Collegio Jesuitarum a se fundato dedisse: nihil tamen illius versionis editum. Arabice primam & secundam Annalium partem Romæ A. 1653 Fr. Brietio Capuccino interprete prodisse. Italicam versionem Franc. Panigarolam Episcopum Astensem aggressum fuisse, primumq; Annalium totum, superstiti adhuc Baronio transfulisse, sed ab hoc labore postea avocatum. Eum autem exantlassse nostris temporibus Cardinalem Nerlium, redditis Italice Baronii Annalibus, ex Jo. Ciampino refert. Inter continuatores Baronii uti Henr. Spondanum laudat, ita Abrah. Bzovii vitia, Rich. Montacutium & Joh. Georg. Herwartum secutus, non dissimulat. Nec eo felicius in continuandis Baronii Annalibus laborasse Congregationis Oratorii Presbyterum Odoricum Raynaldum, putat, de cujus mala fide, & incondito calumniandi studio prolixum Joh. Claudii judicium exhibitum videas: additque ex Papebrochio, Raynaldo communi Sociorum Congregationis illius suffragio surrogatum *Leandrum de Coloredo*, nostra ætate Cardinalem eminentissimum, a quo nihil tamen hæcenus datum fuerit. Quemadmodum vero nomen Annalium Baronianorum inde etiam haud parum crevit, quod Justus Calvinus atque Gaspar Scioppius eorum in primis lectione se ad fidem Romano-Catholicam convertere profiterentur: ita consultum Auctor celeberrimus duxit, inferre præsentis opusculo epistolas Scioppii duas eo in negotio scriptas, unam ad Baronem quendam Germanum, & alteram ad ipsummet Baronium eucharisticam, Romæ A. 1599 editas. Simul tamen ut appareret, quam candidè scilicet assentatorum in morem votivas tabulas Scioppius sospitatori Cardinali suspenderit, re ipsa interim ipsimet ac doctrinæ ejus infensus; illam quoque hominis fraudulentæ epistolam producit, quam ad Fulgentium celebrem Minoritam Venetum Italica lingua scriptam primus Paulus Colomesius suis Observationibus Sacris insertam edidit, Noster autem in Latinum idioma conversam sub finem Eclogæ de Baroniò adjecit.

Caput tertium hujus Eclogæ historiam adversariorum Baronii Protestantium exponit, immistis etiam una hyperaspistis. De Casaubono ubi agit, inter alia famam de affectu ejus erga Pontificios olim a Pet. Molinæo sparsam, a P. Jurio autem veluti renovatam agre fert: eamque tum a Merico Casaubono in Pietate adversus

versus Paterni nominis hostes, satis esse discussam non dubitat; tum amplius a clar. Almeloveenio in Historia Casaubonorum (quam sibi privatim olim promissam publice nunc ab eodem rogat) abstersum iri spem facit. Quod a Davide Blondello, qui confutando Baronio unus omnium maxime idoneus olim communi doctorum fere suffragio judicatus, publicisque stipendiis Amstelodamensium ad id conductus fuerat, nihil tamen præter stricturas leves e defuncti exemplari excerptas unquam prodierit, Auctor clarissimus dolo Jesuitarum adscribit: qui scilicet eo ipso tempore, quo hæc moliebatur Vir doctissimus, vindicandum stemmæ Regium Gallorum adversus Vindicias Chiffletianas, velut honoris ergo, publico nomine illi detulerint, revera nullo alio fine, quam ut a Baronio cum averterent. Cui conatui eventus etiam respondit. Paulo enim post emissum opus Anti-Chiffletianum, quod Blondellum per annos bene multos totum tenuit, oculorum lumine privatus cæcusque redditus, nihil amplius tentavit.

A Protestantibus Baronii adversariis ad Romano-Catholicos procedit in sequenti capite IV, & a Monachis initium faciens Carmelitas primo loco ponit, e quorum ordine M. Anton. Alegre de Casanate acriter in Baronium insurgentem profert: post illos prodeunt Benedictini, & ex Dominicanis Franc. Combesius & Natalis Alexander: hinc ex Augustinianis eminentissimus Cardinalis Norisius, qui non solum in Historia Pelagiana hic illic errores Baronii graviter & cordate perstringit; sed & peculiari opere Annales emendationem in se suscipere, eorumque infinitos errores animadvertere & demonstrare sibi proposuerat; destitit autem, cum sodalem suum Christianum Lupum eadem meditari cognovisset. Hoc vero prius, quam daret quicquam, vivis erepto, explevit doctorum omnium vota e Minorum ordine Antonius Pagi, Vir clarissimus & ab edita Critica Baroniana nemini facile ignotus. Tum ex Societate Jesu plusculos Baronii adversarios enarrat, Dion. Petavium, Pet. Halloix, Casp. Sanctium, Jacobum Sirmundum, Front. Ducaum, Lud. Maimburgium, Dan. Papebrochium; quin ipsummet adeo conjunctissimum, ut videri volebat, Card. Bellarminum: inprimis vero M. Antonium de Dominis, cujus testimonia prolixa affert. Ad alios dein eruditos viros progreditur, juxta nationum seriem distributos,

Hispanosque primum cap. V. sistit, quorum animos a se Baronius maxime alienos reddidit partim assertione juris Pontificii in Siciliam, partim quod Jacobum unquam in Hispaniam venisse negasset. Galli cap. VI. proferuntur: Thuanus, qui tomo primo Annalium ab auctore sibi dono misso sua manu inscripserit ista Comici verbulo uno immutata: *Auctor cum primum animum ad scribendum appulit, id sibi negotii credidit solum dari, Pontifici ut placerent quas fecisset fabulas:* P. Pithoeus, Pet. de Maroa, Henr. Valesius, Petrus Daniel Huëtius, Lud. El. Dupinius, Ant. Godellus, Joh. Launoïus, Paschasius Quesnellius aliique plures. Tandem & cap. VII. ex Italis advocantur Alex. Tassonus, cujus de Historia Ecclesiastica opus Baronio magna libertate oppositum ab addictis nimium Curiae Romanae animis oppressum creditur, Paulus Beniùs, Paulus Sarpìus; & Germani, Lucas Holstenius, atque Casp. Scioppius, de cujus Epistola ad Fulgentium totius Eclogae colophone dictum supra jam est.

Bellarmini fidem multo concisius examinat Ecloga secunda: de cujus Viri elogii, vitae scriptoribus & auctoritate in aula Clementis VIII. P. Roma. postquam paucula praemississet, e Launoïo plurima producit, quae suspectam ejus fidem ostendunt, & quae parum feliciter absterfisse Doctorem quendam Theologum M. C. S. in Tractatu de Libertatibus Ecclesiae Gallicanae observat. Quinimo ipsummet contra Bellarminum testem Bellarminum allegat, Frontoni Duæzo factum, se quaecunque de temporali Papae dominio in Controversiarum libris scripserit, & ob quae a socio Frontone erat interpellatus, ideo scripsisse, quia Romae fuerit; metu scilicet inquisitionis, quam sub Sixto V. parum absuit quin ejus scripta subire fuerint coacta, ob indirectam solum tributam summo Pontifici in temporalibus potestatem. Contra vero in Gallia librum Bellarmini de hac materia, adversus Guil. Barclajum editum, & Hildebrandina constituta nimis acriter tuentem, solenni Curiae Parisiensis decreto proscriptum, post alios multos memorat, & edictum una ipsummet inscripserit. Prolixe etiam de crimine illo agit, quod a Perronio Cardinali Bellarmino impactum fama, vivo adhuc utroque, tulit: nempe, quod vix putares, Bellarminum incaute satis in Controversiis suis argumenta adversariorum fortius protulisse, quam confutasse, adeo quidem, ut cum insigni damno Ecclesiae Romanae non minz tantum, sed

sed & arma hostium adversus castra Catholicorum inibi cernantur. Quanquam vero Perronius, data ad Bellarminum epistola Italica verbosa admodum (quam Latine versam hic videas) famam istam veluti atrocem calumniam a se amoliri omni nisu teneat: non tamen usque adeo credendum illi, aut quæ communi plurium ore ferebantur, inter calumnias ableganda; Auctor tum ex Bentivolio Cardinali monet, qui tale de Controversiis Bellarminianis iudicium ex ipsiusmet Perronii ore se hausisse, sancte in Commentariis Historicis testatum reliquit; tum ex Perronianis, quæ non satis æqua Bellarmino sint. A Perronio iterum ad Launoium abit, & quid ille præcipue desiderarit in scriptis Bellarmini, quidve exprobrarit illis, sedulo exprimit. Post hunc Dominicum Gravinam narrat, Dominicanum celebrem, qui *Gemitum Columbe* eum in finem scriptum a Bellarmino, ut Ordines Religiosos a pristina puritate descivisse, seque adeo suorum fundatorum beneficiis indignos reddidisse probaret, *Voce Turturis* elevavit, & contra Gretserum hyperaspistam denuo retuderit. Tandem universum opusculum relatione de odio Melch. Cani, quo is Jesuitas perpetuo infectatus fuerit, concludit.

C. JULIUS CÆSAR CUM NOTIS DIONYSII VOSSII. Accessit JULIUS CELSUS de vita & rebus gestis C. Julii Cæsaris, ex museo JO. GEORGII GRÆVII.

Amstelædami, sumptibus Societatis, 1697. in 8.

Constat alph. 2. plag. 14. iconismis 14.

Æmulati sunt Amstelodamenses Blaviani typi Elzevirianam viginti & septem ante annos Julio Cæsari adhibitam elegantiam; sed quem in consilium adhibuerunt bibliopolæ novæ hujus editionis curam gerentes; doctissimus Grævius aliam, quam Montanus, qui isto tempore studium ei impenderat, institit viam. Cum enim is editas antea doctorum virorum selectiores notas suis adperserit; hic solas nondum evulgatas Dionysii Vossii animadversiones, copiosas & eruditas, e tenebris productas, in Cæsaris de Bello Gallico & Civili libros exhibuit; Jo. Rhellicani annotationes Hirtii commentariis de Bellis Alexandrino, Africano & Hispaniensi substravit. Ut autem in augusti hujus scriptoris, monarchiæ Romanæ potentissimi conditoris, notitiam lectores perduceret, res ge-

stas ejus & vitam a quodam non adeo vetusto auctore, cujus aetatem in quartum quintumve abhinc seculum refert, descriptam & anno 1473 editam, quæ conspectui eruditorum se pridem subduxerat, recudendam & Cæsari attexendam bibliopolis concessit. Auctorem narrationis istius, non adeo elegantis & terzæ, Ger. Jo. Vossius Lib. I. de Hist. Lat. cap. 13. nominat *Julium Celsum*: quapropter sub hoc etiam nomine nunc exire eam passus est Editor; falso tamen ipsi hoc nomen præfigi, nec tam claro auctore, qui Cæsaris scripta recensuit, viram hanc descriptam esse, idem rectissime judicat. Sane Hub. Goltzii expositio vitæ Cæsaris, hanc anonymi scriptoris narrationem longe antecellere videtur. Nihilominus curam ejus habendam putavit Grævius, & cum admodum vitis inquinata in impresso codice (quem rarissimum & ab eruditis multis expetitur memorat) extaret, ista tollenda & annotandas veriores lectiones seu emendationes duxit; ut non Cæsaris modo libros cultiores, sed hanc etiam de eo historiam mundiorum & emaculatam haberemus.

*C. SÆTONIUS TRANQUILLUS EX RECENSIONE JO.
GEORGII GRÆVII, cum ejusdem animadversionibus.*

Amselædami, apud Henr. Wetstenium, 1697. in 12.

plag. 21. icones XII Imperatorum.

Insignis hujus auctoris cum plures antea, magno litterarum bono, proditæ essent Egnatii, Aldi, Erasmi, Torrentii, Casauboni & aliorum editiones; ut de omnibus bene mereri studet bonis Scriptoribus, huic nec deesse voluit doctissimus Grævius, & ante viginti quinque annos, cum doctorum virorum integris commentariis, suisque eruditis notis, in publicum emisit venustissimas has Imperatorum duodecim primorum vitas: quarum editionem observationibus suis auctis amplificatisque, ante hos sex annos iteravit, ut in Actis anni 1691 memoravimus. Quia autem grandior esset liber iste, quippe majori forma excusus, & tot integras aliorum eruditorum virorum annotationes complexus, quam qui adolescentium manibus assidue circumferretur, quod fieri par erat; in minorem formam redigendum eum duxit idem clarissimus Editor, suisque tantum notis insignitum in publicum jam emisit, ista ratione

ne qua Ciceronis epistolas & de Officiis libros, nec non Justini historias ejus studio & cura expolitas, eque majoribus in minores libellos contractas, vidimus: qui omnes non magis typi nitore, quam accurata emendatione, ad crebram lectionem historiarum & eloquentiae studiosos sic invitant, ut si maxime auctores istos aliis formis editos jam possideant, hac tamen commodiori excusos sibi etiam comparare studeant.

CASPARIS NEUMANNI, VRATISLAVIENSIS

מנצח h. e.

EXODUS LINGUÆ SANCTÆ V. T. EX CAPTIVITATE BABYLONICA, tentatus in *Lexico Etymologico Hebræo-Biblico.*

Norimbergæ apud Andream Ottonem, 1697. in 4. plag. 18.

Quam anno superiori eruditus proposuit sententiam de vocum Ebræarum genesis, & nos quoque mense Septembri A. 1696 p. 399 indicavimus, eam magis nunc excolendam, editoque novo specimine, h. e. Lexici Ebræi, quod ad hanc hypothesin adornare illi constitutum est, litera prima, firmandam sibi clarissimus doctissimusque Auctor sumpsit. Non diffitetur, theoriam in Genesi Linguæ Sanctæ a se traditam, difficultate quadam adhuc laborare: sed hæc ipsa ut amoveatur, eo quidem hanc, quæ nunc prodit, commentationem maxime ait spectare. Præcepta in Genesi Linguæ Sanctæ data non mutat, iis tamen quædam nunc addit, cumque characterum, ut vocat, initium contentus, de literarum tum characteristarum, tum formativarum singulatim spectatarum valore suum judicium suspenderit, nunc ulterius progreditur, & quid unaquæque literarum Ebræarum in se spectata & characteribus ipsis, & formativis inde vocibus aliis inferat, edisserit. Omnem ergo Ebraismum non modo in monosyllabicos significationum characteres, qui Sinensium monosyllabas 320 numero parum excessuri sint, reductum, sed & usque ad viginti & duarum literarum elementa ita resolutum, ut his bene perspectis, saltem manu ductionem, eamque non levem ad significationem characterum omnium a priori determinandam, in solo literarum intuitu quilibet inventurus sit, se exhibiturum pollicetur.

Valorem autem literarum Ebræarum exposurus exemplum

R r

plum

ACTA ERUDITORUM

374
 plium a literis Sinicis petit. Fatetur literas Ebraeorum a characteribus Sinicis multiplici ratione differre: nihilo fecius in quibusdam capitibus eos plane inter se consentire observat, atque istud hunc in modum explicat. Quemadmodum quælibet litera Sinica peculiaritatem habet significandi vim a rebus corporeis atque mathematicis desumptam, adeoque tropis perpetuis translata: ita & omnium literarum Ebraearum significationes in sensu proprio spectatas mechanicas esse, hoc est, a rebus corporeis earumque motu, situ atque figura desumptas, & non nisi perpetuis tropologiis ad alia applicabiles, contendit. Sic literas adspiratas, quarum gradus supremus sint sibilantes, nudum quasi oris halitum & omnium minime adhuc articulatum vel modificatum, unam saltem altera fortius, exspirare. Et has esse symbolum *motus* vel *activitatis* in genere omnis, pro vario tamen intensiōnis gradu variantis: e.g. \aleph esse adspirationem omnium tenuissimam, simplicissimumque adeo activitatis signum, literas, quibus jungitur, quasi animans, & earum significationes in actum deducens: ψ cum Aleph fere coincidere, nisi quod crassior & fortior hujus esse soleat quam illius uti pronuntiatio, ita & significatio: η autem alium iterum adspirationis modum rem quasi coram sistere, & præsentiam ejus emphatice demonstrare &c. Ceteras autem literas, quæ scilicet non sint adspiratæ, variorum motus situsque modorum symbola esse autumat. Sic *motum situmque rectilineum*, vel saltem ab omni declinatione abstrahentem indicari per literas \aleph , \aleph , \aleph , \aleph , \aleph : nimirum literam \aleph stridulo erumpentem sono *egressiōis*, sive ejus quod *egreditur*, esse notam; literam \aleph figura sua literæ Resch valde cognatam, *antecedendi* vel *antrorsum protrudendi* & *promovendi* actum habere, &c. *Motum autem situmque curvilineum* haberi in literis \aleph , \aleph , \aleph , \aleph : nimirum literam \aleph multum reflexam *flexus* cujuscunque symbolum esse; \aleph motum *in se quasi retrahentem* & *arcuatum* pro figura literæ referre &c. Reliquas denique literas alias adhuc easque varias motus situsque species designare, arbitratur. Sic literam \aleph *apicem protensum* figura sua referre, *tensionis* vel *extensiōnis* cujuscunque in longam abeuntis esse notam; \aleph literam valde *angustam* & *dilatabilem*, omnis *augmentis quantitatis* tam discretæ quam continuæ symbolum esse, &c.

Præ-

Præterea, ut literæ Sinensium suo quodam modo sunt hieroglyphicæ; hoc est, ingeniosa & symbolica quadam ratione intellectui legentium rem significatam depingunt: ita & in Ebraismo, iudice Auctore, singulæ literæ vel figura, vel sono, vel utroque etiam modo, rem significant, & symbolica quadam ratione intellectui nostro repræsentant. Sed literæ Sinicæ simplices quoque præaugenda significatione aliquando duplicantur: idem & in Ebraismo fieri Noster pronunciat, tam in characteribus geminatis, quam in radicibus a characteribus suis deductis. Tandem ut Sinenses literæ cum aliis compositæ significationem singulæ adhuc conservant, & elegantes appellationibus emphases impertiunt: sic & apud Ebræos hoc fieri Auctor censet, ita tamen, ut ab initio dictionis litera syllabam inchoans active quasi se habeat, & significationem suam literæ sequenti imprimat; in fine vero constituta passively se gerat, & in ejus significationem litera præcedens abire intelligatur; in medio autem constituta, de utroque quasi participando significationem suam continuet. Hinc esse quod differant בן & בנ ubi aspiratio in Beth agens motum activitatis internæ capedini imprimat, ac בנ & בנ ubi idem ille spirationis halitus expiretur.

Hisce ita præmissis subnectit nonnulla, quæ illis, qui forte judicandi de hac hypothese libertatem sibi sint sumturi, sedulo vult perpendi: scilicet notabilem esse omnium consensu radicum quarundam cognationem, quam tamen nemo hæcenus sufficienter indagaverit: incongruis, derivationibus Lexica scaterere: voces plurimas aut plane ignotas aut adeo dubias adhuc restare, ut unam eandemque in uno eodemque loco diversimode reddant interpretes: tam monstruosam vocum Ebræarum ambiguitatem subinde occurrere, ut significationes earum in Lexicis ad numeros aliquando longe maximos cogantur, & quæ id genus alia sunt. Quibus Ebraismi morbis cum hac hypothese utcunque medela afferri possit, & utilitatem & necessitatem ejus inde evincit: simulque allatis eorum exemplis, qui jam simile quid meditati sint, affectatæ novitatis suspicionem a se amolitur.

Et hæc quidem omnia Auctor noster in præfatione egit. Nunc qualis ipsius operis sit indoles, vel unico exemplo demonstrare constituimus. Primus character est בן hoc est Beth

adspiratum. Beth vero cum domus, hoc est, *cubi concavi* sive *trina dimensionis* figuræ & nomen & picturam habere censeatur, Auctor hinc colligit, hæc literam *capacitatis*, vel *receptivitatis*, vel *ejus quod intra se aliquid continet*, aut continere potest, uno verbo *inexistentia* notam esse. Adhiberi enim eam non modo corpori ipsi solido, sed & spatio omni sive loco, quem vocant, interno, utpote etiam longitudinis, latitudinis atque profunditatis, sive realiter, sive per nostrum concipiendi modum, capaci. Probat hoc partim ex significatione literæ Beth, qua gaudet, quando præfixi vicem sustinet, ubi *in*, *inter*, *intra* notat; partim ex concentu omnium characterum, in quibus litera hæcce conspicitur. Sic **בב** hoc est Beth continuatum, sive geminata tum, adeoque juxta Auctoris hypothesein frequentativum, *capedinem continuatam*, qualis in fistulis atque canalibus esse solet, denotare ait. **גב** autem, sive Beth cum Gimel, flexus nota, *capedinem vel corpulentiam flexam*, qualis in re gibbosa atque tumultosa esse solet, in **גוב**, **גובב**, **גוב**, **גובה**, **גובך**, indicare, &c. Quibus ita observatis concludit, characterem **בנ** nihil aliud quam symbolum *capedinis intestino quodam actu agitata* esse, internumque denotare *impulsum corporis expansivum*, quando id intra capedinem suam quasi ebulliens, & fermentativo motu actum, terminis se suis continere nequit, adeoque ex se ipso quasi egreditur, vel sui quid foras emittit. Observat quoque, huncce characterem in descendens suis partim de liquoribus in vase impetu magno fermentantibus adhiberi, partim ad humores corporis humani in variis actionibus animalibus transferri, imprimis circa illum internum affectuum nostrorum impulsum in actus externos erumpentem.

Hæc postquam de ipso characterem monuit, ex methodi suæ lege primo simplicia affert. Inter hæc primum locum occupat vox **בנ** quæ ad animum transfertur, & juxta Auctorem, *invincibilem illum affectum sive motum atque impetum intestinum* animi benevolise continere nescii denotat. Hinc **בנ** etiam patrem denotare monet, ob singularem amoris affectum, quo prosequi pater liberos consuevit; quod postquam pluribus confirmasset, hoc nomen per varias metaphorarum formas ad auctores, magistros, nutritios, dominos transferri indicat. Alterum inter simplicia locum occupat nomen **בנ** quod *Pythonem sive Spiritum vaticum*, & simul etiam utrem deno-

denotat. Miram hanc significandi ambiguitatem ita solvere conatur. Nimirum asserit vocem **כַּיִן** vi originis notare *fermentatorium*, hoc est utrem, capedinem vel vas quodcumque, intra quod erumpentem superne fermentationis suæ motum absolvit mustum. Deinde metaphorice hanc vocem ad rem veterum divinatoriam translata, Pythonem notare, sive juxta Seldenum, Dæmonium in Pythone loquens, quasi diceret *utrem interna quadam vi agitum, atque inflatum*. Pythia enim, inquit, mulier afflatu vaticidico petenda admisso, ventre tumebat, & ex turgido hoc utre ventriloqua respondere solebat, furore tam vehementi, ut aliquando disrumperetur.

Sequuntur geminata, interque ea vox **אֲבִיב**. Radicem hanc in Chaldaismo usitatam monet, fructificandi significatu, & de vegetabilibus usurpari. Indicari autem hac voce magnum Philosophiæ naturalis mysterium dicit, dum per eam vegetabilium generatio internæ cuidam succi nutritii fermentationi comparatur, atque hoc putat characterem **אֲבִיב** designare: geminationem enim ultimæ literæ *augmentum* connotare, non modo ad designandam rerum progerminantium innumerabilem copiam, sed & imprimis vegetativæ illius fermentationis intensiorem gradum. Derivat hinc nomen **אֲבִיב** quod ex sua hypothese *intestinam succi vegetabilis fermentationem* summe progerminantem & in altum adscendentem denotare autumat. Sic Exod. IX, 31. dici, *hordeum erat אֲבִיב* hoc est, *sucro fermentante erumpens*, id est, protruderat ex graminis vagina culmum, vel ex culmo spicam muticam. Præterea combinari etiam hanc vocem cum aliis vocabulis observat. Unde Ezechiel. III, 15. memoretur **אֲבִיב תֵּל** collis Abib, per quem regionem ignotam, sed tamen a fertilitate nomen sortitam, designari putat. Eadem voce **אֲבִיב** etiam insigniri *mensē multa progerminationis*, sive mensē illum multum germinantem, hoc est, Nisan. Tandem & vocabulum **אֲבִיב**, quod non pro simplici sed geminato, licet compendiose scripto, habet, hinc deducit. Denotari eo putat intestinam succi vegetabilis fermentationem, supertemumque germinatum, & sic ad hiberi Job. VIII, 12. item Cant. VI, 10.

Geminatis subnectit aucta, & primo quidem aucta ab initio. Comparat hic radix **אֲבִיב**, quæ semel tantum, videlicet Psal. CXIX. 17,

occurrit, & per *voluit*, *desideravit*, *concupiuit* &c. verti solet; plane ad hypothefin Auctoris. Significatione enim characteristica רָם ad animum iterum translata, vox hæc denotabit intestinum animi quasi fermentantis & continere se nefciii æstum. Altera radix, quam huc refert, est כָּנַב. Qua juxta Auctorem denotatur *incurvatio vel curvando facta depressio omnium extensionum vel corporis alicujus se expandentis*. Caph enim curvaminis notam esse: כָּנַב autem corporis capedinem suam expandentis indicem. Significationem hanc ipso usu verbi, sive per *dolore afficere*, sive per *vulnerare*, sive alia ratione vertatur, comprobari autumat. Eandem significationem quoque militare in nomine כָּנַב quod afflictionem denotare ajunt. Adducitur quoque hic a Nostro radix inusitata לָנַב, unde vocem obscuram תֵּל־אוֹבֵת quæ Hof. XIII, 6. legitur, deducere solent. Cui quidem voci, utpote ex תֵּל & נַב compositæ, Auctor descriptionem regionis montosæ inesse putat, in qua scilicet capedines & corpulentia multæ collium montiumque se invicem subsequuntur. Ultima radix, quæ hic locum invenit, est תָּנַב quam in prima conjugatione *desideravit*, in secunda vero *aversatus*, *abominatus est*, notare hæc tunc dixerunt. Auctori autem radix ista *intestinas animi intra se commoti agitationes*, sive *amori* illæ fuerint, sive *odii*, denotat, & quidem cum aliqua *consecutione* vel *sequela morum* illorum se mutuo insequentium. Hinc quando cum ל vel לָנַב constituitur, tunc utique affectum animi ad, vel adversus rem, adeoque objecti appetitivum, vi particulæ subsequenter importare. Quando autem constructio illa objecti affectiva abest, verbum hoc nihil aliud notare, quam *internos*, *seque mutuo insequentes animi perturbati agitationes super re aliqua*, quæ si objectum affectus hujus molestum fuerit, *odiosa* vel *aversativa* erunt, *appetitiva* tamen, si de re grata sermo fuerit. Hinc & nomen תָּנַבָּה per affectum vel intestinum animi intra se commoti æstum, ad varia objecta applicabilem recte verti. In medio auctam radicem unicam affert אֵיב in qua characteris significationem itidem ad animi affectus translata monet. Denotari enim hac radice, *animum hostilem magno æstu intra se concitum, ebullientem quasi præ odio, atque in vindictam totis viribus despumantem*. In fine autem aucta radix occurrit אָבָה, quæ per *voluit*, *concupiuit*, verti solet.

De-

Derivari hinc nomen נָבֵן solet, quod Job. IX, 26 occurrit, & diversimode ab interpretibus, observante Auctore, redditur. Neque ipse certi quid definire audeat. Putat tamen dari posse radicem ab initio auctam, ex caractere נָב, *vacui & imanitatis* notam, ut adeo naves נָבֵן sint *naves vacuitatis* sive *inanes*. Sed cum constans traditio sit, de fluvio quodam rapidissimo נָבֵן dicto, tutissimum esse putat, huic inhærere & pro nomine hanc vocem proprio habere.

A simplicibus tandem progreditur ad composita. Comparet hic vox נָבֵן quam ex נָב *interni animi male affecti aestus atque agitationis* nota, & פֶּן *pressionis vel nisus propulsi & amolientis* signo, compositam esse putat, ut adeo denotet hominem animo intra se afflicto & in molestias propulsandas vel amolendas nitentem. Hinc descendit vox נָבֵן נָבֵן qua juxta Auctorem *status vel afflictio* miserii illius hominis modo descripti, indicatur.

Agmen claudunt mixta. Hic occurrit vox נָבֵן quam *aestum agitationemque internam animi ob rem desideratam anxie intra se affecti* denotare, Auctor principiis suis insistens, demonstrat. Præterea ad hanc classem refert vocem נָבֵן נָבֵן quæ Num. XI, 15. legitur. Repetit hic, quod jam in Genesi L. S. dixerat, circa rei exoticæ appellationem nihil præter conjecturas, easque valde lubricas afferri posse. Interm eam compositam esse arbitratur ex נָב *corpulentia vel capedinis conjunctaque, intra quam aliquid agitur*, nota, & נָב *corpulentia recurva vel capedinis arcuata* indice, & tandem ex נָב *arcuata combinationis, vel per arcum, anfractusque recurvos facta affixionis* cujuscunque symbolo. Quæ omnia in pepones sive cucurbitas omnium optime quadrare, concludit. Sed hæc sufficiant ad institutum Auctoris declarandum. In ceteris enim characteribus eadem plane ratione procedit.

Der gnädige und gerechte Wille Gottes etc.
hoc est,

TABULA TESTAMENTARIA HUMANO-DIVINA, SIVE HARMONIA Juris Humani & Divini in pacto ultimarum voluntatum inter extraneos, deducta a CASPARE EXNERO, verbi divini Ministro in Lusatia Superiori.

Lipsiæ & Francofurti, apud Jo. Willifch, 1697. in 4. Alphab. 3. plag. 15.

U T Politicis etiam, ac us, qui Juridica studia sectantur, articulorum fidei

fidei notitiam paulo accuratiorē penitiorēque, modo ad ipsorum palatum quam accommodatissimo, instillaret Reverendus hujus libri Auctor, consultum ipsi visum fuit, universum Systema Theologicum sub schemate terminorum in doctrina de Testamentis seu ultimis hominum voluntatibus in istorum libris frequenter obviorem exhibere, multum approbante institutum hoc in addita præfatione peculiari maxime reverendo D. Alberti nostro, qui, quantum commodi apud Politicos habeat hæc docendi methodus, ex usu libelli, quam sub titulo *Interesse Religionum* olim vulgavit, (confer Acta nostra A. 1682. p. 47. seq.) se satis perspexisse innuit. Præfens vero labor ita succedit, ut post indicata ea, quæ ad Testamenti definitionem pariter ac variam divisionem faciunt, ostendat Auctor, ubinam verba Testamenti hujus sacri contineantur, in *Scripturæ* nempe, quam ex instituto, ut solent alias Theologi in hoc articulo versantes, delineatam dat. Testatoris ubi meminit, articulum de *Deo* pertractat. Hæredes hinc considerat, ad quos devolvi possint bona, dumque uti neminem peccatorum, ita nec scortatores aut libidinosos alios ab hæreditate, si poenitentiam egerint, exclusos ait, hoc in loco statim ansam arripit inferendi locum de *Conjugio*. Tres autem status circa capacitatem in hærede observandos sistit, statum institutionis, ubi de *Imagine Dei*; destitutionis, ubi de *Peccato* in genere, & speciatim de peccato originali ac ejus imputatione; restitutionis, ubi de *ordine salutis nostræ* deque *Gratia Dei sufficiente & abundante* disserit. Ad testes Testamentarios delatus, inter hos *Ecclesiam* quoque nominat, cumque testari nonnunquam idem sit ac a præcone pronunciari, idcirco locum de *Ministerio Ecclesiastico* heic excutit, cui doctrinam de *Clave solvente & ligante* adjungit. Causam moventem internam apud quemvis Testatorem benignam esse ipsius voluntatem monstrat, ac proinde de *Voluntate Dei homines salvandi* agit, Testamenta vim legum obtinere ubi monuit, mox de *Lege Dei* tum generatim, tum sigillatim de naturali, morali, ceremoniali & forensi disserit. Inter cognata & adjuncta Testamentorum primo loco examinandam sumit Legitimam, eamque trahit ad *Gratiam Dei universalem*; dehinc Præcipuum sive Prælegatum adducit, & exinde ansam capit celebrandi *Gratiam Dei specialem*, quæ in actionibus ad nostram salutem attinentibus

nentibus se exerit. Legatum, fideicommissum, sive hæreditatem fideicommissariam applicat ad *Dona tum administrantia, tum sanctificantia*, Christo, ut ea inter homines distribueret, concredita. Executores Testamenti vocat *Angelos & Magistratum Politicum*, deque hoc non minus ac de illis fufè commentatur. Inter conditiones Testamentarias primum agit de *Pœnitentia*, mox de *Fide*, porro de *Crace & calamitate*, de *Oratione*, de *Unione cum Christo*, ac de *Perseverantia finali*. Subscriptionem, sigilla, & recognitionem Testamenti ita ad suam allegoriam profèquendam huc allegat, ut sub isto involucro doctrinam de *Sacramentis* qua veteris qua novi fœderis insinuet. Nec contrariorum & cum Testamento pugnantium obliviscitur, qualia præteritio, cujus occasione in *Reprobationem negativam, seu non-electionem* Reformatorum inquiri; exhæredatio, cum qua justam *damnatorum rejectionem* comparat, ejusque causam *incredulitatem finalem* esse innuit. Infirmationem in Testamento divino nullum habere locum agnoscit; de querela tamen, quam vocant, inofficiosi Testamenti, ex parte damnatorum ex Sap. V. quid sentiendum sit, explanat. Quibus ita expositis, mox tria tempora circa Testamentum hoc consideranda esse ait, tempus nimirum Testamenti constituti, mortis testatoris, & quando aditur hæreditas. Ad primum tempus refert opera tum antefecularia, atque huc doctrinam de *Prædestinatione*; tum secularia, atque huc articulum de *Creatione*, deque *Statu Angelorum partim bonorum, partim malorum*, de *Anima* quoque *hominis ejusque corpore*; articulum item de *Providentia*, cui disquisitionem de *termino vita*, de τὸν Θεῶν, de *fato*, de *omnibus, signis, indiciis, conjecturis, instinctu, fortuna, casu, sortilegio* subnectit. Hæredes cum ad cernendam hæreditatem invitare fas sit, *Vocationem* ad gratiam & gloriam heic uberius describit. De facultate peregrinum ad hæreditatem adeundam habilem efficiendi & substituendi, penes testatorem reperiunda ubi loquitur, de *Conversione* hominis doctrinam inserit, & ab ea ad *Justificationis* atque *Renovationis* contemplationem progreditur, simulque ob materiarum convenientiam de *boni renatorum Operibus* (inter quæ præcipuum quoque sit *scandali* evitatio,) sua meletemata exhibet. Tempus mortis testatoris ad mortem Christi trahit, quæ cum ipsius *Incarnationem* præsupponat, de hac

non minus ac aliis ad *Christologiam* universam pertinentibus plene atque accurate suos edocet. Ad tempus denique, quando aditur hæreditas, delatus, quatuor Novissima introducit, *Mortem* putam naturalem, *extremum Judicium*, *Vitam æternam*, & *infernales Cruciatu*. Mortem tamen excipit *Resurrectio*, & cum judicio extremo conjungitur *Anti-Christi* proluxe simul heic descriptio deletio, *Scenique tandem consummatio*.

OPUSCULES POSTHUMES &c. i. e.

OPUSCULA POSTHUMA MENJOTI, CONSILIARII ET MEDICI ordinarii regii Parisiensis.

Amstelodami apud Henr. Desbordes, 1697. in 4. Alph. 2. plag. 10.

Auctor libri hujus, quem non postremo inter Medicos ponendum loco postulat Editor, varia de diversis rebus chartæ inscripta ad amicum in Belgium misit, ut illa typis describi curaret. Mortuus vero ante Auctor, quam liber lucem videre posset, fatoque hinc prohibitus fuit, quo minus conata sua in effectum deduceret. Amicus interim, cui rem omnem commiserat, illa cum Nostro sepulta noluit, sed officio atque amori, quo in eum ferebatur, satisfactorius, excudi jussit, tituloque *Opusculorum posthumorum* insignivit. Ordine, quem Auctor, antequam fatis concessit, præscripserat, servato, Editor opuscula exhibet in duas divisa partes, quarum altera res physica & medica illustratur, altera examinantur res ad sacra & religionem spectantes. Quædam speciminis loco delibabimus. Inter alia in lactis materiam studiose inquirat, num sanguis, an chylus pro ea haberi debeat. Veteribus assensum suum, qui sanguinem materiam lactis crediderunt, præbere haud dubitat, quod mammis adductus intra harum glandulas secernatur, & in earum alveos lactiferos deponatur. Confirmatur in hoc, quod nutrices Parisienses testentur, tantam fere lactis copiam, quæ respondeat solenni fluxui menstruo, e mammis exprimi; imo nullo mensium fluxu nisi rarissime vexari foeminas, quam diu operam dant infanti lactando. Rationes, quæ contrariæ opinioni magis favent, adducit, debilitatisque convincit. Literis porro ad Dn. Puerari exaratis significat, theses, quas ipse de elementis ediderat, sibi multum præbuisse gaudii, quod sententiam Cartesii, quam alii mordicus

cus defendere, alii nimium averfari ftudeant, terfe nitideque explicarent; in eo facile ipfi adftipulans, Philofophiam Cartefianam, fatis ingeniofam videri, cum veritate vero nullo modo congruere. Dolet bona fide Nofter, plurimos, fcriptis Cartefii ante perlectis, quam iudicium cum ætate accessiffet, fibi ipsis imponere; hinc contemptui habendo negligendoque veteres, ex quibus tamen vera Solidaque Scientiæ fundamenta hauriantur. In Epiftola denique plane diverfa & ad alium fcripta, omnia illa, quæ de indivifibilitate materiæ, vacuo, lumine Solis, & beftiis fenfuum expertibus, a Cartefio hætenus ostenfa ingeniofe funt, vanis fuperftructa rationibus, falſitatis arguere haud ambigit. Etenim falſo principio inaxum, quod quantum nequeat conſiſtere ex non quantis, ac omne quantum fit extenſum atque idcirco ſemper diviſibile, in errorem lapſam fuiſſe, ut ſibi perſuaderet, materiam in infinitum diviſibilem eſſe, haud miratur. Interim principium diviſibilitatis hæud extenſionem ſtatui poſſe, ſed juxta poſitionem plurium partium declarat, ex quibus conflatum corpus in partes iterum, quibus ſuam originem debet, facile poſſit dirimi; concludens, atomos Democriti, quod omnis compoſitionis expertes ſint, non poſſe naturali modo ſecari. Cum de vacuo quæritur, eſi largiri velit Cartefianis, particulas materiæ ſubtilis dividi poſſe in infinitum, rapidoque ac ſempiterno agitari motu; necdum tamen adduci poteſt Nofter, quin perſuaſum habeat particulas non poſſe non diverſimode eſſe figuratas, adeoque poſt earum commixtionem ſpatiola inter eas vacua relinqui. Quæ de lumine Solis habent, quod eo demum tempore, quo anima noſtra ſentit globulorum aeris compreſſionem, ab impulſu ſubtilis materiæ Solem conſtituentis natam, lumen jure appellari poſſit, pernegat Nofter, monſtrando, quæ hinc ſequatur, poſitionem incongruam, quod lumen ante creatum hominem non fuiſſet; quam S. Scripturæ verbis e diametro contrariari, nemo non facile conſpicit. Denique animalia brutâ puras dici poſſe machinas ſenſibusque deſtitui negat, cum & iis organa ſenſuum, oculi, aures, nares &c. a Deo conceſſa non alium in finem fuerint, quam ut beneficio illorum anima corporea ſentiret.

Alteram partem hujus Collectionis quod attinet, ea quæ ad fidem & religionem, controverſiasque imprimis pertinent, Opuscula

- illa complectitur. In quibus utut exquisitum illud, quo Theologi in hujusmodi argumentis versari solent, studium desiderari, facile largiamur; haud pauca tamen in iis deprehendimus, quæ & prodesse & delectare, & ut melius quam de plerorumque Medicorum religione, vulgus solet, de Auctoris pietate feramus iudicium, persuadere queant.
- P. 212. Digna inter alia eo sunt illa, quibus *Ludovicum Molineum* Londinensem Medicum, qui in *Paranesi* sua perquam absonam de excommunicatione ecclesiastica proponere ausus fuerat sententiam, ad meliorem viam reducere conatus est. Ejus nimirum exercitium Pastoribus Ecclesiæ, quorum scilicet officium sola verbi prædicatione & administratione sacramentorum absolvatur, ille abjudicaverat. Cum autem periculo non careat, impœnitentes infamium flagitiorum reos in Ecclesiæ communione retineri, Principum vel constitutorum ab iis Magistratuum esse voluerat, excommunicationis vibrare fulmina. Verum hanc sententiam variis argumentis parum tutam Menjotus noster esse evincens, eam potius tuetur, quæ maximi nominis Reformatæ Ecclesiæ Doctoribus sese probavit, toti fidelium particularis cujusque Ecclesiæ corpori potestatem illam reservari cupiens. Ministrorum Ecclesiæ vocandorum jus ad totam Ecclesiam, non ad *presbiteres* sive Seniores aut Consistoria tantum pertinere, occasione controversiarum quarundam ea de re in Ecclesia Protestantium apud Parisios ortarum, & Scripturæ autoritate, & constanti Ecclesiarum Reformatarum in cæteris Galliæ partibus praxi, & præstantissimorum Doctorum consensu, imo & antiquioris Ecclesiæ exemplo assertum ivit.
- P. 260. Atque ut certior huic sententiæ constaret veritas, argumenta quoque solícite confutavit, quibus nitebantur ii, quorum animos contraria occupaverat opinio. Ex iis primum, ejusque solutionem attingere, abs re non judicavimus, eo quod doceat nos nonnulla non adeo forsitan omnibus nota. Scilicet superiori seculo condemnatam jam esse *Menjoti* nostri sententiam in *Morellio* quodam, adversæ partis patroni objecerant, cujus librum de *Disciplina Ecclesiastica* sub examen non tantum dissimulato nomine *Th. Beza*, in libro cui titulum fecerat *Confirmatio Disciplina Ecclesiastica Ecclesiarum Reformatarum in Gallia* revocaverit, sed gravi etiam censura notaverit Synodus nationalis anno superioris seculi 62 Aureliis celebrata: quæ etiam à sacra Cœna *Morellium* ob librum istum abstinere jussit. Quod
utut

ut ut ob errores Anabaptisticæ confusio, & Independentismo fa-
 ventes potissimum factum esse Noster observet; negare tamen non
 potest, hanc ipsam quoque, quam nunc tuetur, in eo sententiam ex-
 presse condemnatam fuisse. Verum in ista reformationis infantia,
 tyrannici spiritus reliquias in Doctoribus Reformatis agnoscere,
 non veretur: nisi potius Synodi decretum ob certas temporum
 circumstantias sancitum, Hierosolymitani Concilii decretis quibus-
 dam (Act. XV, 20.) sit comparandum. Et hoc quidem eo magis
 probabile ei videtur, quod illo jam tempore maximi Doctores, &
 ipse etiam *Calvinus*, non Synodi illius sententiam, sed eam quam
 ipse defendendam susceperit, defenderint: unde & nullo idoneo ar-
 gumento *Beza* adscribi librum contra *Morellum* publicatum statuit.
 Quod Petrum armata manu iis, qui, ut Christum caperent, ablega-
 ti fuerant, resistere parantem, non prævenit severa admonitione
 Salvator, ideo factum esse statuit alicubi celebris Reformatæ Eccle-
 siæ Doctor *Jurius*, ut licitum esse ostenderet, arma contra magistra-
 tum pro Christo & religione arripere. *Meldensis* contra *Episcopi*
 sententia est, propterea id factum esse, ut nasceretur hostibus Christi
 occasio, eum tanquam criminis læsæ majestatis reum *inter maleficos*
 secundum Prophetæ effatum *referendi*. Utamque sententiam tan-
 quam periculosam & circumstantiis Evangelicæ historiæ parum
 congruam *Menjotus* confutat, nullam aliam causam, quam ut locus
 esset miraculo in *Malcho* patrandò, subesse persuasum habens. Si-
 lentio plane prætereundæ non sunt observationes ad Commentari-
 um ejusdem *Meldensis Episcopi* in Apocalypsin S. Johannis, quas in-
 ter præcipua dubio procul illa est, qua confutat sententiam ejus de
 ruina Babylonis, utpote cui maximam partem superstructa est to-
 ta libri illius a *Præsule Meldensi* instituta explicatio. Per eam scili-
 cet nihil aliud, quam Romanæ urbis evastationem ab *Alarico* factam
 intelligendam esse ille statuit. Sed eam sententiam duobus
 potissimum argumentis Noster refellit, quorum primum est, quod
 Gentilismo eo tempore Roma addicta amplius non fuerit, adeoque
 nec Babylon exstiterit: alterum, quod destructa penitus non fuerit,
 id quod Babyloni tamen eventurum esse, Apocalypsis aperte teste-
 tur. Agmen inter hæc opuscula claudit formula abjuratæ reli-
 gionis Protestantium, ex *Episcopi Meldensis Doctrina Ecclesie Catho-
 lica*

p. 272.

p. 280.

p. 417.

- ca consignata, cujus nullus alius est finis quam ostendere, talem ab eo representari Ecclesie Romanae fidem, qualem nemo alius unquam illius Ecclesie Doctor agnoverit; verumque adeo de eo libro Archi-Episcopi Parisiensis Doctorumque Sorbonae & aliorum iudicium fuisse, qui ita a *Meldensi Praesule* proponi censuerint Romanae Ecclesiae doctrinam, ac si pueret illum Catholicae fidei nude & sincere ob oculos positae. Antequam autem finem de posthumis huius *Menjoti* opusculis loquendi faciamus, non possumus non monere oppido, multa in iis etiam haberi ad Virorum illustrium operumque eorum cognitionem pertinentia. Huc referas licet *Huetii* querelas in Epistola ad *Menjotum* effusas, quibus fratrum ignorantiae quorundam prosequitur iudicium quod de elegantissimo ejus libro, quo *Concordiam Rationis & Fidei* docuit, tulerant, religionem Christianam cum Gentilium fabulis ab eo contendi acriter reprehendentes. Eundem *Huetium* ut de concordia inter Protestantes & Pontificios ineunda aliquid commentari aggredere-tur, *Menjotus* monuerat, atque idem alios maximi nominis inter Protestantes, exteros potissimum, ab eo exegisse, ex responsoriis *Huetii* litteris patet, qui successu non destitutum iri tale opus inter Protestantes, polliciti fuerint. Verum non audere se tali operi adin-vere manum ait, quod Romanensium Doctorum animos ita sciat esse comparatos, ut de concordia ineunda spei admodum exiguae locum relinquere videantur. De *Edmundi Albertini de Sacramento Eucharistiae* opere, mirabilis *Pellissonii* iudicii hic quoque memi-nisse, abs re forsitan haud fuerit; scilicet ei se unice debere, non *Bellarmini* aut *Perronii* scriptis, quod Ecclesiae Romanae no-men dederit. Verum cum *Pellissonius* modum, quo armis *Albertini* contra Protestantes utiliceat, edocere ausus non fuerit, & liber etiam ille integris septem ante *Pellissonii* ab Ecclesia Re-formata discessum lustris in lucem editus, sero adeo & non antea, id in eo effecerit, merito *Menjotus* epigramma suam illo Satyrici ex-pressisse videtur: *credas Judaeus Apella, non ego*. Colophonis de-nique loco addere liceat, quae de *Iusti Lipsii* morte & ultimis ver-bis refert. Scilicet eum, cum fato suo vicinus jam esset, iussisse, ait, ut toga, qua in morbo utebatur, epellibus mustelinis confecta, sibi detraheretur, & ad quandam B. Virginis deferretur imaginem, devoti
- p. 299.
- p. 301.
- p. 360.

devoti in eam animi tessera : quam etiam, utut necessariam valde agrotō & indigo redderet maxime tum saviētis hyemis tempestas, lacti acceperint imaginis illius custodes sacrificuli, B. Matris favorem illius nomine pro gratissimo dono ei polliciti. Quo ille mirum in modum recreatus, paulo post verba illa, *nunc dimittis serum tuum DOMINA*, pariter ac animam exspiraverit.

MARTINI LISTER CONCHYLIORUM BIVALVIUM UTRIUSQUE Aqua Exercitatio Anatomica Tertia. Huic accedit Dissertatio Medicinalis de Calculo Humano.

Londini, sumptibus Autoris, A. 1696. in 4.
Constat plag. 30. & Fig. xii. Tab. 9.

Quamvis nobilissimus Autor in *Historia Conchyliorum* a nobis in *Supplem. Tom. 2. Sect. 5. p. 248.* commemorata, primum Cochleas terrestres, hinc Testacea fluviatilia, tum Bivalvia marina, ac denique Buccina marina, delineari curaverit; pro Anatomia tamen eorundem curiosius evolventa, postquam hactenus in *Exercitatione prima* A. 1695. mense Jul. p. 316 recensita de terrestribus Cochleis, in *altera* vero *Supplem. Tom. 3. Sect. 2. p. 85.* exhibita de Buccinis fluviatilibus pariter atque marinis egit, Bivalvia Conchylia utriusque aquæ in *Exercitatione ultima*, quæ hic sistitur, exacte voluit designare, quod in talibus alius partium ordo aliaque viscerum scena exhiberi videretur. Scilicet ex Bivalvibus fluviatilibus *Musculorum* nonnullorum, ex marinis autem *Pectunculi striati vulgaris*, *Tellina*, *Chama*, *Myculi*, *Ostrea*, *Pholadii*, *Concha anatifera*, & *Balani* dissectionem Autor celeberrimus tradens, in *Musculis*, præter duplex ligamentorum sive musculorum par, ad testarum aperturam & clausuram faciens atque margaritas involvens, itemque membranas quasdam externas, molles admodum laxesque, totum fere animal investientes ac utriusque valvæ intrinsecus adnæscētes, talem partium seriem annotat, ut pes carinatus omnium sit extimus in mediis branchiis eminent, hunc autem venter excipiat, in quo tamen os, meconiumque supremam ejus partem, infimam autem ovarium & genitalia occupent, ast retro ad cardinem maxime vitalia instrumenta in tuto latent, hepâr nempe præcordiale & cor ipsum, pericardio hærens apiceque caput animalis sursum spectans, adeoque natu-

ræ ordo in ejusmodi animalibus, dudum observante *Aristotele*, inversus quodammodo habeatur. Quod Bivalvium autem marinarum anatomen concernit, in *Pectunculo* pariter *striato vulgari* pedem vomere quasi instructum, duo ligamentorum sive musculorum paria testas aperientia & claudentia, membranas extimas tota viscera & branchias involventes ac in crassiorem seu musculosam simbriam desinentes, tracheas duas in ima simbriæ istius parte positas & quatuor branchiis interioribus continuatas, aquam alte ejaculari valentes, os cum duabus auriculis, stomachum, intestina, meconium, atque sub hoc stylum quendam teretem & crystallinum, generationis denique instrumenta in ventre, ac in dorso pericardium cum contento corde, fere circinato, describit. Saltem in *Tellina fasciata* peculiariter branchias dentibus sive radiis rarioribus & evidentibus admodum distinctas, ac in superiori pedis carinati, multum extensi, parte penis vestigium latescens, in *Chama* vero *fusca striis tenuissimis donata*, duas tracheas, aquæ itidem & aeris ejaculationi inservientes, ad digiti circiter longitudinem exeri posse, inque media pedis rectoris planta velut penem quendam exire, atque apicem cordis, ad medium deorsum inter duo ligamenta protensi & figura conica præditi, deorsum vergere, observat. Equidem *Mytuli* dissectionem cumprimis ab *Antonio de Heide* ac *Leeuwenhoekio*, *Ostreis* anatomen a *Willisio*, ac *Balani vulgaris* descriptionem a *Leeuwenhoekio* mutuo petit, circa *Ostreas* tamen & *Mytulos* alia quoque addit, ab Autoribus laudatis penitus neglecta. Sic cor *Mytuli*, de quo altum apud *Heide* silentium, pinnatum sive biventre indigitat, sub ipso cardine inter duo ligamenta ad dorsum, talj ratione extensum, ut altero sui extremo ad tubulum aereum, ubi in branchias dividitur, tendat, altero vero sursum ad caput & papaver procedat, dum pinnæ utrinque a latere suis membranis aliantur, totum autem pericardio, i. e. tenui membrana late & laxè diffusa pellucidaque continetur. In *Ostreis* vero, caput liberum obtinentibus, branchias veras a musculis circularibus sive extimis, branchiarum nomine itidem a *Willisio* insignitis, accurate distinguit, earumque usum æque ac in universis Bivalvibus triplicem exponit, quasi illæ non solum respirationi, sed & victui assumendo ac foeturae nutriendæ videantur litare, cum branchiæ in *Ostreis* pelagicis fe-

se albicent, in Ostreis autem cœno littorali virefcenti servatis ipsæ vire-
 scant, hinc subtiliorem feminis a maribus Ostrearum effusi partem
 excipiant, exceptamque ad ova, branchiis adposita & imprægnanda,
 deferant. Ostreis quippe, Pectunculis & Musculis fluviatilibus distin-
 ctum attribuit sexum, Musculos autem marinos seu Mytulos an-
 drogynos suspicatur. Verum *Pholadû alte striata* sectionem por-
 ro suscipiens, testas hujus non tres, sicut olim, sed quinque po-
 tius enumerat, quarum duæ potiores & majusculæ laterales perin-
 de ac in cæteris biforbibus existant, duæ autem minutæ, dorsales,
 latiusculæ, contrario situ positæ, ac quinta denique augustæ & lon-
 gissima infra cardinem protendatur. Quibus testis asperitatem mi-
 randam vel ideo reputat convenientem, ut veluti lima quadam sa-
 xa perterebrare, cavernulasque in iis pro ratione incrementi sui am-
 pliari & dilatare queant; prout virtutis hujus roborandæ gratia, huic
 animalium generi, præter ligamenta duplicia musculoza, cum reli-
 quis Bivalvibus communia, testaceæ quoque apophyses quædam,
 longiusculæ & cavæ sint concessæ, costarum instar ad cardinem in-
 tus dispositæ, ac testis validius circumagendis perquam accommo-
 datæ. Inter alias partes ab inferiori testarum extremitate ingentem
 a Pholade exeri tubum trachealem, ipsa cœncha multo longiorem,
 crassum admodum & tantum non cartilagosum juxtaque apicem
 bifidum commemorat, cor autem tanquam e vesiculis conflatum
 & intestino recto stabilimenti loco firmiter adaptatum comparere.
Concharum denique *Anatiferarum* testas & numero & dispositione
 cum Pholadum eadem subinnuens, de cirris istis, qui solent exeri,
 nihil certi determinat, pro pede autem in iis pediculum quendam
 mirabilem e duplici membrana contextum, totaque viscera purpu-
 rea, si meconium ex purpura nigricans & generationis organa al-
 bicantia, ex divaricatione consueta facile dignoscenda excipias,
 ostendit.

De cætero quemadmodum sectionibus Conchyliorum Bival-
 vium hæctenus lustratis *Auclarii* vice nonnulla præmittit, non mo-
 do Exercitationes duas priores de Cochlea terrestri, fluviatili, ac Lo-
 liginis Anatome, verum hanc ipsam quoque Exercitationem tertiam
 quoad Pectines & Mytulos concernentia: ita *Coronidis* loco ali-
 quot Dispensationum capita circa partes enarratas suborta, v.g. de

Automatis sive sponte ortis, de Testis Conchyliorum, Margaritis ac Calce & Sale testarum crematarum, de Aquis quibusdam medicatis Anglicanis, de Nitro Veterum, de Tincal sive Bofrace, de Pulverum testaceorum usu medico, de Petrificatione, &c. subjicit. Primo nempe Bivalvia non minus, quam reliqua insecta, Automatum seu sponte ortorum numero eximit; quod sexus discrimen in iisdem, falso ab Aristotele & Galeno negatum, ad oculum valeat monstrari, ac animalia convenientius a Poetis, quam a Philosophis fingantur Automata, licet de modo & tempore coeundi nihil adhuc certi constet; prout nec ratio generationis in universum omnis pateat, nondumquæ satis intelligatur, quid vel mas ipse in generatione efficiat. *Leuwenboekio* namque & aliis, qui à vermiculis, femini masculinò innatantibus, solum generationis cum effectum materiam hodie deducunt, plura adhuc problemata enodanda superesse, v. g. cur ova foeminis dentur? cur a galli femine, animalculis destituta, multa ova uno congressu foecundentur? cur insectorum plerorumque ova ipso coitu adulta sint & partui apta? imo cum in aliquibus nulla coitio requiratur ad ova foecundanda, sed tantum feminis adpersio, an sic animalculis commodior sit ingressus in ova duriuscula? cur animalcula in ovis nullibi, ne puncto quidem vitelli, reperiantur? cur in uniparis & pauciparis animalibus æque numerosa existant ista animalcula in semine masculinò, ac in multiparis? quorsum hæc perditio? &c. Vermiculos autem in semine masculinò microscopii adjumento detectos, animalcula sui generis videri, in humore feminali, utpote multum diuque accumulati solito, copiosissime ideo forsitan prognata, ut animantes partim ad coitum ardentius excitarent, partim tenuissimos ductus seminales, quos in concubitu transeunt, confertim titillando majore voluptate perfunderent, quoniam pereunte coeundi voluptate aut femine involuntarie absque titillatione effluente, v. g. in gonorrhœa virulenta, ejusmodi etiam animalculorum proventus cessat. Hinc ad Conchyliorum testas atque margaritas accedens, fabricam illarum a *Stenone* & *Leuwenboekio* exhibitam approbat, saltem materiam earundem duplicem, i. e. e succo vitali & lapideo permixtam ac plurimis membranis lamellatim dispositis inclusam statuminat; hæc vero sive margaritas, in senescentibus tantum aut alias morbidis conchyliis

circa

circum capita musculorum valvas claudentium provenientes, sola figura a testis ipsis discrepare, cum *Stenone* iidem asserit, rationem cum primis a coloris utrobique identitate desumens, ac Medicos idcirco redarguens, qui pulverem testarum margaritis substituere videntur. Sed cum testæ crudæ lapidis quandam naturam referre, merito visæ fuerint veteribus, earundem porro cum lapide convenientiam, tum e calce præstantissima, quæ e conchyliis combustis paratur, quam e sale, cum lapidis calcarii sale prorsus coincidente, explanat, simulque lapidis & salis calcarii in aquis medicatis existentiam, in *Tractatu de Fontibus Angliæ medicatis* propugnatam, novis experimentis confirmat. Imo quia Nitrum veterum, a Sale Petræ hodierno omnino diversum, duplicis generis a *Plinio* recensetur, urinosum alterum & in aere facile resolubile, alterum lapideum, amarulentum & candidum, hoc ultimum Sali calcario annumerat, figuram novi cujusdam Salis fossilis viscosi, Tincal appellati, ac depurati Borracis Veneti nomine venientis designans, usumque pulverum testaceorum ad ventriculi concoctionem, sola attritione haud absolvendam, proficuum declarans. Ubi demum petrificationis rationem salibus appropriatis, cum convenientibus particulis lapideis commixtis, nec ab aqua amplius solvi aptis, adjudicavit, quæstionem in specie de Conchitis seu veris lapidibus ad imaginem concharum figuratis, an tales petrificationis vera sint soboles, ventilat. Exactiori tamen hujus solutione amicissimo suo *D. Floid* relicta, Testarum fossilium tria solum genera a *Stenone* in *Tr. de Solido intra Solidum*, minus accurate exponi notat, quod tertium genus incertum videatur, quartum vero quintumque addendum, umbræ putæ Conchyliorum sive simulacra horum Pyriti fissili aliquando impressa, atque Conchitz in hominis interdum visceribus ex multorum allegatorum Autorum observatione occurrentes, ab ipso prorsus negligantur. Ne quis autem dubitet, Conchitas in terra, saxi & ipsis animalium corporibus, sola materiz lapideæ coalitione, in morem crystallorum posse figurari, e multis lapidibus perpetuæ figuræ sponteque concretis, terrigenas illas Columnas sive Astroitas novæ figuræ, ad littus maris Scotici quæ cernuntur, ac in *Transactio-nib. Philos. Anglic. N. 212.* prolixius describuntur, paucis memorat. Tandem in *Medicinali* quoque *Dissertatione* ob affinitatem,

quæ *Calculo* cum testis Conchyliorum intercedit, annexa, generis Calculi, tanquam producti vere lapidosi, sali ac lapidi calcario, (in calculis crematis microscopio detectis) & interdum metallo ferreo, (magnetis ope ex ustis calculis coram Societate Regia extracto,) cum quibuslibet corporis humoribus, in plerisque viscerum ductibus excretoriis, maxime in renibus atque vesica, concretescentibus fert acceptam. Remedia calculum expellentia, postquam diagnosis hujus & prognosin cum indicationibus generalibus tradidit, itemque aliquot calculosorum curationes, & in sexagenario dissecto renem dextrum immensæ magnitudinis cancrorum, quinquaginta uacias adæquantem atque plurimos calculos exiguos continentem enarravit, ad quatuor revocat classes. In prima & præcipua ex insectis penem Testudinis viridis tostum, Margaritas, Conchyliorum testas, crudas pariter ac uistas, Millepedes, Scorpiones, Cantharides, Lumbricos terrestres, Cochiniam, Apes, Formicarum nascentium cineres, Sericum ejusque spiritum destillatum, apud Anglos nomine Guttarum Goddardianarum venientem &c. commendat. In altera autem ex animalibus ossa cremata in capite Tuberonis, Aselli piscis, similiumque, Tuñicas interiores ventriculi Gallinæ, sterlus hujus album ac cortices ovorum adustos; quemadmodum in tertia classe ex herbis diureticis Legumina, cum primis Ciceres rubros, item Terebinthinam, Balsamum Judaicum, Peruvianum, Copayvæ, Tartarum, Succum Limonum, Amygdalas amaras &c. extollit. In ultima denique classe ex mineralibus Corallium, Lapidem Judaicum, Nitrum veterum, Spiritus acidus Salis, Vitrioli &c. Sal Prunellæ, Mercurium dulcem & Aquas medicatas decantat; ab usu tamen Aquarum harum uberiori eos, qui tono renum & vesicæ labefactato, adeoque dispositione gaudent, qua ipsæ ejusmodi aquæ in calculum concretescant, sedulo jubet abstinere.

JUSTIFICATION DE LA DOCTRINE DU SIEUR ELIE SAURIN &c.

i. e.

VINDICIÆ DOCTRINÆ ELIÆ SAURINI; ECCLESIAE FLANDRO-GALLICÆ ULTRAJECTINÆ PASTORIS CONTRA DUOS PETRI JURII LIBELLOS.

Ultrajecti apud Ant. Schouten, 1697. 8. Alph. i. pl. 14.

Prodit denuo in aciem adversus Jurium Elias Saurinus, objecta sibi

sibi in duobus libellis discussurus. Cum autem Jurius id potissimum agat, ut Saurinum erroris profani in doctrina de S. S. Trinitate convineat, aut saltem in hoc capite eum suspectum reddat, hic quidem suarum partium esse arbitratus est, summa ope istam a se amoliri suspensionem. Hunc in finem suam de Trinitate sententiam in præfatione sua prolixè & perspicue edisserit, nec aliam menti suæ federe, quam ibidem eloquitur, sanctè testatur, eandemque contra infaustos Socini alumnos, eorumque frivolas cavillationes, pro viribus muhit.

Hiscè ita præmissis, pugnam cepessit. Duos autem Jurius contra Saurinum edidit libellos, quos hic sibi confutandos sumpsit. Uni titulus est: *Idée des Sentimens de Mr. Saurin sur les Mysteres de la Trinité & de l' Incarnation*; alteri: *La Religion du Latitudinaire*. Hunc mense Februario hujus anni jam exhibuimus: ille ad nos nondum pervenit. Interim Saurinus testatur, & ejus quoque responsio docet, brevius solum & velut in summa quadam in eo tractari, quæ in altera commentatione fufius deducuntur.

Primum principium, ut vocat, hæreticum, cui Saurini Theologia inniti Jurius contendit, hoc est, quod universalis Ecclesiæ testimonium parum curet, istudque infringat, insuper habita regula Vincentii Lerinensis, qua istud verum esse pronunciat, quod omnes Christiani, præsertim omnes Ecclesiæ Doctores, ubique & semper verum esse crediderunt. Regerit ad hoc Saurinus, se omnino docuisse, regulam Vincentii triplicem admittere sensum: in primo & secundo eandem veram quidem, sed nullius usus esse, cum talis consensus, cui tuto inniti queamus, haberi non possit: in tertio eandem quidem locum habere posse, minus recte autem pro fidei quodam principio venditari; cum consensus plurium aut plerorumque Christianorum, præsertim Ecclesiæ Doctorum, magnum quidem momentum habeat, nequiquam autem instar demonstrationis sit, aut principii recte sustineat vicem. Negat itaque, mentem suam a Juriò recte referri, quando dixit, Saurinum negare verum esse, quod omnes Christiani, omnesque Ecclesiæ Doctores semper & ubique docuerunt: nunquam enim sibi hoc venisse in mentem. Id quidem se docuisse, talem consensum universalem omnium Christianorum haberi non posse: quod si autem haberi possit, omnino

Part. I.
n. I.

istud, in quo consentiunt, pro vero agnoscere se profitetur. Ut autem demonstraret Saurinus, frustra ad talem consensum provocari, Patres minime errorum esse immunes dixerat: hinc nova Jurio enata accusatio. Sed nihil se de Patribus effatum esse, quod non Dalaëus & Claudius docuerint, Saurinus asserit; simul tamen addit, si quis conculcata Patrum auctoritatis reus peragi possit, cum Jurium esse, qui illis pro lubitu gravissimos turpissimosque, in rebus maxime arduis, ipsaque doctrina de Trinitate, æqualitate personarum Divinarum, immutabilitate Dei &c. imputet errores. Cum primis de Patribus Ante-Nicænis Saurinus profitetur, eos a se pro orthodoxis haberi: tantum vero abesse, ut Sabellianismi eos accusaverit (ut quidem Jurius contendit,) ut potius existimet nonnullos, studio evitandi Sabellii errorem, ultra quam decet in contrariam partem provectoros esse, & ad Arrianismum proxime accessisse. Sed quod ad eos attinet, qui post concilium Nicænum vixerunt, aut huic concilio interfuerunt, non abnuat, sua opinione a Tritheismi errore eos liberari non posse. Non quidem asserere audeat, hunc errorem illorum mentibus insedisse; sed tamen in eorum scriptis ejusmodi occurrere ait documenta & loquendi formulas, quæ eidem palam faveant. Quod ut evincat, negat de horum Doctorum sententia e Symbolo Nicæno judicandum esse, cum hoc satis accurate quidem & clare Arrianorum, quibus oppositum est, errorem, non autem Tritheismum rejiciat; sed ex eorum scriptis, præsertim quibus aliorum sententias impugnarunt, & suam adeo mentem fufius magisque perspicue explicarunt. Præterea satis notum esse putat, Doctores, qui concilii Nicæni auctoritatem admiserunt, unam essentiam in tribus hypostasibus, ut Græci loquuntur, aut unam essentiam & hypostasim in tribus personis, ut Latini dicere malebant, adorasse: per *ὑποστάσεις* autem sive essentiam eos intellexisse naturam, quæ ut species pluribus individuis inest; Græcos autem per *ὑπόστασις*, & Latinos voce personæ, naturam singularem sive individuum designasse; quod quidem illorum Tritheismum, judice Saurino, satis aperte arguit. Atque hæc ita se habere, quam plurimis ipsius Athanasii, Gregorii Nazianzeni, & Augustini testimoniis se probare posse profiteretur. Hæc pluribus exequitur, ut in ejusmodi scribendi genere fieri assolet; mox verba sua a Jurio non recte intellecta

lecta, aut allegata, eadem quandoque depravata conquiritur; mox suam sententiam rectam esse contendit, aut Jurium idem sentire probat; mox sequelarum nexum desiderat. Sic ex eo, quod asserit, & concessit, Patres Nicænos, & qui post concilium istud vixerunt, à Tritheismo prope abfuisse, negat sequi, quod Juritus inde colligit, doctrinam de Trinitate esse hæresim Tritheitarum: namque istos Ecclesiæ Doctores veram de Trinitate doctrinam tenuisse, id quidem esse, quod abnuat, iterum inculcat.

Alterum principium erroneum Saurini Jurius hoc esse contendit, quod terminos, qui in Scriptura non leguntur, ut *Trinitatis*, *persona*, *essentia*; *hypostases*; *unionis hypostatica* & *personalis*, *incarnationis*; *generationis* & *processionis* &c. rejiciat. Respondet Saurinus, se de voce *persona* similibusve ita sentire, eas non nisi per analogiam Deo a Theologis tribui, aut tribui posse. Hoc maxime verum esse de iis vocibus, quæ proprie acceptæ imperfectionem quandam involvunt, uti sunt generatio, spiratio, processio, circumincessio, quippe quæ motum, divisionem, aut tale quid, quod corporibus proprium est, & adeo de Deo non sine scelere cogitari potest, connotant. Notat hic velut in transitu Jurium, quod dixerit; creaturas esse emanationes essentia Divinæ, & ex ea egredi; id quod ex Spinozæ schola eum hausisse ait. De voce personæ porro docet, eam proprie nil aliud significare, quam naturam singularem, aut substantiam singularem intelligentem, completam, & quæ non est conjuncta cum alia substantia ad totum aliquod constituendum. Nec aliam fere ideam personæ Theologorum mentibus obversari; cum de Trinitate verba non faciunt, fidenter asserit. Nec aliud quid, eo judice; cogitarent, aut mente conciperent, ad hoc mysterium accedentes, nisi res ipsa significationem hujus termini mutare eos cogeret. Etenim si eodem modo tres in Divinitate personas admitterent, quo ceteroquin tres personas cogitant, non possent quoque non tres sibi fingere Deos. Evidenter itaque hinc sequi putat, vocem personæ per analogiam solum de personis Trinitatis adhiberi. Nimirum denotari ea aliquid reale fatetur, sed hoc quale sit, nec cognosci a quoquam, multo minus exacte verbis exprimi posse. Confirmat hanc suam sententiam autoritate Augustini, qui vocem personæ hic ideo adhiberi autumavit, non quod

n. II

rem

rem accurate exprimeret, sed ut haberemus tantum aliquid interrogati, quod diceremus. *Cum queritur, inquit, quid tres? magna profus inopia humanum laborat eloquium. Dicitum tamen est tres persona, non ut illud diceretur, sed ne taceretur.* Hinc nunc porro colligit, hancce similesque voces neutiquam plane rejiciendas esse, cum difficile sit, sine iis Scripturam sacram interpretari; sed quantum fieri potest, Scripturæ sacræ vocibus utendum esse: præterea, si qui forte sint, qui religioni sibi ducant, hisce vocibus istud mysterium exprimere, modo in re ipsa consentiant, neutiquam ideo dâmnandos, aut erroris arguendos esse. Atque hanc suam sententiam a Reformatæ Ecclesiæ Doctorum placitis non abire, ipsius Calvinii testimonio, quod affert, comprobare annititur. Tandem & istud addit, neutiquam se unquam negasse, voces *hypostaseos, incarnationis, generationis & processions*, in Scriptura S. inveniri, cum cœcum aut rationis expertem esse oporteat, si quis istud negare sustineat; sed cæteris terminis *ἀγράπτους* eousque se eos addidisse, ut ostenderet, eos quoque solum per analogiam Numini tribui posse. At voces *essentia & unitas essentia* omnino proprie Deo tribui fatetur, Juriumque, quod contrariam sententiam sibi affinxerit, parum cordate se gessisse, conqueritur. Tertium principium, quod in Theologia Saurini ut hæreticum Jurius redarguit, hoc est, quod in rebus fidei nihil nobis credendum sit, nisi quod rectæ rationi nostræ evidenter est conforme, & quod clare atque distincte a nobis est perceptum. Hic citra ambages Saurinus negat, hocce principium a se admitti, aut unquam admissum esse. Provocat ad scripta sua, in quibus non semel hunc errorem, nihil credendum esse, nisi quod clare & distincte percepimus, a se profligatum esse dicit: istud autem sæpius a se adstructum & solide confirmatum addit, in rebus fidei nihil credendum esse, nisi cujus per evidentiam revelationis convicti sumus. Atque hoc esse omnium Protestantium principium asserit.

n. III.

Hocce labore defunctus Saurinus, sequelas, quas hinc Jurius necit, adgreditur. Primo namque hinc infert, Saurinum in Antitrinitariorum militare castris, & doctrinam de Trinitate pro hæresi Tritheitarum habere. Quid ad hoc regerat Saurinus, divinatione haud difficulter assequi licet. Loca ex scriptis suis a Jurio
ut

ut hoc evinceret, adducta, perperam ab eodem allegata conqueritur. Theologos, qui satisfactionem Christi labefactant, a se pro amicis aut fratribus haberi, abnuunt: multo magis autem inficiatur, se idem sentire cum Auctore Relationis *de Tabula Socinianismi*. Præterea quando doceat, dogma de Trinitate minus evidens esse, hoc non de evidentia testimonii, sed de evidentia objecti, ut in scholis loqui amant, se intelligere testatur: sic & dum negaverit, Deum proprie generare &c. neutiquam hinc sequi putat, quod Jurius inde infert, ergo figurate generationem & similes actus Deo tribuunt. Se enim *Jo* proprie non opposuisse *Jō* figurate, sed *Jō* analogice. Tangit etiam quæstionem, quomodo essentia in divinis a personis & a personalitatibus, itemque personarum & personalitates a se invicem differant? commemoratisque Scholasticorum placitis, eam, cum defini non possit, rectius silentio involvi pronuntiat. Delabitur hinc iterum, vestigiis Jurii insistens, ad Patres, præsertim eos, qui post Concilium Nicænum vixerunt, horumque Tritheismum, interque multa alia, quæ de iis disputat, hoc quoque observat, in ipso Symbolo Nicæno nonnulla parum commode dicta occurrere, quale & illud esse putat, *Deus de Deo*; quippe qua formula, iudice ipso Calvino, aliquis, ut duos Deos cogitet, induci possit. Ultimo autem loco Jurius hoc attulerat, quod Saurinus imagines Trinitatis subinde afferri solitas rejecerit. Non profus eas se rejecisse ait, sed hoc solum docuisse, hinc nullum argumentum stringens, aut quod Trinitas personarum in Deo sit, aut quod esse possit, duci posse. Interim & aliis Theologis, quos inter maxime Hermannum Witsium laudat, hæc imagines non adeo placere, observat.

Incarnationem quoque Verbi Saurinum negare, Jurius autumat, Namque quod unionem, qua naturæ in Christo inter se colligatæ sunt, solum pro morali & *παρὰ τὸν* habeat, ex ipso Saurino se audivisse denuo testatur, idque jurejurando se confirmare posse, profiteretur. *Lis de facto est*, Asserit hoc Jurius; strenue negat Saurinus. Sed addit Jurius rationes, ex scriptis Saurini petitas, iis evicturus, non secus eum sentire. Primo ait, personam a Saurino & Cartesianis nihil aliud quam negationem haberi. Jam absonum esse, si quis dicat negationem carne vestitam. Sed hoc se asseruisse, inficias it Saurinus. Personalitatem in rebus creatis ne-

gationem unionis cum alia natura esse, concedit; at in divinis se-
cus se rem habere profiteretur. Pergit Iurius, Nestorium tamen a
Saurino pro orthodoxo, Cyrillum pro hæretico haberi. Largi-
tur hoc Saurinus. Etenim errorem Nestorianorum non esse im-
putandum aut ipsi Nestorio. Hunc quippe nihil aliud docuisse, quam
in Christo esse duas naturas & unam personam. Per malitiam au-
tem & ignorantiam, aliam sententiam Nestorio affectam esse. Cy-
rillum contra, revera Eutychnianorum sententiam fovisse. Hanc ita-
que damnando, neutiquam se orthodoxam sententiam damnare,
ait, quippe a qua Cyrillus fuerit alienus. Atque hoc ita se habe-
re, haud difficulter se probare posse contendit. Quod si Nestori-
us aliquando non satis accurate locutus fuerit, hoc non magis illi
vitio verti posse, quam Gregorio Nazianzeno, Chrysostomo, &
Augustino, qui iisdem sapius usi sunt formulis. De Cyrillo vero
rem dubio carere, cum semper unam solum naturam, & quidem
diserte & citra ambages, Christo tribuat.

Tandem & Pelagianismi Saurinum arguit Iurius. Nullo ju-
ste, inquit Saurinus. Verba quæ hunc in finem a Jurio adducta
sunt, nihil ejusmodi indicare, & præterea a Jurio mutilata esse, que-
ritur. Nec enim aliud quid iis se asseruisse, quam eadem Deum,
qualem sibi fingat Iurius, qui non etiam sanctus & justus sit, non
Deum, sed ipsum potius Diabolum esse. Atque ejus quidem as-
serti neutiquam se pœnitere ait. A Pyrrhonismo autem prope abes-
se Jurium, dum asseruerit, se opinionem istam, quæ animo suo de
Deo insideat, libenter rejecturum, aliamque admissurum, modo
unum alterumve, quo adhuc urgeatur, dubium sibi eximatur. Hinc
paucis cæteras accusationes, quod parum honorifice de Sacramen-
tis & de Magistratu sentiat, & id genus alias, Saurinus a se amoli-
tur, citra ambages negando, tale quid se unquam effatum esse.

Part. II.

Cap. I.

In parte secunda, quam alteri Jurii libello de Religione Lati-
tudinarii opposuit, eadem fere recurrunt & repetuntur, aut nova
solum argumenta, quibus Iurius probare voluerat, omnino Saurinum
hanc fovere sententiam, quam semel illi tribuerat, diluuntur; adeo-
que breviores hic ducemus lineas. Primo quidem de religione
Latitudinariorum & Cartesianismo nonnulla monet, & nullam Ju-
rio fuisse rationem, ut de illa tam prolixo differeret, cum nemo
magis

magis ab ejusmodi erroribus, quam ipse abhorreat: rectius tamen, dici, ipsum Jurium Latitudinariis esse accensendum. Cartesianorum quoque placita eo usque se probare, ut inde puriori Theologiae labes adspergi possit, iidem inficiantur. Jurium autem, quod Cartesianorum decreta cum Scripturae S. effatis componere, & conciliare rite non potuerit, crassos atque ineptos admisisse errores. Hinc ea, quae Jurius in cap. 7. 8. 9. & 10. disputavit, perstringit. Nimirum in iis omnes elabendi rimas obturare, & destruere ea omnia susceperat Jurius, quae Saurino praesidio esse possent: quod infelici quidem, quin nullo plane successu ab eodem factum esse, demonstrat. In capite 3 Auctor iterum Jurii ductum secutus, ad terminos in Ecclesia ad mysteria designanda receptos dilabitur. Inter alia de voce personae rursus disceptatur, quam cum in Scriptura S. occurrere asseruisset Jurius, provocassetque ad Hebr. XI, 1, Saurinus Amyraldi aliorumque interpretum auctoritate comprobat, eam vocem hic sine haereseos nota aliter verti posse. Sed quod addidit Jurius, *ὑπόστασις* hic recte per personam verti, cum persona sit velut fundamentum, cui attributa quin ipsa essentia divina innitantur, hoc non ita praetermittit, ut non graviter castiget, quod sua opinione parum accurate dictum est. In capite 4. imagines, sive ut Auctor vocat, emblemata Trinitatis rursus in scenam prodeunt, de quibus quod minus magnifice senserit, eam vero vel praecipuam causam memorat, cur a Jurio velut Antitrinitarius traducatur. Rejicit hic Saurinus Patrum quorundam Scholasticorumque, & recentiorum, quoque Ecclesiae Reformatae Doctorum sententiam, generationem, per contemplationem explicantium, & ideam hinc exurgentem Filium Dei esse contendentium. Hanc sententiam omni destitui fundamento, palam profitetur. Idem jam fecerat in Examine Theologiae Jurii, suamque de locis Gen. I. Prov. VIII. & Joh. I. ex quibus robur huic opinioni videtur conciliari posse, mentem exposuerat: sed cum Jurius hoc ita accepisset, ac si in hisce effatis divinis explicandis frigidam suffudisset Socini asseclis, prolixus & valde operosus est in mente sua declaranda. Cuncta autem eo redire videntur, ut fateatur, Filium Dei esse quidem & recte vocari Verbum Dei & Sapientiam Dei, non autem ideo, ut modus generationis per hasce voces indigetetur, sed ob alias causas. Adeoque non negat, in 19-

Cap. III.

Cap. III.

Cap. IV.

cis citatis de Filio Dei sermonem esse, sed negat voces ibi occurrentes modum divinæ generationis connotare. Laudat, auctoritate etiam suam sententiam confirmaturus, iterum Witium, ejusque sententiam de Λόγῳ approbat, quod videlicet Filius Dei Λόγῳ dicitur, non quod sit intellectus aut idea Patris, nec, quod aliis placeat, quod sit objectum verbi sive Evangelii: sed quod sit principium verbi, sive quod Deus per suum Filium de sua voluntate nos certiores reddiderit, sicut verbum loquentis mentem & cogitata manifestat. De Conciliorum & Patrum auctoritate disceptatur in cap. 5.

Cap. V.

nec aliud fere agitur, quam quod jam in parte priori actum. Argumentis istis, quibus probare voluit Jurius, se de Patribus durius, quam par erat, non censuisse nihil eum proficere, hic ostendere laborat Saurinus. Se autem de Patribus, præsertim Ante-Nicænis,

Cap. VI.

minus honorifice sentire, denuo negat. Speciatim Origenis, Hilarii, & Hieronymi defensionem in se susceperat Jurius. Ad Origenem autem quod attinet, quæ de eo Jurius disputavit, plane huc non quadrare pronunciat Saurinus. Quoties enim de auctoritate Patrum ex doctrina eorum metienda disquiritur, parum nostra referre, pervenerintne ad beatorum sedes, an non? Fieri enim posse, ut perditissimus hæreticus, si poenitentia vera vel in fine vitæ crimina sua expiet, æternos cruciatus effugiat. De Hieronymo ita censet, in ejus defensione non satis sibi constare Jurium. Mox enim eum fateri quidem, quod Hieronymus ita senserit, utut hic error excusari mereatur: mox asserere, istum locum non Hieronymi, sed alterius Auctoris, ab Hieronymo autem arreptum & commentario insertum esse. Nec admittit, quod Jurius porro dixerat, in Hieronymo hunc errorem excusari posse, quem si quis hodie admittat, eum venia indignum esse. Hilarium denique nullo modo defendi aut excusari posse, arbitratur. Frustra autem esse Jurium, dum ut eum excuset, asserat, eum impetu & fervore disputationis in devia abreptum, non adeo malo consilio hanc sententiam arripuisse. Hoc enim, inquit, si sufficeret, nulla tam execrabilis esset

Cap. VII.

hæresis, quæ non hoc modo excusari posset. Hinc Jurii vestigia præmens redit ad Patres Ante-Nicænos, quos non adeo felici successu a Jurio defensos probare annititur: Athenagoram, Theophilum Antiochenum & alios, revera ab eodem in Arrianorum classem

fem detrudi ait, tantum abest, ut ab erroris aut hæreseos suspicione eos liberaverit. Quin talia ex hisce Scriptoribus a Jurio referri, quæ longe turpiores, quam Arrianorum fuerint, errores eos docuisse evincere videantur. Non sufficere ad orthodoxiam illorum comprobendam, si *τὴ ὁμοιότης* vestigia apud illos inveniantur; dispiciendum enim esse, quo sensu hanc vocem admiserint, aut usurpaverint. Sed nec feliciter Patrum quarti aut quinti seculi causam egisse Jurium asserit. Quæ sæpius hac in re dixerit, firmo adhuc consistere talo, quicquid etiam asserat Jurius, hic probare conatur. De Symbolo Nicæno denuo pronunciat, non sibi tanti esse ejus auctoritatem, quanti illi eam faciunt, qui antiquitatis tunc stant decretis. Negat nos certos esse posse, quo consilio, quoque proposito, Concilii Nicæni Patres ea de Trinitate sanciverint, quæ in Symbolo hocce professi sunt. Nec cuiquam hoc fraudi esse posse, cum nihil frequentius sit, quam ut tum in civilibus tum sacris congregationibus, plerique alia quavis potius causa, quam veritatis amore, ut sententiam quandam tuendam suscipiant, adducantur. Sibi vero, quod ita sentiat, hæreseos notam inuri posse, prorsus abnuat. Prosequitur idem argumentum in capite 9, & de quarti seculi Doctoribus hoc sedulo inculcat, eos sæpius obscure & confuse de mysteriis gravissimis locutos esse; unde si non falsas secumque pugnantes, confusas tamen & obscuras ideas illorum mentibus obversatas colligit: præterea eos, qui ab essentia discrevere hypostasim, hypostases tres in una essentia, aut unam essentiam in tribus hypostasibus adorando, per essentiam naturam communem, sive speciem, ut Logicorum filii loquuntur, per hypostasim autem naturam singularem, sive individuum intellexisse. Tertium quod observat hoc est, Patres voce *ὁμοιότης* intellexisse tale quid, quod unam communem, sed specificam habeat essentiam, aut saltem hac voce unitatem, ut vocant, numericam ab unitate specifica non distinxisse. Quarto denique addit, a Patribus quarti seculi *ἀκριβέως* adeo non expectandam esse, ut in sententia sua edifferenda parum cauti & circumspècti sint, & non tantum eos intermisisse, quod facere debuissent, sed fecisse quod intermisisse longe fuisset consultius. Hæc omnia adductis ipsorum Patrum verbis comprobare satagit: cum primis autem ad Athanasium, Augustinum, Gregorium Nazianzenum &

- Cap. X.** Nyssenum, Cyrillum aliosque provocat. Quæ Jurius jam ad hæc regesserat, diluit in cap. 10. ejusdemque argumenta, quibus contrariam sententiam firmaverat, infringere adgreditur cap. 11. Sed addiderat Jurius 13 observationes de Tritheismo quarti seculi, ad suam sententiam stabiliendam pertinentes. Eas discutiendas sibi sumpsit Saurinus cap. 12. In secunda harum observationum, Jurius ab omni plane ratione abhorreere dixerat, veteres Doctores, qui tam strenue Gentilium Polytheismum impugnarunt, Polytheismum si non crassorem, certe æque crassum admisisse ac propugnasse. Respondet ad hoc Saurinus, falsum pronuntiando, Tritheismum Patrum æque crassum fuisse, ac Polytheismum Gentilium fuit. Eundem porro in verbis eorum & loquendi formulis se solum notasse; interim se non negare, quod mens illorum ab hoc errore fuerit aliena. Addit, Patres, qui contra Gentiles disputarunt, tria præcipue illis improbrasse: quod infinitum Deorum induxerint numerum; quod diversa illis dederint imperia, certisque mundi partibus certos præfererint Deos; quod eos secum invicem commiserint, fingendo, alium a Trojanorum stetit partibus, alium in Græcorum militasse, castris: cum contra Christiani solum adorent tres personas divinas plane æquales inter se, & unitas, omnes tres eodem modo universo orbi leges dantes, idemque semper volentes. Denique monet, Patres contra Gentiles hac de re disputantes, nec distincte factis suam sententiam proposuisse, nec valide Gentilium errores retulisse; id quod prolixius evincere satagit. In capite 13. sub examine revocat defensionem a Jurio pro Concilio Ephesino susceptam. Et primo quidem Derodonem perperam hæreseos aut impietatis a Jurio argui, & in ejus libro de Supposito nihil, quod a veritate alienum sit, deprehendi, istumque ad eo sine causa a tribunali Tholosano igni adjudicatum, evincere annuitur. Deinde Cyrillum adgreditur, quem Jurius ab Eutychnianismo crassiori quidem, sed neutiquam subtiliori absolverit. Varia hic monet circa descriptionem subtilioris Eutychnianismi a Jurio allatam, asseritque si qui subtilioris Eutychnianismi argui possint, in hunc censum eos referendos esse, qui duas naturas in Christo ante unionem quidem separatas agnoscant, sed post unionem non unam tantum personam, sed naturam unam totalem, ex duabus naturis compositam, inde emeruisse credant, nec ad eo duas naturas

turas in una persona admittant. Et ita quidem tum ipsum Euty-
 chem, tum Cyrillum quoque sensisse, id quidem est, quod Autoz
 prolixè ipsius Cyrilli allatis verbis demonstrare conatur. Evicta
 itaque hunc in modum, ut putat, Cyrtilli hæresi, facile esse credit
 innocentiam Nestorii demonstrare. Sed cum ipse Jurius diserte
 pronunciare ausus non fuerit, jure damnarum Nestorium, Sauri-
 nus argumenta ista probabilia, quibus suam sententiam Jurius stabi-
 liverat, hic convehit, & de Concilio Ephesino porro concludit,
 Doctores Ecclesiæ in eo congregatos ordinem in Conciliis obser-
 vari solitum non tantum migrasse, sed affectu potius & adulandi
 studio, quam veritatis amore adductos, sententiam tulisse, quin &
 erroris, quem Cyrillus defendit, quique, judice Saurino, in hære-
 ticorum classem illum detrudit, non fuisse immunes. Et hoc qui-
 dem in cap. 14. agit. In capite 15. autem adhuc dubia quedam,
 quæ suæ de Patribus quarti & sequentium seculorum sententiæ op-
 poni possint, removet. Hinc ad ultimam libelli, in quo refutando
 versatur, partem progreditur, & denno testatur, nunquam se do-
 cuisse, rationem primum in rebus fidei esse principium, adeoque
 hanc sententiam perperam a Juriio sibi tribui. Consensum quoque,
 quem Jurius inter Saurini placita, & decreta Socinianorum ac La-
 titudinariorum se invenisse putat, nullum plane esse, probare niti-
 tur, denuoque de Scripturæ & rationis auctoritate disputat. Inter alia
 autem ad quæstionem dilabitur: si ratio Scripturæ repugnet, sitne
 ratio potius sequenda, an revelatio? Absurdam atque ineptam hanc
 quæstionem appellat, cum tale quid ponat, quod plane fieri ne-
 quit. Nunquam enim pugnam veram inter rationem & revelati-
 onem esse: quod si autem esse cuiquam videatur, hoc inde evenire,
 quod aut rationis defectum vel abusum perperam pro recta ratione
 capimus, aut divina oracula non rite interpretamur. De me-
 thodo autem inquirendi in veritatem, hoc est, quando prius ra-
 tio auscultanda, ut deinceps ad Scripturam rite descendamus, aut
 quando directe & unice revelationi nos submittere deceat, alibi ex
 instituto se expositurum pollicetur. Quibus ita expeditis, respon-
 det ad argumenta Jurius, quibus demonstrare susceperat, ex Sauri-
 ni principis non tantum errores perniciosissimos fluere, sed eadem
 etiam decreto Ordinum Hollandiæ die 8. Decembr. A. 1694. pro-
 mul-

Cap. XIV.

Cap. XV.

Cap. XVI.

Cap. XVII.

Cap. XVIII.

- mulgato aduersari. Utrumque negat Saurinus, simulque docet, quæ de Burii libro in Anglia combusto, & Academiæ Oxoniensis decreto Iurius attulerat, huc plane non spectare, eademque nec se
 Cap. XIX, nec suam ferire sententiam. Strenue quoque characteres, ut vocat, siue notas hæreticorum, quas in Saurino deprehendisse sibi
 Cap. XX, visus est Iurius, a se amolitur: variaque ad iniustum sibi a Iurio malæ fidei in disputationibus crimen regerit. Finit denique totum opus, ad Iurii præfationem pauca monendo: ubi nonnulla a Iurio commemorata falsitatis arguit, quædam in posterum se refutaturum promittit, cætera coram illis, quibus uterque factorum suorum rationem reddere teneatur, se expositurum profitetur,

LIBRI NOVI.

- Theſaurus Antiquitatum Romanarum, congestus a Job. Georgio Grævio. Tomus IV. & VI. Ultrajecti apud Franc. Halmam, & Lugd. B. apud Petrum Vander Aa, 1697. fol.*
- Theſaurus Græcarum Antiquitatum. Volumen primum, Memorabilia Temporis Myrbici, quod Trojano bello terminatur, complectens. Auctore Jacobo Gronovio, Lugd. Bat. 1697. fol.*
- Philippi Bonanni Soc. Jes. Numismata summorum Pontificum, Templi Vaticani fabricam indicantia, Roma, typis Dom. Ant. Herculis, 1696. fol.*
- De Canonibus Apostolorum Dissertatio Historico-Chronologica & Dogmatica, auctore P. Antonio Constantino, Ordinis Minimorum. Roma, apud J. J. Komarek, 1697. in 4.*
- Gli Antichi Mausolei Romani & Etruschi dissegnati & intagliati da Pietro Santi Bartoli. Roma, 1697. fol.*
- Job. Clerici Ars Critica, in qua ad studia linguarum, Latina, Græca & Hebraica via munitur &c. Amstelodami apud Georg. Gallot, 1697. 8.*
- Defensé de la Véritable Doctrine de l'Eglise Reformée sur le Principe de la Foy, par Elie Saurin. A Utrecht chez Ant. Schouten, 1697. 8.*
- Nouvelle Découverte d'un tres grand Pais situé dans l'Amerique entre le Nouveau Mexique & la Mer Glaciale &c. Par le P. Louis Hennepin. A Utrecht chez G. Broedelet, 1697. 12.*

* * * * *

ACTA ERUDITORUM

Publicata Lipsia

Calendis Augusti, Anno M DC XCVII.

JO. CHRISTOPHORI WAGENSEILII DE SACRI ROM. IMPERII LIBERA CIVITATE NORIBERGENSE COMMENTATIO.

Altorfi Noricorum apud J. W. Kohlestum, 1697. in 4.

Constat alph. 3. plag. 4.

Cum patriam suam optimis quisque tenero profequi amore, quodque ad laudem ejus ac decus pertinet, & audire lubentius, & non prompte minus commemorare soleat; dignum omnino operæ fecit pretium celeberrimus Wagenseilius, omnemque grati civis mensuram solerter implevit, quando emissæ de Civitate Noribergensi commentatione, quicquid de initiis ac incrementis, amplitudineque atque opibus, ac universa inclytæ urbis gloria sciri meretur, copiose exposuit, ac ne indicta porro maneret, quæ ex nobilissimis Germaniæ una est, curavit. Totus liber in duas partes dispescitur, quarum *prima* encomia civitatis, & unde nomen teneat, situm deinceps ac incrementa, quaque ratione S. Sebaldi industria Christiana eadem facta sit, quali nitore cultuque gaudeat, quibus a natura bonis instructa fuerit, quæ templa habeat, quas scholas, quæ ædificia alia magnifice extructa; qualis Senatus, quæ patriciæ familiæ in ea floreat, quibus porro legibus a Veneris maximam partem petitis contineatur, quæ privilegia eidem concessa, qua indulgentia S. R. I. clinodiorum custos evaserit, ac bella postremo, quibus eandem implicari contigerit, percenset. *Secunda* vero in exponendam controversiam, quæ a ducentis prope annis inter Serenissimos Marchiones Brandenburgicos tanquam Burggravios Noribergenses, & ipsam Rempublicam agitur, & asserendam hujus potissimum causam infumitur. Foret operosum nimis de singulis exponere, quæ in elegantissimo libro continentur; unde unicum attingemus saltim, quod

quod memorabile cumprimis est, & cum digredi subinde a proposito scopo placeat celeberrimo Viro, ejusdem & hic vestigia alibi sequemur. Nimirum, ut in clinodiorum omnium; quæ Noribergæ asservantur, ita in Coronæ Germanicæ descriptione non parum operosus est; quam cum sint ex eruditis, qui non Carolo M. sed ex Conradis euidam acceptam ferri debere velint, eorum iudicium minus convenienter latam hic refellendum sibi sumit. Ipse scilicet Hermannus Conringius in Castigatione libelli, cui titulus, *Anti-Conringiana Defensio Juris Colonienfis*, non Caroli eam, sed Conradi I. esse arbitratur, & quidem, quod habeat nomen Conradi inscriptum; & quod Luitprandus coronam eam, quam Conradus I. morti vicinus Henrico Aucupi per fratrem Fridericum obtulit, quæ plane eadem tum illa, quæ hodie superest, Conradi propriam dicat; ac Witikindus denique Corbejenfis gladium, qui una Henrico traditus fuit, *veterum Regum gladium* dicens, diademati titulum hunc non addat. Ad ea ita respondet Wagenfeilius, ut hac ratione propriam Conradi coronam vocitari statuat, quatenus ejus usus ipsi pro tempore fuit concessus; prout scilicet juris interpretes; *meorum, tuorum, suorum*, appellatione non solum illa intelligi docent, quæ in pleno dominio habemus, sed & in quæ jus aliquod exercemus. Gravius argumentum illud est, quod ab inscriptione nominis Conradi petitur. Hæc enim verba leguntur in arcu: CH VON RAD US DEI GR AT IA RO MA NOR V IM PE RA TOR AVG: Hic manifestum esse scribit, Conrado I. assignari nequaquam hæc posse; nèque enim unquam coronatum fuisse Romæ, ac inde pro more seculi id nominis non potuisse usurpare, cum qui Romæ non essent inaugurati, haud unquam Imperatores & Augustos in publicis se monumentis appellarint: quin & in nummo apud Stradam Conradum I. non nisi Regem dici. Posse cuidam vero videri simile, quod Conradus III, cui vulgo Suevi cognomen tribuitur, hic significetur; propterea quod ad Imperium evectum, æmulo Henrico Superbo Bavariæ & Saxonie Duce, ut Otto Frisingensis est testis, regalia habente, cum destitueretur adeo insignibus, ad nova sibi paranda necessitate coactum fuisse credi queat: ast cum nec hic Conradus Romæ coronatus sit, æque falli scribit, qui ita autumant, ac Gryphiandrum deciid

decipi contigit, qui Conradum IV. Friderici II. Imperatoris Filium eum esse putavit, cujus nomen corona præfert; tantum quippe abesse, ut hic benedictionem & consecrationem Pontificis impetraverit, ut ab Innocentio IX. dixit potius fuerit devotus. Necessarium igitur esse concludit, non alium quam Conradum II. sive Salicum nominari, ut qui Romæ A. M XXVII a Johanne XX solenni ceremonia coronatus Imperatoris Augusti titulum usurpavit, qui & in nummis legitur, & sepulcro ipsius, quod Spiræ est, incisus deprehenditur. Eum vero Conradum, cum circulis gracilioribus in corona Caroli M. existentibus, & sive ævi diuturnitate, sive quod Imperatores in castris & expeditionibus coronam semper circumvestarent, vitium pallis, unum robustiorem magisque compactum, substitueret, nomen quoque suum & titulum eidem inscripsisse: ac indubium cæteroquin esse censet, & comprobari tot Pontificum bullis, tot Imperatorum rescriptis, tot gravissimorum scriptorum, testimoniis, fama porro per orbem late sparsa, ac nummo denique aureo, qui apud Stradam extat, & Carolum ipsissima, qualis nunc adhuc superstes est, corona redimitum exhibet, coronam ipsam inde a Carolo M. ad nos profectam esse.

Inter digressiones ea cumprimis docta est, qua invitatus ab illustri Cupero *de Judæorum ludis* commentatur. Luisse nimirum Judæos cum avibus cicuratis aut cavea inclusis; infantes vero ipsorum aviculas funiculis vinctas in deliciis habuisse docet, & huc Jobum c. XL, 24. respexisse ostendit. Pilæ lusus Es. XXII, 18. lustræ vero & pugilationis 2. Sam. II, 14. indicium esse monet. Ludis scenicis fuisse delectatos inde colligit, quod Jobi liber verissimam dramatis speciem præbet, & Ezechielis Poetæ Judæi de liberatione Ebræorum ex Ægypto Comœdiæ Clemens Alexandrinus ac Eusebius meminerunt, atque hodiernum adhuc Judæi, in hilaris Purim, Ahasveri & Estheris historiam more comico repræsentant. Fidibus ludere crebro solitos esse, ex Zachar. VIII, 5. Matth. XI, 16. 17. & plurimis aliis locis probari posse contendit, ac dehinc loca, quibus saltationem inter præcipua Judæorum oblectamenta extitisse manifestum sit, producit. Schachizæ ludi, quem *Schach-schovel* vocant, illos Salomonem Regem autorem credere, & hoc in MSCto libro Senis se apud Synagogæ Præsidentem multis quoque argumentis probatum didicis-

se addit: sed & personatas virgines Israeliticas præ lætitia incessisse, ex Mischna Taanit demonstrat, ac morem illum, quando juvenes gravissimi ponderis lapides sublevando exercuerunt se, quem ad Zachar. XII, 3. Hieronymus illustrat, tangit. Ubi de venatione Judæorum agit, ipsius Cuperi de loco Es. XXIV, 17. & 18. mentem exponit, quod vocabulum פֶּבַע a LXX Interpretibus non absque ratione per Φόβον translatum sit, ac non minus ac subsequenter duo, ad rem venatoriam pertineat, notetque lineam versicoloribus plumis pinnisque avium distinctam, qua venatores utuntur ad fallendas feras, cujus mentio apud Senecam de Ira L. I. c. 12. & Ovidium I. de Remed. amor. v. 204. itidem sub *formidinis* titulo, quamque Oppianus *πολύχροα δειμάτα θηρῶν*, & iterum *δειμα πολύχροον*, tandemque *κνον φόβον* nominet. Ex arcu sagittas emisisse Judæos, 2. Sam. XX, 20. indicari, & cum ex Mosis Kozenis libro Præceptorum magno appareat, fuisse aliquos inter Judæos, qui nulli alii operi intenti erant, quam ludo tesserarum, hinc forte morem antiquissimum provenisse docet, triadem tesserarum, *einen Pasch Würfel* a Judæis in Germania extorquendi; ac denique ex Balthaf. Bonifacii Historia Ludicra de ludo exponit, qui pueris Itatorum *Judeo tremens* vocatur. Cum respondisset adhuc illustris Cuperus, & sibi non persuaderi scripsisset, ludos scenicos Judæis in usu fuisse ab eo tempore, quo Jobi historia literis fuit mandata, tamen forte possit concedere, ad instar dramatis fuisse compositam; quin imo magnum argumentum ex Prophetarum silentio peti, eosdem Judæis plane fuisse incognitos: Noster, omnino eos saltem, qui ad pietatem probosque mores augendos compositi erant, & privatim quasi inducebantur, in ea gente jam olim invaluisse putat, propterea quod virgines Judaicæ d. XIV mensis Ab inque solenni expiationis festo personatæ incessisse, at David quoque 2. Sam. VI, 14. non propriis vestibus indutus comparuisse, 1. Sam. XX, 13. vero idem quasi histrioniam egisse legantur, & quod, quando Judæi Ezech. XIII, 8. 14. 15. jubentur narrare liberis suis, quæ fecerit Dominus in Ægypto, non verbis tantum hoc facere, sed & in rem præsentem quasi parvulos deducere, ac Pharaonis tyrannidem cum subsecutis poenis vivis imaginibus ob oculos sistere, injunctum ipsis fuisse, sibi verosimile videatur. Mouet porro, Ezechielem poetam, quia

quia ejus ætate Ebraicæ linguæ usus nimium defecerat, Ebraico dramati Græcicum substituisse, quem Clemens Alexandrinus atque Eusebius non accurate τῶν Ἰουδαίων τραγωδιῶν ποιητῆς vocent, cum istud drama, ad quod provocant, & quod Ἐξαγωγή inscribitur, Judæorum sane respectu non Tragœdia sed Comœdia fuerit. Judæos porro, dies Purim cunctis in toto orbe provinciis celebrantes, omnino credibile putat idem olim fecisse, quod nostri hodie Judæi, Estheris historiam privatim comicis exhibitionibus spectandam sistentes, faciunt; quandoquidem hi moribus antiquis præ aliis maxime viventes, a τῶν ἔξω ludis scenicis hoc institutum nequaquam hauserint. Ipsi Luthero subjungit in mentem venisse, Comœdiarum usum a Judæis ad Græcos commigrasse, ac Tobiaæ Judithæque libros ad instar dramatis conscriptos, atque deinde in profaicum sermonem translatos fuisse. Cumque eos libros Chaldaicos possederit Hieronymus, occasionem arbitrandi nasci posse, ad Judæos in captivitate Babylonica solandos & oblectandos istas Comœdias pertinuisse; quam sententiam non vult tamen mordicus defendere.

p. 124.

Non minus elegans est digressio, quando ad ejusdem Cuperi desiderium quæstionem explicat: *an Judæis non nisi in munitis urbibus Synagogas extruere licuerit?* Respondet Wagenseilius, tantum abesse ut olim id Judæis non licuerit, ut etiam in campis liberis & apertis condita fuerint. Postea promiscue in vicis aut urbibus sive munitis sive omni munimento destitutis constructas fuisse. Idemque nunc etiam obtinere inter Judæos, probat vel exemplo vici undique patentis, uno milliari ab urbe Noriberga distanti, *Furtha* dicti, in quo Synagogæ duæ erant, exque satis speciosæ. Ipsi Commentationi subjunxit celeberrimus *Vir de Phonascu Germanorum*, quos *Meister Sanger* nos appellamus, dissertationem, in cujus præfatione in originem Cingarorum inquit, eosdemque a Judæis oriundos vel hanc etiam ob causam credit, quod multa Ebraica vocabula hodiernum in lingua sua servant. In ipso vero opusculo de Phonascis illis, & quando ars ea cœperit, de legibus porro, ac ipsis hymnis, ac quomodo Phonasci a cæteris Vatibus, quos *Spruch Sprecher* Noribergæ vocant, & inter quos Michael Weber potissimum eminuit, exponit.

Xx 3

PETRI

Amstelædami, apud Henricum Westfenium, A. 1697. in 8.

i. alph. plag. 18.

Magna haud immerito poeticæ artis laus est, quæ non dulci tantum sono tenet aures, sed etiam omni genere affectuum intimos audientium & legentium sensus cogitationesque tentat. Ad hanc autem nisi quis propensione naturæ feratur, ne ad mediocritatem quidem aliquam pertinet, nec labore, diligentia & vigiliis quicquam efficiet: quum hi, quos natura ad eam finxit, sponte quadam sine ullo labore ea fundant, quæ cum admiratione leguntur. Horum in numero censeri & primas hodie tenere Francium, ubertate & felicitate ingenii, ac numerorum gravitate, antecessoribus suis, venustissimis in Belgio poetis non minorem, jam pridem agnovimus, e prima Poëmatum ejus editione anni 1682, in Actis anni istius p. 359. memorata, de his doctibus edocti. Nunc alteram eamque copiosiore ab Auctore adornatam evulgatamque esse, tanto magis gaudemus, quanto pluribus novis poematibus instructam esse intelligimus. Comparent autem hic Heroicorum libri tres, Elegiarum quatuor, Eclogæ sex, Odarum & Silvarum ac Epigrammatum, de quolibet genere libri duo, & Græcorum carminum liber unus. Ex his *Heroica* poemata omnia in priori conspiciuntur editione: *Elegia* etiam, quæ in tribus primis libris continentur, in eadem comparent; præter istas ad Menagium p. 195, in Nympham Bruxellanam p. 225, & de Jo. Secundi poematibus *aven- Moïse* p. 229. Quartus liber totus est novus. *Odarum* etiam duo & *Silvarum* totidem libri in priori editione non visuntur: *Epigrammata* autem multa prioribus admixta sunt nova, e quibus speciminis loco istud e p. 441. decerptum, quo effigies doctorum virorum in bibliotheca sua suspensas condecoravit, huc transferemus:

Artifices tabula, saclo cantata prioræ

Nomina, victuri tempus in omne viri;

Quos mea se supra positos, circumque locatos,

Respicias indigeres Bibliotheca Deos.

Uti juvat hac vestros mirari in imagine vultus,

Et lustrare oculis ora oculosque meos!

llc

Ille juvat heroas animas, potioraque signa;

Mentis & aeternas mente videre notas!

Longius haec durant tabula. Dubitatis? id ipsum

Edocet hoc ipso multa tabella loco.

Haec mihi vel musae clamant, cadete omnia, praeter

Casuras nullo tempore mentis opes.

Græca cætrina peculiari libro p. 457. & seqq. inclusa, omnia nova sunt, nec ullum eorum in prima editione fuit visum: quæ autem ibi p. 241. conversa e Græcis Anthologiæ epigrammatibus extabant, in nova editione sunt omissa; quod peculiarem in librum ea redigere, pluresque interpretationes addere, adjectisque ad Græcos versus notulis integram *Anthologiam* evulgare constituit doctissimus Auctor. Multa istius operis epigrammata ab Hugone Grotio cultissimis versibus Latinis esse expressa, vel e Junii de Pictura opere discimus, in quo plucula ea sunt prolata. Heinsius, Casaubonus etiam & Scaliger, aliique multa inde epigrammata felicissime transtulerunt, & Latinis elegantissimis versibus expresserunt. Quæ omnia ut cum Francii symbolis Anthologiæ Græcæ adjecta in publicum prodeant, literarum elegantiorum & Græcæ ac Latinæ pœseos cultorum plurtimum interest.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΟΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ ΤΑ ἌΠΑΝΤΑ.

id est,

ΙΩΑΝΝΙΣ CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI Opera omnia, Græco-Latina.

Francofurti, sumptibus Balth. Chr. Wustii, 1697. in fol. tomis XII.

IN sanctorum Patrum ordinibus primas partes tenere hunc *Χρυσόστομον*, sacrae eloquentiæ principem, apud omnes in confesso est. Desudarunt in operibus ejus Græcis collectis (nam Latinas interpretationes seorsim diversis temporibus sæpius editas allegare nil attinet) quæ supersunt, excudendis typi Anglicani, Henrico Savillio ea tomis octo Etonæ evulgante; nec non Heidelbergenses, in officina Commeliniana; & tandem Parisini, partim cura Frontonis Ducæi adgubernante, partim Morellii studio accedente, qui quatuor Commelini tomos in sex divisit, illisque sex tomos a Ducæ-

Duczo editos adjunxit. Omnium harum editionum exemplaria cum nuspiam amplius proferent, sacre eloquentie studiosis ea nunc sufficere studet Francofurtensis bibliopola, qui Parisiensem editionem hac ratione imitandam sibi proposuit, ut seriem librorum & tomorum, qua Morellius opera hæc exhibuit, servet; emendatiora autem ea sistat; folia etiam ita coarctet, ut quævis facies novæ Francofurtensis editionis folium Parisinæ complectatur, & sic impensæ emptorum attenuentur, qui levi pretio totidem volumina, nitida charta & elegantibus typis quæ constant, comparare sibi poterunt, quot magno hæctenus ære non licuit impetrare. Tres priores tomi jam absoluti extant, & venduntur æquiori pretio iis, qui ad reliquos, ubi prodierint (quod futurum editor promittit, antequam annus vertat) emendos solutione argenti pro his primis tribus se obstrinxerunt.

ADAMI RECHENBERGII SUMMARIUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ, in usum Studiose Juventutis adornatum.

Lipsiæ apud Jo. Herbord Klofium, 1697. in 12. 1½. Alph.

Cum Studiose Juventutis, quæ S. Theologiæ operam navat, Ecclesiæ Christianæ fata, disciplinam, regimen moresque Christiani gregis nosse maxime intersit; Auctor hujus libri celeberrimus, quæ multis ac vastis etiam voluminibus ab aliis tradita fuerunt, in compendio, vel ut ipse vocat, *summario* breviter constringere voluit: ut absque tædio, illa præcipua historiæ ecclesiasticæ capita sibi reddere familiaria posset. Id quod ipse Autor in præfatione libri sui fusius declarat. Cæterum vero dum typum velut historiæ ecclesiæ universalis delineare illi animo sedit, res V. Testamenti, juxta temporum intervalla seu epochas, per indicem tantum designat. In historia autem N. Fœderis, ex contemplatione factorum, quibus Ecclesia obnoxia fuit, res illius quinque constitutis periodis, observata per capita seculorum serie, summatim exponit. *Prima illi periodus* est Ecclesiæ a Christo & Apostolis in orbe plantatæ, quæ tribus prioris Christianismi seculis absolvitur: *Secunda* est Ecclesiæ sub Imperatoribus Christianis publica libertate gaudentis, quæ a Constantino M. coepta, ætatem Phocæ tyranni Byzantini attingit: *Tertia* est Ecclesiæ per Episcopos Romanos & a Mohammedanis

danos pressæ, ac barbarie ingruente obscuratæ, usque ad seculum X. *Quarta* est Ecclesiæ sub jugo Pontificio, Saracenorum & Turcarum gementis, usque ad seculi XIV finem. *Quinta* est Ecclesiæ ministerio Lutheri repurgatæ, & magnam partem a jugo Papali liberatæ, usque ad hæc tempora. In singulis periodorum seculis, methodo sibi consueta, (1.) doctores seu patres & scriptores Christianos præcipuos recenset: (2.) doctrinam Christianorum publice receptam breviter recitat: (3.) hæreticos describit, saniozem doctrinam infestantes: (4.) synodos & concilia præcipua recenset: (5.) regimen Ecclesiæ externum, sensim in regnum sacrum degenerans exponit: (6.) persecutiones Christianorum notabiles annotat: (7.) memorabilia ex civili & ecclesiastica historia cujusque seculi inspergit, subjuncto, ut vocatur, judicio pragmatico. In ultima periodo, quæ quinta est, rerum in Ecclesia factam conversionem, perfectiones novas, juxta annorum seriem paullo fufius persequitur; cum inde sectarum & controversiarum, post salutarem Lutheri reformationem ortarum, notitia Christianis necessaria maxime dependeat. Sub calcem libri, doctissimi Galli, Dn. Claudii Judicium de Patribus Græcis & Latinis, ex operibus ejusdem posthumis tom. V. epist. 19. & D. Martini Chemnitii Orationem de lectione Patrum annectit, quæ utilia lectu studiosæ juventuti, in cujus gratiam hunc librum evulgavit, maxime judicat.

MEMORABILIA ECCLESIASTICA SECULI A N. CHRISTO decimi septimi, juxta annorum seriem notata, & convenienti ordine digesta per ANDREAM CAROLUM, Abbatem San-Georgianum in Ducatu Wirtembergico. Tomus primus, operis dimidium antèrius exhibens.

Tubingæ sumptibus Jo. Georgii Cottæ, 1697. in 4.
Constant 7. alphabet.

Cum multi veteris Ecclesiæ Christianæ fata prospera & adversa, & ex parte etiam recentioris statum, justis commentariis descriperint; pauciores fuere, qui hujus jam decurrentis seculi res Ecclesiæ memorabiles annotarint. Itaque jussu Sereniss. Principis Wirtembergici, DN. EBERHARDI LUDOVICI, *maxime venerandus Autor* Memorabilia ecclesiastica seculi hujus singulari industria & labore

bore colligere, atque observata annorum serie disponere aggressus est. In quo utili opere, dimidiam historię hujus seculi partem completitur, alteram huic, quam pręlo paratam habet, postea subjecturus. Res autem a se enarratas juxta Cęsarum Romanorum, qui hoc seculo rerum potiti sunt, seriem ordinavit: ita ut distinctis capitibus & eorum sectionibus, primum quę Lutheranorum & ex parte Gręcorum Christianorum; secundo, quę Romano-Catholicorum seu Pontificiorum; tertio, quę Reformatorum; quarto, quę novatorum, schismaticorum, hęreticorum, idololatrarum atque atheorum res fuerint, commemoret. Inde quinto de colloquiis & synodis religionis causa institutus agit. Sexto etiam res civiles, quę cognitionem aliquam cum Ecclesia habent, memorat, ac ut lectorem, oblectet, varii argumenti res denique admiscet. Omnia autem ex fide recentiorum scriptorum fideliter refert, eorumque testimoniis adductis firmat, judicio quandoque suo subjuncto. Labore excerpti, quę recensuit, ipse Autor laudatus nos sublevavit, quando singulorum librorum & capitum summaria pręmisit. Quapropter nihil addimus, nisi quod venerando Seni vitam & vires animi constantes adprecamur, ut alterum horum Memorabilium tomum, in gratiam orbis eruditi, in lucem publicam emittere queat.

DEFENSE DE LA VERITABLE DOCTRINE DE L' Eglise Reformée sur le Principe de la Foy &c.

i. e.

DEFENSIO VERÆ DOCTRINÆ ECCLESİÆ REFORMATÆ de Principio Fidei, libro JURII, cui titulus: Defensio Doctrinæ Universalis Ecclesię &c. opposita, auctore ELIA SAURINO.

Ultrajecti, apud Anton. Schouten, 1697. in 8. Alph. 1. plag. 6.

INter ea cęlestis doctrinę capita, super quibus clarissimi Ecclesię Reformatę Theologi, Jurius atque Saurinus, acriter inter se concertant, haud extremum obtinet locum illud de principio fidei. De hoc non recte sentire Saurinum, probandum sibi sumferat Jurius in libello, cui titulus: *Defensio doctrinæ universalis Ecclesię &c.* Huic itaque opposita est, quam nunc sistimus, *Defensio verę doctrinæ, &c.* ab Elia Saurino edita, ex qua controversię pręcipua momenta uberius paulo exposuisse, operę pretium duximus.

Capi-

Capite primo exhibentur quædam propositiones, quibus mentem Saurini de hoc argumento complexus erat Jurius; circa quas nonnulla observat Saurinus, quasdam plane perperam, nonnullas obscure aut ambigue a Jurio conceptas docens. In secundo autem capite itidem certæ propositiones comparent, quibus Jurii hac de re mentem sententiamque exponit Saurinus. Quibus ita expeditis, quæstionis rationem, sive controversiæ statum, hunc in modum Saurinus edisserit: non quæri, an nihil debeamus credere, quod non evidens sit, evidentiâ, ut vocat, objecti, & quod per rectam rationem possit demonstrari; quod nunquam a se fuerit assertum: non etiam quæri, sintne quædam obscura & intellectu difficilia in Scriptura Sacra; cum sensus expertem esse oporteat, si quis hoc inficias iverit: multo minus de necessitate operationis internæ Spiritus sancti & gratiæ divini ad prægignendam fidem, litem esse, namque & hanc se agnoscere, & alibi solide stabilivisse. Disputari vero de sequentibus: primo, sintne Scriptura sacra instructa ejusmodi characteribus suæ divinitatis, quibus animus, ad veritatem capiendam non plane inidoneus, convinci, omneque dubium & formido oppositi illi adimi possit; an vero characteribus, quibus divinitas ejus probari possit, destituatur, ita quidem ut omnes characteres simul sumti, ne moralis quidem demonstrationis vicem subeant, tantum abest, ut mathematicæ vim teneant? Secundo, sintne Scripturæ S. oracula, quibus fidei articuli probantur, adeo obscura, ut articuli fidei solum ideo credendi sint, quia volumus credere, non autem quia convicti sumus, rem ita & non secus se habere? Tertio denique, sintne credentes, quibus divinus Spiritus impertitus est, convicti per evidentiâ & robur argumentorum, quibus & Scripturæ divinitas & dogmatum in ea propositorum veritas comprobatur; an vero credant ideo, quia velint credere, & an operatio ista Spiritus sancti, qua ita certi redduntur, ut nullum argumentum, quantumvis evidens, eos certiores reddere possit, nec in evidentiâ objecti, nec in evidentiâ testimonii fundata sit? Se itaque docere profiteretur, Scripturam sacram pluribus characteribus instructam esse, quibus divinitas ejus non tantum probari, sed morali ratione demonstrari possit: omnes quoque articulos fidei, quibus mysteria Christianæ religionis continentur, tam clare & perspicue

enē in Scriptura sacra propositos esse, ut si qui istis fidem non adhibeant, nihil aliud quam suam pravitatem, & quæ hinc oritur, coecitatem accusare possint: Spiritum vero sanctum in credentibus ita operari, ut intellectum illorum illuminet, eosque determinet, ut lumen istud sequantur: eum porro efficere, ut argumentis invictissimis veritatis convincantur, ita quidem ut certitudo, quam habent de divinitate Scripturæ sacræ, fundata sit in evidentiâ objecti, certitudo autem articulorum fidei in Scriptura S. propositorum, in evidentiâ testimonii. Jurium autem in hisce omnibus contrarium statuerē, memorat.

- Cap. IV.** Cæterum in tractanda hacce controversia ita versatur, ut primo argumenta, quibus sententiam suam stabiliverat Jurius, sub examen revocet; hinc vero quousque tum Patres, tum Ecclesiæ Reformatæ Doctores cum ipso consentiant, dispiciat. Ordinis hujus rationem in cap. IV exponit, & methodum, qua Jurius usus est, rejicit; terminos quoque nonnullos explicat, præsertim quid formido oppositi sibi velit, edisserit, occasionem illi suppeditante Jurio.
- Cap. V.** Sed nec in capite V. ad caput causæ contendit, quin alias observationes Jurii de evidentiâ fidei, prius sibi discutiendas sumit. Disceptatur hic de definitione fidei; aliam enim Jurius, aliam Saurinus excogitavit: disceptatur quoque de Scholasticorum distinctione, qua ab evidentiâ veritatis discrevere evidentiâ credibilitatis, & hanc Scripturæ sacræ concesserunt, illam denegarunt, perperam quidem & non sine impietatis crimine, judice Saurino; unde ejusdem Jurium reum pronunciat, dum hæc Scholasticorum commenta iterum in scenam prodire jussit: additur denique aliquid de demonstratione morali, qua voce veram demonstrationem, quæ æque certa & evidens sit ac mathematica, designari posse docet, licet non diffiteatur, eam pro probatione minus evidenti quandoque sumi.
- Cap. VI.** Hinc Jurii assertum, quod etiamsi aliquis de articuli veritate per evidentiâ convictus sit, fides tamen per hanc evidentiâ non progignatur, adgreditur. Putat autem, hac assertione ipsa velut fundamenta religionis concuti ac labefactari. Divinos enim Vates ipsosque Apostolos in classem hominum aut ratione destitutorum, aut perperam eadem utentium detrudi, dum, si vera esset Jurii sententiâ, & miracula & argumenta frustra adhibuissent, cum iis tamen ex
Jurii

Jurii mente non possit produci fides. Quin omnes Doctores frustra fuisse, qui & sapientiam & eruditionem suam eo contulerunt, ut non credentes argumentis convincerent, & ita fidem in eis excitarent. Nec proficere quidquam Jurium, argumenta ejusmodi inter occasiones fidei adipiscendæ, quæ tamen immediate a gratia producatur, referendo: cum recte quidem dicatur, Spiritum sanctum esse causam efficientem fidei unicam, eamque immediate ab illo produci, sed inde non sequatur, quod fides non habeat causas morales & objectivas, quæ cum operatione gratiæ bene possint consistere. Argumentum, quo Jurius suam sententiã firmat, hoc est: si miracula aut argumenta, quibus veritas doctrinæ celestis probatur, producerent fidem per se, semper & ubique eandem producerent. Hoc autem falsum esse, vel exemplo Judæorum probari posse: ergo inde colligit, miracula & ejusmodi argumenta fidem per se non gignere. Respondet Saurinus laborare hocce argumentum ignorance elenchi. Exempla a Jurio allata, hoc probare, quod miracula & argumenta, quibus veritas stabilitur, sine concursu & cooperatione Spiritus sancti fidem non progignant: id quod a se nunquam in dubium vocatum asserit. Quibus hunc in modum expeditis, tria Jurii capita, quibus doctrinam suam ubertius explicare constituerat, paucis perlustrat, subinde nonnulla monens aut redarguens, & tandem ad argumenta, quibus sententiam suam munivit Jurius, progreditur. Primum de promptum est ex illis divinarum literarum oraculis, quæ fidem per obscuritatem & ænigma definire videntur, ut dum Hebr. XI, 1. demonstratio rerum, quæ non cernuntur, vocatur, & id genus alius. At hocce telo suam neutiquam ferri sententiã, fidenter Saurinus asserit. Nunquam enim se mysteriis religionis Christianæ evidentiam objecti tribuisse, sed solum evidentiam testimonii: jam vero non hanc, sed illam per hæc oracula fidei demi. Alterum Jurii argumentum desumptum est a sublimitate objectorum doctrinæ celestis. Hanc enim ejusmodi esse ait, ut facultates nostræ mentis infinitis modis superet. Unde concludit, tale objectum, ut supra rationem positum est, ita & a ratione demonstrari non posse. Cum vero hæc Dei existentiam, variaque ejus attributa, & mundi creationem retulisset, Saurinus quidem hanc ejus sententiã palam impietatis

Cap. VII
& VIII.

Cap. IX.

- guit. Addit eum Andabatarum more pugnare, cum nunquam sibi in mentem venerit affirmare, quod mysteria Christianæ religionis ex ratione demonstrari possint. Hac occasione & Jurius ad Pauli effatum: *animalis homo non capit quæ sunt Divini Spiritus*, I. Cor. II, 14 provocaverat, idque ut pro sua militare sententia ostenderet, per animale hominem eum, qui ratione sua utitur, intellexerat: quo nomine iterum Saurino vapulat. Tertium argumentum Jurio subministrat fides simplicium. Huc Christi Servatoris preces: *ago tibi gratias, Pater, qui hæc sapientes peritosque celaveris & infantibus patefeceris*, Matth. XI, 25 & similia Scripturæ dicta refert. Saurinus autem quod hisce parum ad rei summam proficiat Jurius, alibi se jam demonstrasse, indicat. Sed præcipuum causæ suæ præsidium Jurius se invenisse arbitratur in gustu & sensu fidelium, quo divinam veritatem percipere, & velut in corde suo sentire videntur. Argumentum tale inde necit: gustus & sensus in operationibus Spiritus idem sunt, ac perceptio sensuality in operationibus sensuum corporis. Jam perceptiones sensuales rei, vividæ quidem sunt & penetrant, simul tamen obscuræ sunt & inevidentes. Eodem modo itaque gustus & sensus spiritualis se habet, adeoque fides claram ac distinctam cognitionem non requirit. Saurinus ut unico velut ictu hanc machinam prosternat, ipsum principium, cui innititur, perceptiones scilicet sensuum obscuras & inevidentes esse, evertit. Deinde docet, inter sensualem perceptionem, & sensum ac gustum, spirituale, magnum intercedere discrimen: quæ omnia uberius hic exponi, prolixum nimis foret. Quæ hinc porro elicit argumenta Jurius, una cum reliquis ad caput causæ spectantibus, Auctor diluit in
- Cap. XII. capite XII. Decimum tertium autem observationes quasdam sistit
- Cap. XIII. ad quæstionem, quænam causæ sint certitudinis, quam de divinitate
- Cap. XIV. Scripturæ sacræ habemus, spectantes. In sequentibus autem, XIV sci-
- Cap. XV. licet, XV & XVI, distinctiones Jurii inter evidentiam rationis & e-
- Cap. XVI. videntiam conscientiæ, item inter convictionem spiritus & convictionem cordis, ut & inter claritatem & evidentiam, quibus ad firmandam & defendendam suam de obscuritate principii fidei sententiam, usus fuerat, explodit; simulque quæ Jurius pro defendendo hocce effato: *ego credo, quia volo credere*, itemque de certitudine adhesionis attulerat, diluit. Hinc suum judicium de Reformatæ

matæ Ecclesiæ haud incelebri Theologo Beaulieu tuetur cap. XVII, Cap. XVII.
 & sic tandem in cap. XVIII, argumenta quibus Jurius probare vo- Cap. XVIII.
 luerat, Scripturam sacram minus evidentem esse, adgreditur. Pri-
 mum Jurii argumentum hoc est, quod cuncta prima scientiarum,
 principia non possint non minus evidentiâ esse, quia omnium phi-
 losophorum consensu, demonstrari nequeant. Id vero est quod
 Saurinus negat, quippe qui docet, prima principia indemonstrabilia
 esse, non quod sint minus evidentiâ, cum potius evidentissima sint,
 sed quod ita evidentiâ sint, ut per alia principia demonstrari nec
 possint nec debeant. Addit, cum Jurius profiteatur, se loqui de
 principiis, ut in scholis vocari solent, primo primis, turpiter eum fal-
 li, quod Scripturam sacram pro tali principio vendiderit, cum citra con-
 troversiam ejus & veritas & divinitas aliunde demonstrari possit.
 Subjicit hunc in modum & alia, nec prætermittit, quod Jurius as-
 seruerat, principia prima a posteriori demonstrari posse; quod de
 principiis essendi, ut vocantur, concedit, de cognoscendi autem,
 principiis falsum esse pronunciat. Alterum Jurii argumentum iterum
 defutum est a fide simplicium: hanc enim non nisi auctoritatem ho-
 minum, asserentium versionem Scripturæ, qua utuntur, cum textu
 originali convenire, aut testantium hoc vel illud dogma in divinis li- Cap. XIX.
 teris contineri, supponere, adeoque principio minus evidenti inni- Cap. XX.
 ti. Respondet ad hoc Saurinus, non verba, sed res ipsas doctrinam
 divinitus revelatam absolvere: hanc itaque, modo simplicioribus
 innotescat, semper characteres suæ divinitatis secum vehere, quæ
 demonstrationis moralis vicem sustineant. Tacemus argumenta
 Jurii alia, quæ Saurinus in cap. XIX sub examen revocat. Quibus
 expeditis, assertum suum, quod characteres, qui Scripturæ sacræ di-
 vinitatem probant, manifestam demonstrationis moralis vicem susti-
 neant, & quidem independenter ab operatione Spiritus sancti in
 cordibus credentium, tuetur, & ab accusationibus Jurii vindicat. Ni-
 mirum perperam illud pro falso, pro æquivoco, & parum suffici-
 ente a Jurió haberi contendit. Et ad falsitatem quidem hujus as-
 ferti quod attinet, ut unicum saltem delibemus, Jurius concedit,
 quidem, characteres Scripturæ externos etiam apud incredulos de-
 monstrandi vim habere, internis autem eam plane denegat, utut
 concedat, apud credentes his etiam demonstrandi vim competere.
 Sic

Sic sublimitate mysteriorum tantum abest, inquit, ut convinci improbi & profani homines possint, ut nihil magis a fide eos deterreat, quam quia talia ratione assequi nequeunt: styli simplicitatem potius ridebunt, quam ut ea se ad credendum induci patiantur: moralis doctrinae sanctitati aut opponere, aut praeferre praeceptiones Senecae aut Chinesium non dubitabunt. Gratulatur hic sibi Saurinus, quod characteribus internis a Jurio factem apud credentes demonstrandi vis non denegetur; hoc enim appime pro sua facere sententia: sed addit, nec apud non credentes eadem destitui. Si enim a sublimitate mysteriorum abhorreant, styli simplicitatem rideant &c. tale quid eos committere, quod cum sana ratione parum conveniat. Ostendit porro, frustra se a Jurio erroris argui, quod hisce characteribus demonstrationem moralem, & quidem independentem ab operatione Spiritus sancti, tribuerit: quae omnia fusius edisserit. In cap. XXI. revelationum,

Cap. XXI.

extraordinariarum mentio injicitur. Afferit quippe Saurinus, extraordinarias etiam revelationes suos characteres divinitatis sensibus & rationi evidentes secum vehere debere; quod si non sit, neminem sintae a Deo, an infernali genio profectae, certum esse posse. In quo quidem rursus secus sentit Jurius. Saurinus mentem suam alterius explicat docetque, revelationes extraordinarias aut expresse aut tacite notionibus communibus esse conformes. Id exemplo Abrahami & Eliae illustrat. Addit si a revelatione tale quid alicui injungatur, quod palam cum divina lege pugnat, ut idololatria, colligi, eam neququam a Deo esse. Sed ex iis quae de evidentia revelationum ordinariarum dixit, evidentiam extraordinariarum quoque probari posse putat. Interim de ipsis characteribus harum revelationum, quales sint, ut evidenter homo inde colligere possit, a Deo, non autem a Dæmone hoc sibi revelati, nihil certi definiri posse fatetur.

Cap. XXII.

In altera parte, ex ordinis quem sibi praescripsit, ratione, de testimoniis tum Patrum tum Reformatæ Ecclesiae Doctorum, quibus suam sententiam firmaverat Jurius, dispicit. Et in XXII. quidem capite, ad Arnobii, Augustini, Justinii Martyris, Chrysostomi, Basilii, Gregorii I, Theodoti Ancyranus Episcopi, Procli Constantinopolitani, & aliorum veteris Ecclesiae Doctorum testimonia a Jurio adducta respondet, evicturus, iis suam neququam feriri sententiam,

tentiam, progreditur hinc ad Theologos suæ Ecclesiæ modernos. **Cap. XXIII.**
 Hos omnes contra Saurinum militare, Jurius ex illorum doctrina de habitibus infusis probare voluerat; sed Saurinus distinguit habitus in pure infusos, pure acquisitos, & partim infusos, partim acquisitos. Fidem ceterasque virtutes habitibus partim infusis, partim acquisitis, annumerat, adeoque eas habitus acquisitos dici posse ait, prout pure infusis opponuntur, & vice versa. Concludit inde, ad ejusmodi habitum fidei acquirendum, cognitionem divinæ cœlestisque veritatis præcedere debere. Præterea ex doctrina Reformatæ Ecclesiæ **Cap. XXIV.**
 Doctorum de gratia immediata, Jurius evincere vult, eos neutiquam approbare sententiam Saurini. Hic ita hinc se expedit, ut gratiam in absolute immediatam, absolute mediatam, & partim mediatam, partim immediatam dispescat. Gratiam, per quam fides credentibus confertur, partim mediatam, partim immediatam esse contendit; recte tamen immediatam dici, prout absolute mediatæ opponitur, & certa media a Deo præscripta, lectionem & meditationem verbi, per quam ejusmodi homo de veritate doctrinæ cœlestis magis magisque convincatur, non excludere. Es ita de gratia immediata omnes Theologos Reformatæ Ecclesiæ sentire autumat. His ita præmissis, ad specialia descendit, & primo quidem Calvinum in suis Institutionibus, nihil quod cum sua sententia pugnet, docere, operose contra Jurius evincit. Deinde Bucerum, Hemmingium, Musculum, Petrum Martyrem, Chamierum, ut & Confessiones Ecclesiæ Scoticæ, Francicæ, Belgicæ, perperam sibi a Jurius opponi, demonstrare nititur. Idem & de aliis Reformatæ Ecclesiæ Theologis, Van der **Cap. XXV.**
 Wayen, Hornbeckio, Heidano, Burmanno, Witsio, demonstrat. **Cap. XXVI.**
 Hac occasione iterum Wolzogenii mentionem injicit, eumque non tantum a Synodo, quæ causam ejus cognovit, innocentem, hæreseosque & erroris immunem pronunciatum fuisse narrat, sed Marefii quoque, Heidani, atque Burmanni literas de ejus orthodoxia producit. Agmen claudunt maximi nominis inter Reformatos Theologi, Amyraldus, Mestrezatus, Turretinus, & Claudius. Singulare peculiare caput Saurinus destinavit, prolixè & operose in illorum sententiam inquirens, idque ut evincat, suæ potius eos sententiæ favere, tantum abesse, ut rectè a Jurius sibi opponantur. **Cap. XXVIII, XXIX, XXX, XXXI**

ACTA ERUDITORUM
REFLEXION UPON A PAMPHLET &c.

Hoc est :

ANIMADVERSIONES IN LIBELLUM QUENDAM, CUI TITULUS: *Observationes nonnulla de D. BURNETTO & JO. TILLOTSONO, occasione nupera orationis funebria huic ab illo dicta, prolata.*

Autore GILBERTO EPISCOPO SALISBURIENSI.

Londini apud Rich. Chiswell, 1696. in 8. plag. 10 $\frac{1}{2}$.

NEMINI obscurum esse potest, quam invisa iis, qui JACOBI Britanniae nuper Regis, contra GULIELMUM, Regem hodiernum, in Anglia partes tuentur, *Jo. Tillotsoni* Cantuariensis Archiepiscopi sit memoria. Eorum enim gravissimum odium non incurere non potuit, qui & alias fide semper in hodiernum Serenissimum Regem quam maxime fuit conspicuus, & in ejus locum surrogari se passus est, qui pro Rege suo illum agnoscere recusaverat. Nullam itaque & vivo eo praetermisere maledictis suis lacerandi illum occasionem, & in mortuum quoque omnem iram effundere non erubuerunt. Ex horum autem, qui male adeo Tillotsono cupiunt, numero quoque est Auctor libelli, cujus inscriptionem nobis modo representavit Reverendus maxime Salisburiensium Praeful *Gilb. Burnetius*; qui ei confutando aliquid operae impendere eo magis necessum habuit, quod ad ipsum quoque propalatarum in eo accusationum pars pertineret. Quas ut nos hoc in loco repetamus, & quam solide depulsa illae a Viro celeberrimo fuerint, ostendamus, non expectabunt Lectores: excerptemus tamen nonnulla, quae nosse e re illorum esse maxime judicaverimus.

Nihil frequentius in ore habent ii, quibus praesens rerum in Anglia status displicet, quam ut Doctoribus atque Episcopis illius regni, imperantis hodie Regis auspicia sequentibus, doctrinam, quam olim tenuerunt, objiciant, quod scilicet summo magistratui religionis praetextu non liceat resistere. Hanc doctrinam eos abnegasse, mutata rerum in Anglia facie, contendunt, eandemque Burnetto & Tillotsono dicam scribit Auctor, quem confutandum ille nunc sibi sumsit. Complura proinde loca ex scriptis Burnetti, praecipue ante mutationem hancce in lucem editis congestit, atque imprimis e libro, quem ex instituto ille scripserat, ut quosdam Scotiae cives ab hu-

hujusmodi moliminibus absterreret, in quibus hanc doctrinam eum quoque luculenter tueri ostendit. Verum respondet Vir reverendus, in eo ipso libro, quo vel maxime adversarius ejus nitatur, se clarissime docuisse, licere Principi resistere, si totalis ab eo Reipublicæ subversio imminet. Quamobrem etiam Deum & Serenissimum Regem suum in testimonium vocat, se eo tempore, quo totalis nondum religionis & libertatis subversio Angliæ erat metuenda, editis licet tyrannicis actionibus, nondum tamen in eorum sententiam ire voluisse, qui jam tum, qua ratione communi oppressori resisterent, consilia agitarint. Ast vero cum Legatos Romam ex Anglia, & in Angliam Roma ablegari, cum Episcopos Pontificios tanquam Papæ delegatos in Anglia se gerere, cum denique potestatem dispensandi circa leges Angliæ ambiri, imò Clerum ut illam publice proclamaret cogi cerneret, tum demum fundamentalem Angliæ legem, quæ velit ut legibus, non a Rege solo, sed a tota Natione in Parlamento congregata sancitis, regnum illud gubernetur, everti sese existimasse, adeoque de refrenanda Regis licentia una cum aliis cogitasse ait. Verum cum abiret etiam insuper, postquam aquæ adeo conditiones propositæ ipsi fuissent, ut nimirum libero Parlamento potestatem de salute nationis dispiciendi faceret; judicasse se dicit, pro desertore regni eum esse habendum, adeo ut auctoritatem ejus antea solummodo suspensam, nunc plane collapsam esse judicaverit, relicta Nationi potestate, ut quacunque ratione rebus suis prospiceret. Non itaque aliter se nunc sentire, de magistratu religionis prætextu non oppugnando, quam olim, luculente constare arbitratur. Eandemque esse ait aliorum Doctorum Anglicorum doctrinam, quos, licet tam clare ac ipse limitationem in scriptis suis non adhibuerint, reprehendendos tamen propterea non esse existimat; cum & Apostolus recte doceat, uxorem subjectam marito sicut Christo Ecclesiam esse, non addita de crudeli marito exceptione, utpote quam ipsa rei natura jam notam faciat. Et posito etiam, aliter paululum nonnullos antea sensisse, nihil tamen scandali ex mutata sententia eorum eriri posse credit. Duabus enim quæstionibus ait totum illud negotium constare, quarum altera sit, an prætextu religionis Principi suo resistere subditi queant? altera, quantum libertatis sibi Regni Angliæ civis reservaverint, & an periclitantibus legibus

p. 32.

p. 34.

p. 37.

p. 39.

p. 43.

bus eorum fundamentalibus, Regibus suis possint obniti? Illam quæstionem Theologicam esse, firmiterque eam hodiernum etiam omnes Angliæ Doctores negare. Alteram ex Jure civili & Historia decidendam ait, eaque forsan, quæ ad illam spectant, omnibus non satis olim fuisse explorata. Et hoc observato, omnes illos clamores, quibus Vertumni esse arguantur Episcopi atque Doctores, partes Jacobo adversas secuti, scandalaque inde exurgentia exaggerentur, retundi posse arbitratur. Prolixius Burnettus huic argumento insistit, quod præcipuam illam accusationem esse ipsemet agnoscat inter eas, quas adversarius ipsi & aliis fratribus ejus intenuit. Reliquas, utpote quas tanti momenti non esse ait, brevius absolvit. Et sane ita comparata illa sunt, ut ancipites hæreamus, an ulla earum repetenda hic nobis sit. Ut ex paucis tamen indoles reliquarum appareat, nonnulla recensuisse non pigebit. Exprobrat Reverendo Viro inter alia adversarius schedas quasdam, in quibus divortium ob sterilitatem legitime institui posse affirmaverit, idque eo fine, ut ad alias nuptias Carolus II procedere posset, quod Shaftsburiæ Comitem aliosque nonnullos eo tempore agitalle ait, Jacobum Caroli fratrem regni hæreditate defraudare hac ratione cupientes. Respondet ad hoc ipsum ille, Shaftsburiæ consilia, quæ illo tempore agitalle, incognita prorsus sibi esse. Hoc tamen se recordari ait, quod a Duce Lauderdalio quæstio ista proposita sibi fuerit. Primum dicit eum fuisse, ex quo Jacobi Eboracensis eo tempore Ducis religionem resciverit; quod ipsum cum non sine summa animi consternatione eum accepisse laudatus Dux animadvertisset, illum divortii mentionem facere coepisse, variasque rerum circumstantias narrasse ait, quas silentio nunc prætermittendas ducat. Postea tamen se certiore factum esse, statum causæ minus recte constitutum fuisse, dicit. Præterea XXVII ætatis annum eo tempore vix sese excessisse, legumque civilium, quibus primis ætatis suæ annis vacaverit, auctoritate præstrictum fuisse fatetur: ut adeo ex Digestis, Codice & Novellis multa coram Lauderdalio, quæ haberent causæ istæ, allegaverit. Cumque desiderasset ille, ut in chartam ea, quæ prolata ore fuerant, conjiceret, hoc etiam sese fecisse non dissimulat. Veruntamen postquam accuratius rem expendere datum fuisset, aliter se judicasse, & per literas proxima hyeme

P. 76.

me ad Duem scriptas priorem sententiam retractasse, imò integro libro, sed nondum edito, eam se confutasse testatur. Verum factis de istis. Non inviti forsan Lectores accipient, quod inter alia Historiæ Reformationis Anglicanæ ab Auctore consignatæ, ejus adversarius de male representatis quibusdam Lutheri literis, ad controversias de sacramento cœnæ spectantibus, objecit. Suspectæ jam olim visæ fuerunt illustri Seckendorffio literæ istæ, prout a Burnetto editæ fuerunt, cumque ob illas quosdam familiares suos apud Reverendum Virum inquirere jussisset, hujus opera, uti ipse hoc loco narrat, factum fuit, ut Lutheri autographum iis perlustrandum concederetur, qui tamen aliam nullam differentiam ab autographo deprehenderint, quam quod pro *nihilominus*, in autographo *nihil minus* scriptum notarint. Verum etiam si plures forte, quam illa, mutationes factæ sint, quod nec ipse Rev. Auctor plane negare sustinet, omnem is culpam in ipsum Lutherum rejicit, cujus literæ male adeo pictæ fuerint, ut legi facile a nemine valeant: utque eo minor navus ille appareat, quocunque modo momentum illarum literarum elevare nititur. Sunt, fatemur, alia in hoc scripto, quæ præsentis Angliæ conditionis curiosis indagatoribus ingrata esse non possunt, atque in primis Episcoporum ob juramentum recusatum, depositorum causa fuse examinatur. Verum hujusmodi res aut plane excribendæ, aut omnino prætermittendæ sunt; quomobrem plura referre de istis jam superfedemus.

CONRADI SAMUELIS SCHURZFLEISCHII ORATIONES

Panegyrica & Allocutiones variis argumentis.

Vitembergæ, apud Hæredes Meyerianos, 1697. in 4. Alph. I. plag. 5.

EA Polyhistoris celeberrimi, cujus Orationes & Allocutiones varii generis unum in fasciculum colligatæ hic exhibentur, optimarum quarumque litterarum est peritia, ea in dicendo vis & elegantia gravitasque, ut cavendum merito sit, ne eorum, quæ a limatissimo ejus ingenio profecta sunt, quicquam intercidat. Ipsos sermones, quos ex tempore, nec quicquam præmeditatus, in publica privatave doctrina, prout a proposito digrediendi occasio se offert, ad auditores suos mira felicitate, (qua Buchnerum ipsum, cujus masculam ubique Latinitatem æmulatur, longissime superat,) habere

solitus est, par erat æquumque non abire in auras, aut præsentium. solum auribus animisque illabi, sed excipi scribarum calamis, ty-
porumque beneficio cum Orbe literato communicari. Quanto
magis interfuit, Orationes ejus ac Allocutiones, in quibus rite & ex
artis præcepto componendis in museo suo elaboravit, & quas ipse,
quæ præto subjicerentur, dignas jam olim reputavit, seræ posteritatis
usui conservari? Itaque & fratribus *Knaustii*, Viris-Juvenibus do-
ctissimis, quod ejus hæc monumenta ingenii, seorsim antehac ty-
pis excusa, sed plane dispersa ac tantum non deperdita, magno un-
dique studio collegerint, & ipsi disertissimo Auctori, quod, ut de-
nuo ea & junctum quidem edi pateretur, exorari se fuerit passus,
gratias maximas debemus; meritoque, ut & Disputationes ejusdem
Academicæ, ut & commentationes aliz pari modo propediem luci
publicæ exponantur, optamus. Ceterum uti Orationes & Allo-
cutiones præsentis perlegi ab unoquoque malimus (cujus quidem
operæ neminem poenitebit) quam hoc loco prolixiora ex iis excer-
pta dare: ita brevi tamen recensu methodi, qua isthæc Auctoris
nostri opuscula disposita in hoc volumine comparent, supersedere
non possumus.

Primum nempe locum justæ solennesque Orationes, quas ad
cives academicos ex cathedra diversis temporibus recitavit, occu-
pant; quas inter Panegyricæ quatuor eminent, quarum prima in
Climactericum magnum JOHANNIS GEORGII II. Saxoniz Ele-
ctoris gloriosissimæ memoriæ, fuit habita: altera honori supremo
Divi JOHANNIS GEORGII III. consecrata fuit: tertia in natalem
Serenissimi Principis FRIDERICI AUGUSTI, Electoratus Saxonici
tum Heredis, fuit instituta: quarta *Henrici Liberi Baronis a Frisen*,
summi in Domum Electoralem Saxonicam meritis illustrissimi, tum
defuncti, elogia prosequitur. Sequuntur Orationes in funeribus
celeberrimorum inclytæ Academiz Witembergenfis Doctorum, ni-
mirum *Johannis Meisneri* & *Abrahami Calovii* Theologorum,
Casparis Ziegleri Jcti, & *Andree Semmertii* linguarum orientalium,
Professoris, nec non *Quasturz* Witembergenfis Præfcti *Andree*
Habnii, dictæ. Has excipiunt Allocutiones solenniore quatuor,
quas ad auditores, jam redux ex Italia, jam ex Ubiorum finibus
rever-

reversus, jam occasionibus aliis instituit. Major est Allocutionum reliquarum minoris momenti varietas, in classes sex distributarum, quarum I est nuptialium; II ad Candidatos honorum Academicorum; III disputationibus, orationibus & libris quorundam subjunctarum; IV dedicatarum; V apodemiarum; VI consolatoriarum: quibus denique variarum Allocutionum Appendix subnectitur.

A CONFERENCE WITH A THEIST &c.

h. e.

COLLATIONIS CUM THEISTA PARS II, QUA RELIGIONIS naturalis imperfectio, Divina revelationis necessitas, Mosaicarum legum rationalitas, veritasque miraculorum ejus demonstrantur, simulque de diluvio, de sacrificiorum origine, nec non mediatorii Christi officii rationalitate disquiritur, Auctore GULIELMO

NICHOLLS, S. Th. D.

Londini apud Franc. Saunders & Thom. Bennet, 1697. in 8.

Constat plagulis 21.

Benigna plerorumque approbatio, qua partem priorem hujus Collationis, a nobis quoque in Actis superioris anni p. 537. seqq. recensitam, exceperunt, Reverendum ejus Autorem permovit, ut alteram hanc partem non tantum publicæ luci exponere, sed edendæ etiam tertiz spem nobis facere animum induxerit. Duo autem potissimum secundam hanc Collationem capita absolvere videntur. Primo enim de Naturali Religione cum *Credentio* disputat *Philologus*, an ea Deo rite colendo vitæque recte institutendæ sufficiat, disquirens: deinde vero Religionem Revelatam, quam ille tuetur, variis argumentis oppugnat. De naturali religione disserendi initium facit, eamque primis & antiquissimis temporibus obtinuisse, quibus aurea nimirum apud homines viguerit ætas, gloriatur, Sacerdotum postmodum fraudibus misere corruptam. Verum ex omnium omnis ævi nationum historia, nullam hujusmodi naturalem religionem, quæ rationis unice sequi professa fuerit distamina, unquam existisse demonstrat *Credentius*, sed sua quamvis gentem oracula, sacerdotes, sacrificia aliasque cæremonias ritusque sacros, a primis usque humani generis initiis habuisse. Imp
p. 5.
p. 21.
p. 32.
ipfa

- ipsa quoque prima principia moralia, quæ naturalia & connata Scholasticorum Doctorum grex vulgo appellare suevit, ex revelatione humano generi primitus innotuisse, & per traditionem postmodum propagata esse evincit. Cum autem primam, quam naturalis religio passa est, corruptelam inde originem ducere persuasum habeat *Philologus*, quod in mentem hominibus venerit ænigmatibus res theologicas involvere, unde omnis illa mythica exsurrexerit theologia; plane *Credentius* illam sententiam evertit, atque ista, quæ a Platone in Cratylo aliisque traduntur sub Jovis, Junonis cæterorumque Deorum nominibus latere mysteria, mera commenta Philosophorum, turpitudini religionis suæ velum honeste obtendere satagentium, esse ostendit: atque potius confusioni theologiæ cum obscœnis Principum suorum historiis, aliisque causis, quas prolixè recenset, omnem Gentilium religionem deberi, demonstrat. Omisâ igitur ista disceptatione, *Philologus* eam tanquam optimam & vere naturalem religionem deprædicat, quæ inter sapientiores Gentiles obtinuit, quales Plato, Cicero & omnis Stoicorum grex fuerint, quorum scripta vitæ optime instituendæ regulis præclarissimis, atque ad homines persuadendos maxime idoneis referta plane sint atque stipata: quæ proinde sacris scriptoribus longissime anteferre non dubitat. Hinc itaque occasionem *Credentius* nanciscitur ejus, quam moralem vocant, partis philosophiæ defectus ostendendi: utpote quæ cum aliud, quam insitam mortalium, p. 54. mentibus superbiam, fundamentum non habeat, veri Dei cognitione destituatur, in virtutibus vitiisque definiendis multum aberrat, imperfectissima non possit non esse: unde factum esse evincit, ut p. 56. cum Philosophi, tum vulgus hominum, spurcissimis vitiis contami- p. 59. natam duxerint vitam. Quorum enormia maxime, qualia idololatria, magia, hostiarum humanarum oblatio, aliaque quamplurima, Christianæ doctrinæ ope abrogata eliminataque esse probat.
- p. 76. Quid ad hæc *Philologus*? Sane imperfectam adeo religionem naturalem esse, ut ad æternam vitam homines deducere nequeat, vel eo sibi persuaderi non patitur, quod divina misericordia indignum esse videatur, minima generis humani parte meliore luce collustrata, reliquos mortales omnes cum religione sua naturali exitio permittere: si autem Gentiles per eam salvari queant, se quidem intel-

intelligere non ait, cur alia sibi sui que similibus via opus sit. Diversam itaque plane rationem esse Theistæ in sinu Ecclesiæ educati, p. 78.

& Gentilis cui nunquam melior radius affulsit, ante omnia demonstrat *Credentius*. Deinde autem Gentiles etiam, quamvis ad unum omnes infernalibus addicere non audeat carceribus, ad illam tamen salutem, quæ Christianorum propria futura est, accessum minime habituros existimat: forteque adeo alias mansiones futuras arbitratur, ad quas melior Gentilium pars post hanc vitam sit admittenda, ab iis, quas fide sese amplexis præparavit Salvator, plane diversas. At pergit nihilominus adstruere *Philologus*, perinde id esse, quacunque religionis externarumque cæremoniarum lege summus ille, p. 80.

Deus colatur, atque imprimis Siamensis Regis sibi placere ait responsum, quod ab eo Gallicus Orator, ut Christianissimum amplecteretur, ei persuasurus, ab illo tulisse dicitur. Potuisse scilicet Deum, si visum ei ita fuisset, omnes mortales uti faciebus animisque prorsus sibi invicem similibus condere, ita uni quoque eidemque legi atque religioni submittere. Verum visum esse Deo opinionum circa religionem tolerare diversitatem, quod non minus cæremoniarum varietate coli, quam creaturarum insigni diversitate glorificari gaudeat. Attamen luculente satis evincit *Credentius*, quam periculosum sit ita sentire, quamque hypocrisim & idololatriam evitare nequeat, qui quocunque cultus genere Deum prosequi sibi licere putet. Atque ut cætera, quæ *Philologo* opponit, taceamus, Siamensium Regi potissimum respondet, neutiquam eum ex permissione divina ejus approbationem justa sequela posse elicere; namque alias eum etiam cogi ut admittat, vitiosos quoque habitus purissimo illi Enti non displicere. p. 84.

Et hæc quidem præcipua sunt disputationis de religione naturali momenta. Jam quæ de revelata, doctrinaque de Mediatore disceptent invicem *Philologus* atque *Credentius*, videamus. Primo nempe statim loco *Philologus* fatetur, se humani ingenii infirmitatem, divinamque ex altera parte misericordiam expendentem facile adduci, ut credat, revelasse Deum aliquid de voluntate sua, quo dirigat fluctuantes hominum mentes. At characteres sibi dari postulat, quibus cognoscat, ubi demum gentium salutaris illa habeatur revelatio, cum nulla non inveniatur natio, quæ eam non ina-

- niter jactet, ipsaque etiam sacra Scriptura revelationes inter Gentiles quoque extare confirmet, nullamque adeo Judæis & Christianis præ iis prærogativam relinquat. *Credentius* igitur, ut dubio huic satisfaciatur, negat omnino revelationes divinas inter Gentiles haberi, quibus religio eorum stabilietur; id quod ex impuritate ejus probat, quæ divinæ nequeat esse originis. Cumque varia Scripturæ loca, quæ Philologi sententiæ favere videntur, ab eo opposita fuerint, distincte ad ea omnia respondet. Melchisedeco certe divinas revelationes obtigisse fatetur, utut Judæus haud fuerit. Verum nec Gentilem idololatram eum fuisse ostendit, sed genuinum antiquæ Ecclesiæ Noachicæ membrum. Locum Malach. I, 10 quod attinet, quo Spinosa etiam placuit abuti, ut deteriorem Gentilium quam Judæorum conditionem non esse ostenderet; vaticinium illud esse de statu Gentium sub regno Messiae evincit, nihilque plane ad stabilendam causam, quam Philologus agit, facere. Ea porro quæ e Pf. CXLV, 9. 18. adducta fuerunt, nullam inter Gentiles institutionem divinam, revelationi Judæis editæ æquandam, sed universalem Dei in omnes creaturas suas amorem notare. Jobi exemplum nihil quoque huc facere, utpote cujus non alia quam omnium ante legem fidelium conditio fuerit, cum idololatrarum impietate nihil habens commune: idemque etiam ei Noachum & Enochum objicienti respondet. Jonam autem & Obadiam cum Gentiles, Gentiliumque Prophetas facere ausus fuerit *Philologus*, contrarium de illo luculenter probat ex 2. Reg. c. XIV, de hoc vero ex ipsis ejus oraculis, maxime ex comm. 17 & 18. Quod vero per suos quoque Prophetas, Esaiam, Jeremiam, Ezechielem & alios, oracula ediderit Deus ad Gentiles spectantia, id Philologi causam minime juvare docet, cum non religionem eorum stabiliant, sed judicia divina iis annuncient, quorum prædictione Judæi ab iis oppressi solamine afficiebantur, & ad divinam cognoscendam justitiam fortius incitabantur. Balaami denique exemplum ad vincendam causam, parum idoneum esse ostendit; nequaquam enim ex eo colligi posse, prophetiæ donum commune Gentilibus cum Judæis fuisse, cum manifeste pateat, Judæorum gratia superstitioso illi incantatori tum solum Spiritum Dei obvenisse; nec meliorem tum ejus quam asinæ illius antea conditionem fuisse, cujus tamen exemplo nemo brutis animalibus

man-

mantibus prophetias & revelationes asserere audeat. Secundum du-
 bium *Philologo* movet sapientia justitiaque divina, cui consentane-
 um esse non putat, ut neglectis omnibus orbis incolis, stultissimo
 & pervicacissimo Judæorum populo oracula sua, lumenque meli-
 us crediderit Deus. Verum & nihil indignum justitia providen-
 tiaque divina admissum hic esse, *Credentius* monstrat; & alia haud
 pauca esse providentiæ divinæ opera docet, quorum rationem in-
 firmi homines reddere nequeant; & stultum adeo ac male sanum
 Judæorum populum haud fuisse ostendit, quam a plerisque repræ-
 sentari soleat, eaque occasione a Justini & Taciti potissimum eos
 calumniis vindicat. Jam itaque porro suam de inspiratione divi-
 na sententiam *Philologus* exponit, sibi que non persuaderi posse ait,
 Prophetis, qui inspirati esse dicuntur, alia ratione divinam mentem
 esse, revelatam, quam ea, quæ communis est & naturalis, ratioci-
 nationis nimirum, qua ad scientiam pervenitur. Quam ratiocinan-
 di & cognoscendi facultatem cum a Deo habeamus, revelationem
 dici omnino posse censet. Nihil autem aliud, quam usum nominis
Dei apud Hebræos effecisse, ut parum probabilem de Prophetis sen-
 tentiam Judæi pariter ac Christiani amplecterentur. Fuisse enim iis
 familiare, ut res magnas atque extraordinarias, adjecto Dei nomine,
 significarent; sic enim *montes Dei, somnum Dei*, & alia dici invenimus.
 Viros itaque etiam Dei, non homines divinitus inspiratos, quod parum
 sapiens crediderit posteritas, sed viros præstantes, quos *divinos* Græci
 quoque & Latini dicerent, initio significasse: per *Spiritum autem Dei*,
 quem habere dicuntur, mentis habitum divinum atque excellentem,
 denotatum esse. At nihil aliud quam doctas nugas omnia ista esse, *Cre-
 dentius* ostendit, qui luculentum discrimen inter naturalem cognitio-
 nem & revelatam collocat. Ad observationem autem de *Viris Dei* illi
 respondet, rarissimum illius appellationis in S. litteris usum esse;
 contraque alia nomina & phrasés de Prophetis magis frequenter
 usurpatas ei opponit, quæ peculiare aliquod cum Deo commerci-
 um manifestissime innuant. Denique cavillationem de *Spiritu
 Dei*, æquivocatione vocis *spiritus*, quæ *mentem* in Scripturis quan-
 doque significat, subnixam quod attinet, loca producit, in quibus
 non *mentis excellentiam*, sed revelationem divinam, non posse non
 per *Spiritum Dei* significari arbitratur. Taliaque esse putat *Gen.*

p. III.
 p. 113.
 p. 114.
 p. 117.
 p. 119.
 p. 125.
 p. 126.
 p. 127.
 p. 129.
 p. 130.
 p. 132.
 p. 135.

- P. 138. XLI, 38. Num. XXVII, 18. Ef. LIX, 21. Ezech. XI, 5. & alia quamplurima. Concedere itaque *Philologus* videtur, fuisse eam, quam putat *Credentius*, Judæorum phrasibus istis utentium opinionem: verum absonam eam esse censet, eorumque ignorantia naturalium rerum & crassæ superstitioni deberi, qua inducti ad Θεὸν ἀπὸ μηχανῆς retulerint, quod rectius ad vividam aliquam imaginationis vim retulissent. Namque eam solum necessarium Prophetæ requisitum esse, ex ipsis S. litteris confirmare audet, quæ viros sapientes, qualis Salomon, Heman, Darda, Kalchol, Prophetas nunquam faciant, utpote in quibus locum phantasiæ ludibriis prudentiæ eorum non reliquerit: contra vero rudem rusticorum & pastorum plebem, & infirmas mulierculas prophetico dono ornatas repræsentent. Imo
- P. 139. & urget, quod pro affectuum varietate differant eorum prophetiæ, quodque proinde musica & aliis rebus eos excitare quandoque conati fuerint, ut lætiora prædicere valerent, quod ex 2. Reg. III, 15. potissimum confirmat. Denique sæpe revelationes opinionibus firmiter hærentibus, utut falsis, originem debere, nihilque aliud prophetiam esse, quam vehementem imaginationem cum bona intentione conjunctam, ex Ezech. XXI, 21. & Matth. II, 2. conatur evincere.
- P. 143. Jam quid ad omnia ista *Credentius*? Primo omniævi sapientes, revelationes a Deo procedere existimasse, ex Cicerone, Jamblichō & Xenophonte probat. Deinde imaginationis vim ejus causam.
- P. 144. non esse, fuse demonstrat. Namque Moïsi aliorumque exemplis ostendit, magis quam alios homines melancholiæ deditos Prophetas non fuisse, quod tam vitæ, quam egerunt, instituta, quam scripta eorum nihil simile scriptis Teresiæ, Pazziæ aliarumque melancholicarum mentium foetibus habentia, abunde testari ait. Atque adeo Petiti commentum, quod Lib. I. de Sibyllis proponit, quod scilicet melancholia primum sit requisitum, quod Prophetam constituat, penitus evertit. Imo Davidis imprimis exemplum urget, quem sanguinei temperamentum hominem fuisse, ex S. litteris abunde constat.
- P. 153. Cum sapientia autem prophetiæ donum consistere non posse, falsissimum esse, Moïsi qui institutus erat in omni Ægyptiorum sapientia, Nathanis, Esaïæ, & Danielis, qui in Regum aulis fuerant educati, exemplis facile evincit. Imo & Salomoni bis sese revelasse Deum, sacra nos docere oracula urget. Atque Hemanum etiam, quem

quem itidem impedivisse sapientiam, quo minus Propheta esset, dixerat *Philologus*, in Prophetarum ordinem referri 1. Chron. XXVI, 5. observat. Ab affectibus porro vaticinia & visiones Prophetarum non pendisse, quamplurimis exemplis probat, interque alia Danielis, qui in summo luctu constitutus, lætissimam a Gabriele de adventu Messiae promissionem acceperit. Elifæi exemplum quod concernit, non ad excitandos affectus, sed ad componendam perturbatam improbi Regis præsentia mentem, musico instrumento eum usum esse dicit, ut mens quieta divinas impressiones recipere apra evaderet. Falsas opiniones revelationibus sese miscere, ex allato Ezechielis loco probari non posse docet, utpote quo superstitionis Babyloniorum ritus tantum describantur, neutiquam autem veræ editæ esse dicantur prophetiæ. Ex Magorum autem Christum adorantium historia, nil aliud colligi posse, quam occasionem Deum arripuisse ex superstitione eorum, ut ad Christum, veram lucem, eos perduceret. Prolixe deinceps de miraculis inter se disputant, qua occasione varia miracula, atque imprimis id, quod patratum a Josua est, Soli, ne cursum suum perageret, donec hostes suos penitus delevisset, præcipiente, vindicat *Credentius*. Inde vero de sacrorum Scriptorum divinitate contendunt, quorum fidem variis argumentis *Philologus* impugnat. Et Mosi quidem auctoritatem suam ereptum it, rationibus potissimum ex tradita ab eo diluvii historia petitis. Dicere enim, quod universus mundus eodem tempore aquis perierit, non minus absõnum censet, quam si sputo suo submersum & suffocatum hominem esse affirmes. Huic itaque dubio obviam iturus *Credentius*, ante omnia utilem atque non sine ingenti & eruditionis & ingenii laude susceptum a Th. Burnetio laborem commendat, quo diluvii possibilitatem incredulis persuadere conatus est. Non dissimulat tamen, haud pauca esse, de quibus ut assensum ipsi præstet, adduci non possit. Quemadmodum & in ingeniosissimi Woodwardi (cujus Tentamen circa Naturalem Historiam Telluris Tomi III Supplementorum sectione I pag. 7. seqq. justo studio recensuimus) ac Whistoni (cujus Theoriam Telluris hoc ipso anno editam propediem recensebimus) methodis diluvii universalitatem probandi nonnulla animadvertit, quæ parum certa ipsi videntur, hoc loco annotari quidem non indigna, sed quæ tamen ni-

p. 154.

p. 175.

p. 160.

p. 185.

p. 187.

- p. 198. miæ prolixitatis metus præterire nos jubet. Ipsemet ita procedit, ut primo diluuium aliquod uniuersale mundo aliquando obtigisse, tum ex constanti traditione gentilium quoque scriptorum, tum ex
- p. 201. marinis, qualia ostrea, conchæ, & alia, in locis mediterraneis re-
pertis probez. Deinde autem, ut aquam suppetuisse Deo, qua ad
eam usque, quæ a Mose traditur, altitudinem obruere mundum,
potuerit, ostendat, in visceribus terræ immensam aquarum vim de-
litescere, quam ea crustæ instar ambiat, cum clarissimo Burnetio sta-
ruit, idque ita esse, ex Maris Mediterranei phænomenis demonstrat.
- p. 202.
- p. 205. Jam itaque totius terræ ambitum 8000 milliaria absoluerè supponit; hujus autem numeri partem trigessimam secundam crustæ constituere crassitudinem putat, ut adeo ea 250 milliaria crassitudo sua conficiens, consistentiam terræ in rapidissimis ejus motibus tueri queat. Vel si ea crassitudo sufficere alicui non videatur, non impedire se ait, quo minus 500 milliaria crassitudini terræ, abyssum aquæ ambientis, tribuantur. Nam sic quoque computanti appariturum, abunde sufficere aquas in residuo spatio concavo terræ abditas, ad obruendam uniuersam terram ea, qua Moses scripsit, ratione, nullaque alia re opus fuisse, quam ut Deus miraculosâ sua potentia, per foramina in fundo marium apparentia, & communicationi inter illa & abyssum inservientia, tantum, quantum negotio isti sufficiebat, aquæ extraxerit. Duo tamen sunt, quæ hic excipit *Philologus*, alterum, ipsam illam miraculosam Dei potentiam, qua extraxerit aquam, callidum potius esse Theologi *κρυπτοφυγτον*, quam dignam Philosopho difficultatis solutionem; alterum, suppositionem illam de aquis in cavitatibus terræ delitescensibus, destruere specificæ gravitatis leges, utpote quæ aquas terra leviores infra terram multo iis graviores constituat. Ad primum itaque *Credentius* responderet, omnino miraculum agnoscendum esse: si enim ordinariis naturæ legibus factum esset diluuium, poenæ rationem id habere non potuisset. Alteram vero objectionem, a specifica gravitate petitam, ex uniuersæ naturæ praxi vanissimam esse demonstrat. Ut enim pauca, sed præcipua hic repetamus, Sol centrum omnium planetarum est, quorum nullus materiæ levitate & subtilitate ipsi æquari potest: et in ipsa terra, gravissima fossilium superficiæ ejus proximæ sæpe sunt, levioribus stratis in locis multo profundioribus obuiis.

Sic

Sic in vegetabilibus, secus quam gravitatis leges jubent, fibræ sursum tendunt, & liquor succusve arborum contrario, quam naturâ poscere liquidorum videtur, motu superiora petunt; ut alia hujusmodi ab eo allata nunc taceamus. Cum autem nihilominus *Philologus*, quomodo extractio illa aquarum ex abyssu fieri poterit, scire cupiat, *Credentius*, ut ei aliquo modo satisfaciat, fieri id potuisse ostendit per extraordinariam Dei potentiam, Terra ad Lunam propius adnota: quæ pressura sua maribus, & consequenter abyssu, per varios meatus cum iis conjunctæ incumbens, ut effunderent se aquæ abyssi effecerit, quibus incrementi nonnihil ex continuis imbribus accesserit. Missa itaque tandem diluvii historia, miracula Mosis *Philologus* impugnat, quæ meras fraudes, ad fallendum arbitrioque suo regendum populum compositas fuisse, atque adeo Mosen verum Prophetam non existuisse, persuasum habet. Sic v. c. Deum in igne leges ferre cum finxisse ait, ignivomum monte ad fraudem istam abusum. Verum & ignivomi montis nullum vestigium esse in Sinai, *Credentius* ostendit, cum Ætna aliisque Vulcanis illum contendens; & apparitiones Angelorum, qualem istam in Sinai fuisse statuit, pariter ac ipsius Dei apparitiones, in igne factas semper esse, ex Jamblichô, Plutarcho, Orpheo aliisque Gentilium Theologis sacrisque eorum ritibus probat. Simili diligentia miraculum in mari rubro patratum inter se expendunt, & sic demum ad ipsas leges Mosis paulo penitius considerandas accedunt. Earum enim pars haud exigua, ridicula prorsus & omnis consilii experta *Philologo* videtur. An enim, inquit, sapientis Legislatoris curam dignum aliquis censeat prospicere, ne bestiarum sanguine quisquam vescatur: ne bos & asinus eodem iugo jungantur, & similia? Forensium vero legum plerasque pro iniquis & crudelibus habet. Quæ tamen optima ut esse omnino videantur, recta earum explanatione, & cum aliarum sapientissimarum gentium legibus collatione, *Credentius* efficit. Prætereaque etiam ostendit, falsum esse, quod *Philologo* in mentem venerat, tulisse nimirum Mosen leges plerasque, ad Zabios habito respectu. Nullam enim unquam gentem hoc nomine existisse, esseque supposititios, qui Majemonidis ævo circumferebantur sub nomine eorum, libros omnes, fuisse ostendit. Nec minus falsum esse demonstrat, quod paulo post ille ait, cultum divi-

p. 114

p. 118

p. 121

p. 123

p. 137

p. 147

p. 153

- p. 257. 259. divinum a Mose institutum ab Ægyptiis eum mutuatum esse, adeoque a Deo non accepisse. Ubi circumcisionem, Urim & Thummim, lintea sacerdotis vestimenta, Cherubinos, arcam foederis, novilunia, purificationes & lustrationes, templum Hierosolymitanum aliaque hujusmodi ab Ægyptiis ad Judæos translata non esse, contra Spencerum, Marshamum & sequaces eorum fuse demonstrat. Atque apud alias quoque nationes oppido multa esse docet, quorum aliqua cum Judaicis moribus sit convenientia, quæ tamen ab iis ad hos propterea translata esse nequeant dici. Sed nondum tamen *Philologus* impugnandi Mosis finem facit, sed eum pariter ac omnes reliquos V. T. Scriptores gravissimorum errorum accusat, atque imprimis id moleste fert, quod anthropomorphitarum errore contaminatos fuisse omnes deprehendat. Sed longissime eos ab isto delirio abfuisse, *Credentius* evincit, luculenta loca producens, quibus Deum Spiritum esse affirmant; ea, quæ membra Deo, affectus item & mores humanos tribuere videntur, dextre exponens; nullamque linguam humanam aptam esse ostendens, ad Deinaturam & actiones vocibus satis propriis exprimendas. Imprimis notari meretur, quod verba Mosis, dicentis, audivisse Protoplastos vocem Dei deambulantis in horto, ita exponat, audivisse eos ventum seu vocem, quæ comitari solebat præsentiam Angeli, per quem Deus cum ipsis agere sueverat, atque ea ex Job. XXIIIX & I. Reg. XIX, illustret. Cum vero idem Moses orat Deum, ut faciem ejus intueri sibi liceat, non oculis corporis intueri illum Deum voluisse dicit, utpote quibus eum haud patere optime noverit: sed magis claram Angeli in nube hætenus ipsi apparentis manifestationem desiderasse, ut magis evidens signum divinæ missionis suæ Judæis inde nasceretur. Denique Jonam non omnimodam Dei præsentiam effugere voluisse, sed prophetica tantum, existimat, vulgari forsan etiam Judæorum opinione occupatum, in terra a Gentilibus habitata revelationes divinas dari haud solere. Tandem etiam ad ea respondet, quæ in actionibus Prophetarum taxat *Philologus*, v. g. quod 390 dierum spatio in latu reclinis jacuerit Ezechiel: quod meretricem duxerit Oseas: quod parum reverenter in Reges se gesserint Samuel & Hanani. Ultimos enim hosce mandato divino & concessa a Regum Rege autoritate excusat: illorum vero monstrosas actiones in visione plerumque, non

non reapse factas esse, ad significandas maximi momenti res existimat. Aggreditur igitur denique *Philologus* doctrinam de satisfactione & expiatione pro peccatis, quam per sacrificia fieri Judæis, per Christum Christianis Sacerdotes lucello inhiantes persuaserint; cum tamen illa doctrina Dei naturæ plane conveniens non sit, quem tanquam implacabilem & ad reconciliationem parum proclivem repræsentet. Indignam itaque Deo non esse *Credentius* ostendit rem istam, utpote cujus non misericordia tantum, sed & justitia attributum sit, Sacrificia autem non ideo tantum, ne gratis peccare viderentur homines, instituta esse, sed ut Christi sacrificium repræsentarent, evincit: eaque adeo antiquissimæ institutionis divinæ, ab Adamo ad omnes gentes derivatæ, esse docet. Cumque videre se non dicat *Philologus*, quid mediatore opus sit, cum omne id, quod post peccatum, homo præstare queat, poenitentia sit, mediator vero meliorem hominem non faciat: ideo saltem *Credentius* mediatore opus esse docet, ut læso Dei honeri satisfiat; id quod salva justitia divina nequeat omitti. Præterimus reliqua, quæ e Socinianorum maximam partem scholis petita opponit contra doctrinam de mediatore *Philologus*, & *Credentius* confutat; jam dudum enim, ut de fine cogitemus, alia quæ opëram nostram sibi deposcunt, nos admonent.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΕΡΙ ΠΟΙΗΤΙΚΗΣ.
 ARISTOTELIS DE POETICA LIBER, EX VERSIONE
 THEOD. GOULSTONI, perpetuis notis analyticis illustrata.

Cantabrigiæ apud Jo. Hayes, sumptibus Th. Dawson, 1696. in 8.

Constat plag. 15.

ARtem poeticam, generi humano admodum utilem quum intelligeret, & quantos fructus ferre posset præclare videret, judicio suo ac cognitione multa pulcherrimarum rerum ornare voluit Aristoteles, simulque, quæ ipsius tractandæ optima ratio esset, amatoribus illius indicare. Nam quum longo tempore Athenis observasset, quæ laudi aut vitio poetis darentur, & ingenium id judiciumque haberet, quod metiri res omnes facile valeret, veramque illarum formam cerneret, haud difficulter omnes poeticæ artis numeros ac partes pertractavit. Eam sane primum ipsum aggressum esse, nec ante ei incubuisse alios, reperimus: post Aristotelem et-

Bbb

iam,

iam, qui aliquid huic arti addiderint, multumque in ea progressi sint inter veteres, minime feruntur. Ipsi duos libros *πραγματειῶν τέχνης ποιητικῆς* memorat Laertius, singularem etiam librum Aristotelis citat, qui inscriptus fuerit *ποιητικά*, & tres libros *περὶ ποιητῶν*. De quibus videndus Petr. Joh. Nunnescius ad vitam Aristotelis scriptam ab Ammonio vel Philopono not. 17 & 18. Ex istis libris unicus modo fragmentum superest, gratum nobis acceptumque, ut esse solent quæ e magna quadam procella naufragioque fortuna servavit. Multa enim in isto præcepta continentur, disputationesque tam acutæ & poetæ informando necessariæ illi existunt, ut omnia opera in eo diligenter legendo bene collocerentur, fructusque maximus inde capiatur. Proinde superiore seculo, quum renasceretur litterarum cultus, in excolendo hoc exiguo licet earum monumento studium posuerunt præstantes eruditione Itali, *Alex. Paccius, Franc. Robertellus, Vinc. Madius, Bartb. Lombardus, Paulus Benius*, &c, qui cives suos omnes ingenii perspicacitate & doctrinæ elegantia ac copia vicit, *Petrus Victorius*. Hi consumptis in libello hoc Aristoteleo plurimis vigiliis, scriptis suis eundem illustrarunt, plurimumque caliginis inde sustulerunt ac dissiparunt, nonnullas præterea ope antiquorum librorum maculas deleverunt, singulas sententias diligenter examinerunt, ac quæ obstare illic pugnareque inter se videbantur, cognoverunt, adhibitaque diligentia plurimos nodos dissolverunt & extricarunt, justisque voluminibus parvum libellum exposuerunt. Hujus seculi anno decimo doctissimus Belgarum *Daniel Heinsius* eidem opusculo eruditam operam impendit, & quod alii interpretes non viderant, primus animadvertit: ordinem nimirum vehementer luxatum ac solutum, immanesque in eo trajectiones, ab Italis non observatas. Ipse igitur in meliorem ordinem eum (quod in Horatii etiam de arte poetica libro fecit) redegit, Latine interpretatus est, textum emendatiorem reddidit, collocationisque hujus & emendationis causas in notis exposuit. In Anglia *Theodorus Goulstonus* anno 1619 eundem nova Latina versione & notis illustratum edidit. Paucos ante annos elegantissimus Gallorum *Andreas Dacierius* libellum hunc Gallicam in linguam traductum doctis observationibus illustravit, criticisque annotationibus veram Aristotelis sententiam dilucidavit, ut ad recte eam intelligendam nihil amplius de-

fide-

siderari posse videatur. Omnium horum curas, & quæ præterea a Sylburgio A. 1587, & Du Vallio in vasta illa omnium operum Aristotelis editione A. 1629 annotata fuerunt, collegit & Aristotelicis verbis substravit, libelli quem recensimus editor Cantabrigienfis; Goulstoni interpretatione & analysi adjecta, ex aliis etiam philologicis, Petiti, & Heinſii de constitutione tragœdiæ libris, insignioribus observationibus additis: ut paucis his pagellis, quicquid ad poeticæ artis constitutionem & dramatum, cum primis autem tragœdiæ, naturam pertinet, quantum ab Aristotelis divino ingenio proditum hodie superest, contineri & pulchre expolitum exhiberi intelligamus. Vere autem censuit Heinſius: *nihil esse ab Aristotele profectum, quod majore sit judicio perscriptum; nihil in quo cum subtilitatem viri admiratus fueris, qua in omnibus elucet, tantum simul eruditionis invenias.* Item: *Aristotelem, postquam omnia, qua in tota Græcia prodierunt, poemata, præsertim autem dramata, acumine cælesti & divina mentis acie considerasset, judicium ex his ipsis de tota arte tulisse: quumque virtutes pariter & vitia in eis annotasset, legem qua perpetuo sequenda esset, toti posteritati statuisse.*

SPECIMEN SAPIENTIÆ INDORUM VETERUM.

Id est, Liber Ethico-politicus pervetustus. Nunc primum Græce ex MS.

Cod. Holsteniano prodit, cum versione nova Latina, opera

SEBAST. GOTTFREDI STARKII.

Berolini, sumptibus Jo. Mich. Rudigeri, 1697. in 8.

Constat alph. 1. plag. 13.

Effloruisse primum in Oriente sapientiæ studia, & a Barbaris illis, quos vocabant, postea ad Græcos dimanasse, Diogenes Laertius quamvis negat, consentitur omnes Historiæ litterariæ non prorsus imperiti. Nondum in Græcia cognita erant septem Sapientum nomina, quum in Ægypto Sacerdotes, in Assyriis Chaldæi, in Persis Magi, inter Indos Gymnosophistæ & Brachmanes, & ante hos omnes, in populo Dei Patriarchæ ac Prophetæ, arcem omnis doctrinæ ac sapientiæ tenerent. Adamarunt vero Orientis populi genus philosophandi mysticum & allegoricum, quod doctrinæ nucleum fabularum & figurarum cortice concluderet. Hujus fabularis philosophiæ monumentum longe antiquissimum, & toto Oriente

decantatum, Græce Latineque nunc divulgavit eruditus in omni orientalium linguarum & doctrinæ genere vir *Sebastianus Gottofredus Starckius*: qui in subjecta præfatione monet, non esse, cur quis ab his litteris recte cognoscendis eam ob causam abhorreat, quod omnis orientalium gentium sapientia densa fabularum nube tecta sit & obfuscata. Esse omnino fabulas in Oriente natas & excultas, sed his involucris maximarum rerum momenta ab injuria temerariorum defendi. Nec politioribus gentibus fuisse insolitum, arcana scientiarum vel vitæ disciplinam in fabulis abscondere: majores quoque nostros, æque ac reliquos populos, primis doctoribus usos esse poetis, quorum laus sine fictione sit prorsus nulla. Ex *Morhofii de Poesi Germanica* libro cognosci posse, quid in hoc genere sit præstitum: & complures hujusmodi Germanos scriptores laudari in notis ad carmen non incelebre morale & politicum, quod *de astutis vulpecula* Nic. Baumannus, Duci Juliacensi quondam a secretis, idiomate Saxoniz inferioris composuit. Inquit deinde in causas, cur philosophia fabularis & symbolica fuerit inventa. Ac fieri quidem potuisse ait, ut nonnulli vel metu ducti, vel invidia & ambitione compulsi, ut soli sapere viderentur, quæ sentirent, aperte dicere noluerint. Quanquam vitio magnopere vertendum non sit, si qui scientias, symbolorum mysteriis involutas, a contemptu & ludibrio profanorum vindicare susceperint: obvia enim & exposita vulgo contemni, abstrusa & recondita quæri & esse admirationi. Alios vero, quum res ipsas perspicere nequiverint, in rerum umbris & imaginibus latibulum quoddam ignorantiz quæsiisse. Attamen illarum fabularum, quæ sub fictis animalium aliarumque rerum personis vitæ morumque quandam exhibent imaginem, exploratam esse utilitatem. Morum enim præcepta plerisque esse ingrata: exemplis virtutum subesse tacitam quandam vitiis exprobrationem: satyris & comœdiis ad vitia potius irridenda quam fugienda, notandos magis alios quam se emendandos, assuescere homines: at a fabulis abesse & præcipiendi severitatem, & exemplorum odium, & reprehendendi libidinem. In illis ad gratiam conciliandam omnia esse comparata: fictionem illam, quæ res quadam similitudine adumbrat, & arte sua placere & excitare discendi cupiditatem, & ingenio lectoris reprehensam perfundere animos gaudio, firmasque imagines

eisdem

iisdem impressas relinquere. Mirum ergo non esse, cur vetustissimis mortalium ad virtutem animis instillandam idoneæ præ cæteris visæ sint fabulæ, quibus & duci maxime homines, & magis quam rationibus commoveri, non uno documento sit compertum. Hujus generis esse libellum hunc longe antiquissimum, trecentis ante Alexandrum M. annis (si Abrah. Ecchellenfi fides) in Arabicam linguam traductum, vetustiore certe, quam qui Philosopho Secundò, Hadriani Imp. æquali, tribui possit. Natales libri hujus multorum indicio in India esse quærendos, auctoremque ejus ferri *Isamum* Regem Indorum quintum; quamvis alii alium nominent. Quum diu in regio Indorum tabulario, veluti res sacra, is delituisset, neminique ad eum paruisse aditus, famam ejus pervenisse ad Persarum Regem Chosroem, quem & Anasuranum vocant. Hunc opera Medici cujusdam, in Indiam ea gratia missi, potitum esse libro, eumque in Persicam linguam transferri curasse. Extare adhuc in Vindobonensi Cæsarea, Electorali Brandenburgica, aliisque Bibliothecis, Persicam illius libri versionem: incertum tamen esse, an sit prima illa ex Indica, an altera ex Arabica conversa: esse enim eundem librum & in Arabicam & in Turcicam linguam translatum: ac Turcis quidem inscribi *Hamajun name*, quasi *Speculum Regis* dicas; Arabibus vero appellari *Kelila Wadimnab*, non satis perspicua denominationis ratione. Duorum quidem Thoum (animantium nostris regionibus ignotorum) qui fabulam prioribus duabus sectionibus peragunt, alteri inditum esse nomen *Kelila*, quod *coronatum* & Græcè *σεφαιήτην* possis vertere; alteri vero *Dimna*, quod Græcus interpres reddiderit *ἡχηλάτης*, sed quam ea vox vim habeat, non apparet. Ex Arabica porro lingua in Hebræam transiisse dicitur, auctore quodam Rabbi Joel. Hebræa porro versio peperisse fertur Latinam veterem, quæ libro titulum fecit *Directorium humana visa*, seu *Parabola antiqua*, interprete Johanne de Capua. Hinc promanasse Castellanam versionem, testis est interpres hujus libri Italus Dortius, qui *Philosophia moralis* titulum versioni suæ Ferrariæ A. 1610 editæ præscripsit; qua antiquior anno 1583 prodita extat hoc titulo: *Lelo Demno del governo de regni* &c. cujus auctor inepte putavit, Lelum Demnum ex Indica lingua hunc librum vertisse in Agarenam, consentente Leone Allatio. Nec Germanis hac etiam parte de-

fuit libri hujus in linguam suam transfundendi studium: tribuiturque ea interpretatio EBERHARDO I. Duci Württembergico, & quater in Germania diversis titulis & formis excusa observatur. Ad Græcam denique versionem, quam Editor nunc in publicam iterum lucem profert, quod attinet, eam Arabicum interpretem secutus Alexii Comneni Imp. jussu adornavit Simeon Sethus, Antiochenus magister & medicus, libro de cibariorum facultatibus per ordinem. literarum expositis, *περὶ τροφῶν δυνάμεων, κατὰ φύσιν*, quem Martinus Bogdanus Lutetiæ A. 1658 edidit, cognitus: qui Homeri aliorumque Græcorum poetarum adpersis sententiis librum hunc alicubi interpolasse videtur. Græcæ dictionis puritatem in hac interpretatione desiderant Allatus & Possinus; quam Editor noster ab interprete, orientalium præsertim scriptorum, & vitæ potius quam orationis magistro, non æque exigendam censet. Græcæ hujus versionis exempla in variis Bibliothecis asservari observat manu scripta: ipse vero e codice Johanneæ Hamburgensis, quem Lucas Holstenius descripserat, recensendam eam existimavit, adjecta Latina sua interpretatione. Antea quidem Possinus eundem librum e Græco Latine redditum Georgii Pachymeris Historiæ Palæologicæ subjunxerat; sed quum Noster animadverteret, liberiores esse Possini versionem, & sæpe a vestigiis Græci textus discedere, non dubitavit versionem istam suam publicæ luci exponere. Est autem hujus libri, quem exemplo Possini *Specimen sapientiæ Indorum* inscripsit Editor, hæc ratio, ut Rex quidam Indiæ, cui nomen *Abes-salomus*, quæstiones ad mores vitamque pertinentes in medium afferat; quibus Philosophus quidam, quem Italica & Germanica versio vocant *Sendebat*, confictis apposite fabulis, respondet. Distinguitur liber in hac Græca versione in sectiones quindecim: quarum I artium aulicarum scenam reteggit, quibus se mutuo evertere & supplantare consueverunt, qui Principis gratia florent. II pravorum consiliorum exitum ostendit ipsis tandem auctoribus funestum. III amicitia colendæ rationem docet. IV inimico nunquam fidentum esse monet. V suis quemque bonis facile excidere posse observat. VI temerariæ spei vanitatem arguit. VII Regis imperium conservari animi prudentia & constantia, bonorum sapientumque consilio, & uxore proba ac prudente, demonstrat. VIII pacem &

& amicitiam diurnam esse non posse probat, quam vis & metus expresserit. IX cavere ab eo jubet, quem læseris. X. memoriam, injuriæ fidis ministris illatæ amplioribus honoribus abolendam esse suadet. XI non nisi dignis beneficiendum, nec cuivis fidendum, præcipit. XII varias esse rationes, quibus & quærantur fortunæ & amittantur, commemorat. XIII æquo animo debere pati injurias, qui aliis intulit, confirmat. XIV consilia salutaria a Principe anteponenda esse docet iis, quæ ad gratiam & voluntatem illius dicuntur. XV non appetenda esse monet, quæ assequi non possis. Ex his summam expositis, quæ suavissima fabularum & sententiarum varietate diducta & explicata in ipso scripto legere licet, facile intelligitur, librum hunc esse ejusmodi, qui ad augendam prudentiam & virtutem plurimum conferre possit adjumenti.

MUSEUM REGIUM, SEU CATALOGUS RERUM TAM NATURALIUM, QUAM ARTIFICIALIUM, QUÆ IN BASILICA BIBLIORBECA AUGUSTISSIMI DANIA NORVEGIAQUE MONARCHA CHRISTIANI V HAFNIA ASSERVANTUR, DESCRIPTUS AB OLIGERO JACOBÆO, Med. & Phil. Profess. Regio.

Hafniæ literis Joachimi Schmetgen, 1696. in fol.

Constat Alph. 2. pl. 8. & Fig. æn. pl. 18.

Merito tandem in lucem prodiit egregium hoc Augustissimi Danorum Regis Museum, siquidem id unum tanto thesauro deerat, ut literarum monumentis fieret conspectior. Duas illius partes constituit doctissimus Auctor, alteram, qua rerum naturalium, alteram, qua artificialium catalogum exhibet. Postquam enim, quæ in quadrupedibus, avibus, piscibus, conchyliis, insectis, plantis, lapidibus, terris, metallis & mineralibus curiosos delectare spectatores possunt, accurate & diligenter delineavit; in altera parte res describit, e variis metallis, succino item, ligno atque cera affabre confectas, nec non vestimentorum, armorum, instrumentorum bellicorum varia genera, vasa ac utensilia alia, præterea mechanica & optica opera, & antiquitatum variarum spolia quæritissima, picturas itidem & Regum Principumque & variarum rerum aliarum elegantissimas, nummos denique non Danicos solum, sed quosdam etiam Græcos, & Romanos imprimis haud paucos. Tanta oc-
ruc-

- p. 69. corrente rerum varietate, juvabit aliquos hoc loco recensere nummos Danicos, ne nihil videamur ex instructissima penu legisse. Primum esto Regis *Johannis* numisma, in cujus area altera Regis solio insidentis effigies comparet, circumscriptis verbis: IOHS. DEL. GRA. REX. DANOR. IVSSIT. ME. FIERI. AN. 1496; altera Regis insignia exhibentur, cum inscriptione ex Psalmo 117. v. 16. DEXTERA. DNI. EXALTA. ME. DEXTERA. DNI. FE- CIT. VIRTU. Succedat nummus *Christiani II*, cujus pars altera. Regem throno insidentem exhibet, cum ejusdem nomine: CHRISTIANVS. DEL. GRACIA. REX. DACIE. SVECIE. AC. NOR- VEG. altera insignia ejusdem cum hac inscriptione: XPS. IHS. ELEGIT. ME. REGEM. POPULO. SVO. IN. ANO. 1518. In nummo alio *Friderici I*, latus alterum Regis & Reginae facies occupant sibi invicem oppositæ, cum verbis: FRIDERICUS. ET. SOPHIA. D. G. REX. ET. REGINA DANIE: alterum insignia ejus, adscripto symbolo: IN. MANU. DOMINI. OMNIS. PO- P. 70. TESTAS. TERRE. 1532. Ita & in nummo *Christiani III*, ex uno latere Regis effigies cum nomine: CHRISTIANVS. D. G. DA- NO. REX: ex altero symbolum ejus: UNICA. SPES. MEA. P. 73. CHRISTUS. 1541. comparent. In *Friderici II* Regis quodam nummismate, in una area faciem itom atque titulum Regis, in altera. Fortunæ globo insidentis typum videas, cum inscriptione Italica: FEDELTA E COSA RARA, i. e. *vana res fides est*. Quibus ver- bis ad Regiam illud apophthegma haud dubie respicitur, quod vel expressum integre, vel primis tantum literis designatum, in plurimis ejus nummis videas, nimirum *Treu Ist Wild Brat*, quasi carne fe- rina rariorem dixeris fidem. In ejusdem Regis nummis primum. P. 75. deprehendimus elephanti turriti typum, a sequentibus multoties re- petitum; quod argumento est, Illustrissimam Societatem Elephan- tinam, si non institutam, restauratam tamen magisque illustratam a Friderico II fuisse. *Christiani IX* symbolum fuit: REGNA FIR- MAT PIETAS. Unde frequentissimum id in nummis ejus legitur: inter quos & mnemonici haud pauci comparent, in memoriam seu recepti a Senatu Populoque Hamburgensi anno 1603 homagii; seu Calmariz urbis A. 1611. expugnatæ, aut capti A. 1612 Elfsburgi; seu firmari munimentis cepti A. 1620 Gluckstadii; seu armorum pro religio-

religione & libertate A. 1625 captorum; seu Uraniburgi pro excolenda Astronomia A. 1642 Hafniæ erecti, similibusque rerum fortiter aut prospere gestarum cusi. Nobis unicum exhibuisse suffecerit, in Chemicorum imprimis gratiam, in cujus antica parte Regis effigies, in adversa perspicillum cum hac inscriptione: **VIDE MIRA DOMI** 1649.prehenduntur. Cui intelligendo memorat Auctor, cufum numisma ex auro Norvagico fuisse, quod Chemica arte ex minerali quodam Norvagico Caspar Harbach produxerat: perspicillo autem illo, verbisque **VIDE MIRA DOMI**, exprobratam Præfecto rei metallicæ in Norvania incredulitatem fuisse, quod metallorum transmutationi fidem adhibere noluerit. Duos juvat nummos decerpere ex iis, qui *Friderici III* auspiciis debentur. Ut enim taceamus, quandoque eum voculam **TANDEM** thuribulo, sæpius & navi inscripsisse, symbolum item, **DOMINUS PROVIDEBIT**, in nummis sæpe expressisse; prostat nummus, quo Regi A. 1648 sceptrâ capeffenti gratulabantur subditi. Ejus in parte altera Regis effigies cum nomine ac titulo, in altera Pacis repræsentatur typus, dextra stellam tenentis, sinistra, palmæ ramum, sub quo liber cum inscriptione: **DAS HOHESTE GUTH**, i. e. *summum bonum*. Cingitur præterea tota area verbis: **SEHT WIE DER FRIED IEZ ZIERT DIE WELT, DA FRIEDRICH KROHN VND SCEPTER HELT**. i. e. en! ut pax ornat orbem, Fridérico coronam & sceptrâ capeffente. Alius quadratus est, in quo elegans sese nobis inscriptio offert: **OPTIMO REGI FRIDERICO III DANIÆ NORVEGIÆQUE D. D. O. M. EXERCITUM FELICEM, POPULUM FIDELEM ET ANNOS DE NOSTRIS**. Nummorum denique *Christiani V*. Augustissimi hoc tempore Regis exhiberemus plurimos, si nobis in his liceret esse prolixioribus. Tres itaque ex multis sistimus tantum, in quorum primi antica, præter inscriptionem: **NON EST MAJORIBUS IMPAR**; obeliscus præsentatur, ex altera parte hieroglyphicis figuris refertus, quibus victoriæ Regis, cujus in summitate apicis nomen apparet, designantur; ex altera literis Runicis votum illud contineri Auctor tradit: **Gud bevare Kongen** / i. e. *Deus sospitem servet Regem*: in postica parte figura Solis describitur, cujus radii his nominibus insigniuntur: **WISMAR, JEMTERLAND, GOTHLAND, CARLSBURG, CHRIS-**

STIANSTAD, MARSTRAND, LANSRON, PENNERBURG:
 circa quæ hæc inscriptio legitur: VELOX IRE VIAM ULTERIUS.
 Alterum memoriz castelli Christiansö in insula Maris Balthici con-
 gnomine extructi dicatum, in cujus altero latere hæc leguntur
 verba: **ERTHOLMIA ANTE PISCATORUM FAMULA, NUNC
 ARBITRA CODANI MARIS, ANTE INHOSPITA SCOPU-
 LIS, ABRUPTA CAUTIBUS, NUNC ANNO M DC LXXXIV
 AUSU PLUS QUAM HERCULEO CHRISTIANI V AUGUST.
 DANIE NORVEGIÆQUE MONARCHÆ, TUTELA BAL-
 THIS, ASTYLUM NEGOTIANTIUM, REGNORUM GLORIA,
 EX CASTELLO SAXEO ARCET HOSTILIA, AMICOS PLA-
 CIDE RECEPTAT, POSTEA CHRISTIANSÖ:** in altero latere
 typus castelli exstat, supra quod verba: DEFENDIT ET AUGET;
 infra: MEDIIS JAM PORTUS IN UNDIS; circa oram extre-
 mam: **FLECTIT AD OBSEQUIUM CAUTES. ET PECTORA
 FLECTIT,** leguatur. Tertium est, in cujus prima area, quod fit
 in plurimis aliis, Regis expressa est facies, addito titulo Regio; in
 altera navale Regium vallis præmunitum navibusque bellicis bene
 instructum, in quo comparent in aere nubis atque ignis statuz, ad-
 ditis verbis: HIS DUCIBUS. EXOD. XIV; ad oram nummi-infe-
 riorem leguntur ista: NEC IRRITANTES, NEC IRRITANDÆ;
 & in circulo, quo nummus cingitur: SIC STANT CONSPICUÆ
 REGALI IN SEDE CARINÆ, ET BENE MUNITI CASTEL-
 LA NATANTIA REGNI. A. 1692.


EPISTOLÆ ANATOMICÆ PROBLEMATICÆ VII, IIX, IX,
ad Virum Clarissimum FRIDERICUM RUYSCHIIUM M. D. Anas.
et Botan. Professore; una cum hujus eoridem Responsonibus.
 Amstelodami apud Jo. Wolters, 1696. 1697. in 4. plag. 6. Fig. tab. 3.

Continuatio hic sistitur Epistolarum ea propalantium, quæ a ce-
 leberrimo *Ruyfchio* in animali nostro corpore novæ balsamatio-
 nis adjumento indies deteguntur. *Responione* videlicet *septima*,
 quam Autor laudatus æque ac sextam & octavam ad D. Johannem
 Henricum Gratz remittit, meninx pia in cerebelli interstitia per
 modum totidem processuum falciformium, in cerebri autem anfra-
 ctus itidem adinstar tot processuum, sed ductu serpentino repentium,
 una

una cum tenuissimis & numerosissimis arteriis, ubi prodeunt, mucosi veluti speciem referentibus, insinuari edocetur. Pia namque matris in cerebri & cerebelli sulcos ingressum tali neutiquam fieri ritu, quali omentum inter circumvolutiones intestinorum demergatur, aut linteum aliquod varios in sinulos intrudatur; cum eadem a cerebro & cerebello caute separata non tam quoad magnitudinem & extensionem augeatur, quam in loculamenta potius iis haud absimilia, quæ in capitibus papaveris albi occurrunt, dividatur. *Octava vero Responsione*, quæ ordine sequitur, tum cartilaginea nasi structura, tum arteriolarum membranæ tympani atque ossiculorum auditus multo accuratius, quam hactenus, evolvuntur. Etenim quod cartilaginea nasi artinet, non nisi quinque earum Anatomicis hucusque innotuerunt, a *Nostro* tamen novem annotantur, quod plures omnino in utraque nasi ala cartilagineas dentur interruptiones. Prima cum Spigelio audit, quæ impar vice septi inferioris rotundi, quandoque incurvi, inferiorem nasi partem in duas plagas dissecit, strictaque parti septi narium ossæ interventu subtilioris membranosi vinculi adhærescit, binis membranis stipata, quarum exterior mucosa copiosissimis & arteriis & glandulis gaudeat, interior autem & immediata membranula habeatur tenuissima, perioestio nasi continuata & arteriis exornata, Perichondrii nomine efferenda. Membranam hanc dilaceratam multum negotii Chirurgus facessere, tanquam ægre renascentem; prout a vinculo membranoso modo indigitato, ab ulcere eroso, figura nasi deformis eaque plana soleat dependere. Secunda & tertia nasi cartilaginea par primum constituentem, triangulares innuuntur, superius ossæ nasi parti ope ligamenti adnexæ, sensimque deorsum procedendo antè in angulum acuminatæ, donec inferius cartilaginea quartam & quintam, sive par secundam, excipiant, quæ ab aliis neglectæ breves quidem, satis tamen latæ exhibentur. Cum pari secundo par tertium jungi dicitur sub figura præter propter quadrangularem. Octava demum & nona cartilaginea, veluti par quartam, cum foliis minoribus Periplocæ scandentis quodammodo comparantur, quod in utroque extremo cuspidatæ sint ac in appendiculam tenuem deorsum reflexam, foliorum dictorum pediculo subsimilem, desinant, itæmque circa finem, qui in crenam labii superioris

rioris terminatur, proxime sibi appropinquant ac septo utrinque, ceu pediculi foliorum costæ, adstent. Reliqua portio maximam pinnarum partem in utroque nasi latere efformans, non cartilaginea, sed mere membranæ, quamvis satis crassa, asseritur. Quod arteriolas autem membranæ tympani & ossiculorum auditus, ex parte delineatas, concernit; reptatus harum in membrana tympani multum discrepans observatur ab eo, qui in membrana tenuissima ipsam capsam obducente conspicitur. Membranam quippe tympani e tribus distinctis lamellis coalescere, quarum per mediam vascula arteriosa a ramulis arteriarum carotidum externarum oriunda, & raro, si unquam, cum vasis capsam perreptantibus communicantia, densissima ramificatione ita videantur dispergi, ut a centro seu medio tympani ad circumferentiam tendant. *Responsione* denique *nona*, ad D. Andream Ottomarum Gœlicke directæ, exactior partim intermediæ cerebri meningis textura, partim arteriarum per piam matrem, hepar atque diaphragma diramatio ostenditur. Primo scilicet intermedia cerebri meninx non æque crassa, nec in tanta portione a subjecta matre pia, cui non minus atque vasis ejus sanguineis per nexus fibrosos adhæret, illibata separari facilis indigitatur, ac quidem a Bidloo repræsentatur, cum membrana sit omnium in corpore subtilissima, vasis sensibilibus destituta, meritoque Arachnoideæ titulo a primis inventoribus, Blasio, Slado, Swammerdamio &c. in medulla spinali insignita, adeoque non nisi quoad exiguam ejus partem flatu elevanda. Quod ipsum uti facilius circa cerebellum, præsertim regionem hujus posteriorem, & medullam spinalem, quam circa superiorem utriusque hemisphærii cerebri partem, succedere perhibetur; ita eadem membrana arachnoidea, flatu a subjecta meningè piâ innumeris in locis disjuncta, cellulosæ membranæ speciem mentiri simul traditur, etiamsi revera cellulosa haud sit. Hinc arteriarum per piam matrem distributarum icon accuratior sistitur, quam qualis apud Bidloum habetur, quia in qualibet cerebri circumvolutione longe copiosius arteriæ invicem inosculentur, ipsæque cerebri circumgyrationes piâ adhuc meningè instructæ neutiquam tam profunde, adeoque nec superficies cerebri adeo inæqualis, conspiciantur. Tandem postquam tenuissimam sinuum frontaliū membranam unice cum spongiosorum ossium narium tunica communicare fuit adstructum, arteriæ novæ, cum hepatis, tum diaphragmatis,


1861



V.

A. 2697.
87.

Fig: 5.



7.




Fig: 8.





Fig: 10.



his, intimantur. Arteriarum enim hepaticarum nonnullas a diaphragmatis vasis oriri, per gibbosam hepatis partem excurrentes, atque cum arteria, vulgo hepatica dicta, communicantes; plurimas etiam alias exiles ab arteriis per ligamentum hepatis suspensorium utrumque disseminatis exsurgere. Præter diaphragmatis autem arterias phrenicas easque, quas ex subclaviis atque lumbaribus seu adiposis detexit Verheyen, plures ramos arteriosos tam ab inferioribus & interioribus intercostalibus, quam a splenicis arteriis ad diaphragma accedere. E figuris, quibus pleraque illustrantur, Tabulam, quæ apud Autorem est nona, placuit transcribere, ejusque explicationem addere.

EXPLICATIO TABULÆ V.

TAB. V.

Figura Prima

Repræsentat Officula auditus in situ naturali perioftio munita; vasculisque sanguineis ditata: suntque hic delineata multis numeris majora, ut vasa sanguinea eo magis sensus incurrerent.

A. Malleolus. B. Incus. C. Stapes. D. Quartum Officulum auditus.

Figura Secunda

Eadem Officula proponit naturali magnitudine, idque e corpore adulti.

Figura Tertia

Eadem Officula e capite foetus humani jamjam nati, quæ magnitudinem in adulto fere æquant.

Figura Quarta

Quatuor proponit interruptiones cartilagineas Nasi, lateris sinistri.

- | | |
|--|---|
| A. Unam ex primo & supremo pari visui exhibet. | D. Unam ex quarto pari. |
| B. Unam ex secundo pari. | E. Pars membranacea, unius pinnae Nasi. |
| C. Unam ex tertio pari. | |

Figura Quinta

Nasum cum portione Ossium frontis & maxillæ superioris exhibet, cujus globus in duas partes dehiscit, nexu membranaceo dissoluto. Suntque integumenta Nasi exteriora ablata.

A. A. Globus in 2 partes dehiscens. B. Portio septi narium.

Figura Sexta

Septum Narium repræsentat, cum involucro mucoso, suisque vasis

arteriosis, suntque dictæ arteriolæ longè plures, quam hic delineari potuerunt.

A. Portio ossis frontis.

B. Septum vasis arteriosis superbiens, suntque numerosiora, quam expressum est,

Figura Septima

Dictum septum indigitat cum suo involucro mucoso, glandulis in aumeris prædito, quarum oscula hiantia visui sese exhibent.

Figura Octava

Membranam tenuissimam sub involucro mucoso seu membrana papillosa sitam, septumque narium immediate investientem, vasisque sanguineis instructam, demonstrat.

Figura Nona

Membranz tympani arteriosa vascula exhibet.

A. Ramulus rami Arteriz Carotidis exterioris.

B. Ejusdem distributio per membranam tympani.

Figura Decima

Reptatum Arteriolarum per membranulam capsam succingentem demonstrat.

HISTOIRE DE LA REPUBLIQUE DE GENES.

h. e.

HISTORIA REIPUBLICÆ GENUENSIS,

Autore Equite DE MAILLÉ.

Juxta exemplar Parisiense, 1697. 12. Alph. 2.

Inter Italiz Respublicas tamen Genuensis Venetæ potentia & magnitudine nequaquam par sit; ejus tamen est omnino momenti, ut a multis retro seculis eminentissimorum Europæ Principum armis atque consiliis petita, ac velut novum Eridos pomum toties in contentionem fuerit deducta, donec libertatis suæ, in quam ante duo propemodum secula plene se vindicaverat, nunquam non tenax, in partes tamen alterius Monarchæ singulari ac nec illepedo invento pertraheretur, inter cujus præcipuas curas primaque studia, servari eandem sibi, perpetuo habebitur. Dignaque fuit adeo visa hæc Italiz quasi Janua, cujus describeret historiam nobilissimus Autor, & ut cœperit, utque adoleverit, ut ad fastigium inde suum pervenerit, ac quibuscum luctari interim collidique eadem coacta sit, expo-

exponeret. Factum hoc fuit III Tomis, quorum priores duo res ab a. 1096 ad finem usque superioris seculi circa Genuam gestas per-
 texunt: tertius vero, quæ præsentis seculo fata sit experta, & tria po-
 tissimum enarrat bella, quibus ipsam implicari contigit, Gallicum,
 nempe Sabaudicumque ab a. 1624 ad a. 1631; iterumque Sabaudi-
 cum (ita quippe ex vicinia non poterat non æmulatio nasci) ab a.
 1670 ad a. 1673 protractum, ac denique Gallicum, quando a. 1684. ho-
 stilis classis adventu, tormentisque militaribus & ignitorum glo-
 borum pluvia graviter infestata est.

PASTORALE EVANGELICUM, ADORNATUM A JOH. LU-
 DOVICQ HARTMANNO, SS. Theol. D. & Eccles. Imper. Roten-
 burgo-Tuber. Superintendenté.

Norimbergæ, sumtibus Wolfgangi Mauritiï Endteri; 1697. in 4.
 Constat alphabetis novem.

Cum ante Actorum nostrorum auspicia liber hic jam tum 1678
 prima vice in lucem prodierit, non est, ut de illius contentis mul-
 ta demum moneamus, præsertim, cum sedulo is plurimorum ma-
 nibus hucusque tritus fuerit, nemoque fere sit, cui non abunde con-
 stet, a B. Autore (cui dies Julii decimus octavus A. 1680. emortalis
 obtigit,) latius in eundem congestum fuisse, quicquid circa verbi
 Ministrorum vocationem, ordinationem, investituram, mores atque
 conversationem, officii dignam administrationem, promotionem,
 ac remotionem, aliaque ad istos attinentia observari mereatur, un-
 de singulis, qui vel officio sacro adhuc se præparent, vel in eo jam
 constituti vivant, uberem casibusque dubiis haud paucis optime for-
 vituram informationem petere exin concessum sit. Una tamen, ob
 quam inter libros recentiores hunc eidem locum assignamus, ratio
 hæc est, quod, qui iterato imprimendum curavit, Bibliopola passim
 eum auctiorem reddidit, dum observationes varias manu Auctoris
 istum in finem consignatas, ut operi suo aliquando adderentur,
 justo quamque loco inseruit.

LIBRI NOVI.

*The general History of England, both Ecclesiastical and Civil. by Ja-
 mes Tyrrell, Esq. Vol. I. London by W. Rogers, J. Harris &c.
 1697. fol.*

AN

- An Account of Reason and Faith, in Relation to the Mysteries of Christianity.* By John Norris. London for S. Manship, 1697. in 8.
- The Snake in the Grass: Or, Satan transform'd into an Angel of Light.* London, by Ch. Brome, 1697. in 8.
- A Commentary upon the second Book of Moses, called Exodus.* By the Right Reverend Father in God, Symon, Lord Bishop of Ely. London, by R. Chiswel, 1697. in 4.
- Reflexions sur les Droits de la Conscience &c. par Elie Saurin.* A Utrecht chez Ant. Schouten, 1697. in 8.
- Nouveaux Memoires sur l' Etat present de la Chine, par le P. Louis Le Comte, de la Comp. de Jesus.* A Amsterdam, 1697. in 8.
- Historia nupera rerum mutationis in Anglia: in qua res a Jacobo Rege contra leges Angliae & Europa libertatem, & ab Ordinibus Angliae contra Regem patrata recensentur.* Autore Ezek. Burridge. Londini apud A. & J. Churchbill, 1697. in 8.
- Evangelium Infantia, vel Liber apocryphus de Infantia Servatoris.* Ex Mssō edidit, ac Latina versione & notis illustravit Henricus Sike. Trajecti ad Rhenum apud F. Halman & Gu. vande Water, 1697. 8.
- Geographica antiqua, b. c. Scylacis Periplus Maris Mediterranei: Anonymi Periplus Maatidis Paludis &c. edente Jac. Gronovio.* Lugd. Bat. apud J. Luchtmans, 1697. in 4.
- Les Memoires de Messire Roger de Rabutin, Comte de Buffy.* A Paris chez Jean Anisson, 1697. in 12.
- De An̄ exteriore Templi secundi Exercitationes Philologicae, auctore Joanne Jacobo Crumero, Tigurino.* Lugd. Bat. apud Jord. Luchtmans, 1697. in 4.
- Elia Benoist in priores octodecim primi capituli Evangelii secundum Johannem versiculos Dissertationes Epistolicae res.* Roterod. ex typographia Leersiana, 1697. in 8.
- L' Era Volgare di Cristo posta alla coppella della verita' dal Dott. Tomaso Sant'Agostini, Patrizio Milanese.* In Macerata per Michel Arc. Silvestri. 1697.
- Historia dell' Origine de Sassoni, de Gio: Andrea Angelini Bontempi.* In Perugia per Costantini, 1697. in 12.

* * * * *

ACTA ERUDITORUM

Publicata Lipsia

Calendis Septembris, Anno M DC XCVII.

THE SNAKE IN THE GRASS &c.

h. e.

*ANGUIS IN HERBA LATENS, SIVE SATANAS IN LU-
ca Angelum transformatus. Representans summam & inexpectatam il-
lam versutiam, quam affectata sua simplicitate regunt complures ex
præcipuis factionis illius, quæ Quakerorum nomine infi-
gnis est, ducibus.*

Londini apud Carol. Brome, 1697, in 8. alph. 1, plag. 4½,

Altera quidem hæc est librijam antea publicati editio, cujus tamen adeo & accessionibus quamplurimis, & novo quo omnia disposita sunt ordine, mutata facies fuit, ut ipsi ejus Autori, qui ignorare nomen suum, hic pariter ac in aliis, quos Quakeris opposuit, operibus suis, nos voluit, novus plane videatur. Ille in ea re potissimum studium suum ponere videtur, ut penitus intellectis omnis generis fanaticorum scriptis, difficiles nugæ eorum, quibus obscuritate pretium conciliare nituntur, omnium exponat contemptui. Non Quakeros enim solum destructos eum cupere, armaque contra illos parare, sed omnes etiam alios, quibus aliquid cum iis cognationis esse existimat, vel ex prolixa, quam operi suo præmisit, præfatione patet. In ea enim Belgicæ, quam vocat, Prophetissæ Antonizæ Bourignonizæ tractatum, qui *Lucis mundi* titulum præfert, in Anglicam linguam nuper translatum examinasse, & gravissimorum errorum convicisse haud contentus, in ejus fautorem & discipulum P. Poiretum gravissime etiam invehitur, & clerum Anglicanum ut ne quid ab iis detrimenti Ecclesia capiat, curæ sibi esse patiat, monet. Quin esse jam aliquem nos docet, qui data opera Bourignonizæ &

D d d

Poireti

- Poireti somnia, quæ putat, confutanda susceperit, si forte ad meliorem mentem redire velint, qui hætenus in Anglia, carminibus quasi eorum incantati, ab ea discesserunt. Ne tamen interea fanaticos impugnans omne devotionis genus eliminare velle videatur, discrimen inter divinum & diabolicum Enthusiasmum fuscè exponit, & quibus characteribus dignosci invicem queant docet. Atque his ita constitutis, ipsos Quakeros aggreditur, quos nec indoctos adeo esse docet ac vulgo existimantur, præcipue postquam recentiores quidam, quorum præcipuus facile sit Gul. Penn, crassiores Foxii errores σοφοῖς Φαρμάκῳ sanare, aut potius veteratorie occultare ausi fuerunt; nec exiguos adeo paucosque, ut negligi merito possint, cum magnam Angliæ coloniarumque Anglicarum partem constituent. Id autem præcipue agit, ut errores eorum semper ex Foxio aliisque antiquioribus Quakeris proponat, postea vero distinctiunculas & κρησφύγετα modernorum, quibus palliare eos cupiunt, explodat, atque adeo evincat aut Foxio aliisque magistris suis antiquioribus renuntiandum ab iis esse, aut concedendum fidem illis nullam deberi, cum illa etiam formosa, ut putant, facie religionem suam nobis hodie sistunt. Facit igitur illius rei initium a doctrina Quakerorum de lumine interno, per quod Deum ipsum, Christi que personam, aliter quam in cordibus fidelium non subsistentem, eos intelligere, utcunque Pennus occultare doctrinam illam nitatur, evincit. Atque a nefando isto errore doctrinas eorum plane horrendas de anima humana eandem substantiam & personam cum Deo constituyente, de ejus cum Deo æqualitate, perfectione nullo peccato contaminata, immediata revelatione, imò infallibilitate pendere, in sequentibus ostendit. Prolixus autem imprimis in infallibilitate eorum explodenda est, quam eos sibi tribuere tum ex ante explicatis doctrinæ eorum capitibus probat, tum luculentis Foxii locis: sed quam vana illa sit arrogantia, Atkinsoni, Naylori & aliorum exemplis evincit, quos gravissimorum vitiorum reos, pro magnis tamen Ecclesiæ suæ luminibus ipsi habuerint, donec atrocissima eorum scelera in lucem protraherentur. Imò & vaticiniorum oraculorumque, a Quakeris Dei nomine blasphemè ore effusorum, nonnulla commemorat, quæ res ipsa minime infallibilia, sed a patre mendacii profecta esse probaverit. Maxime
- p. 4
- Sect. I. p. 7.
- Sect. II. p. 13.
- Sect. III. p. 17.
- Sect. IV. V.
- Sect. VI. p. 31.
- p. 33. 35. 42.
- 46.
- p. 44.
- p. 59. 236. 277.
- * vero

vero infallibilitati isti ipsorum Quakerorum dissensiones opponit. Atque ea occasione eas, quæ inter Georgium Keithum, insignis Quakerorum partis antesignanum, & Gul. Pennam aliosque contrariæ partis duces exortæ sunt, de lumine potissimum interno, in quod converti Christum, reali ejus extra hominum corda plane abnegata existentia, ferre Keithus non poterat, controversias luculenter exponit. In quibus eo usque processum est, ut Keitho a XVI in Penn-Sylvania Synodis condemnato, a XVI aliis vero absoluto, carcere etiam puniti ejus affectu fuerint, majora forte perpessuri, nisi opportune rerum in Penn-Sylvania facies mutata fuisset. Quod ipsum tamen non impedivit, quo minus postea Keithus Londini excommunicatus fuerit, ipso Penno præfervide fulmen istud in eum primum vibrante. Tacemus alias, quas inter Quakerorum cœtus hodie magna animorum contentione tractari docet, controversias, ob quas persequi & excommunicare sese invicem minime eos vereri dicit. Prolixum autem nimis esset, omnia quæ deinceps de eorum in doctrina de Scriptura Sacra, de Trinitate, de incarnatione Christi, de satisfactione item ejus, de resurrectione carnis & de Sacramentis, erroribus annotavit, specialius hic persequi; uti & ea quæ de edito a quodam eorum sodali, Georg. Whiteheado, Symbolo, sive fidei Quakerianæ confessione, partim obscura & veteratoria, partim manifeste impia observavit. Illud notatu haud putamus indignum, quod persuadere nobis conetur, Quakerismi originem in Anglia Pontificiis emissariis debere, qui callidissime hac ratione Ecclesiæ suæ in Anglia causam egerint. Id quod tum inde probabile fieri putat, quod præcipui inter Quakeros viri Romanæ Ecclesiæ primum addicti fuerint: tum inde, quod infallibilitatem spiritus privati statuminaverint, quam, utpote nulla satis apta ratione sese tueri valentem, eo facilius ad infallibilitatem Ecclesiæ ejusque capitis reducere possent: tum inde denique, quod argumentis Pontificiorum diligenter utantur, in multis ab eorum doctrina non nimis alieni, imo integros Pontificiorum libellos, convitiis in Ecclesiam Anglicam plenos, libris suis inferere non vereantur. De moribus porro eorum nonnulla attingit, & quam parum charitatis in alios omnes suæ sectæ non addictos exercent, quam furiose item in scriptis suis contra adversarios suos debacchantur, a turpibus quo-

Seçt. VII.
XIII.

Seçt. XIV.

Seçt. XV. p.
175

Seçt. XVI.

Seçt. XVII.

- Sect. XIX.** que & obscœnis loquendi modis non abstinentes, demonstrat. Imo quam mali & periculosi subditi sint, ex historia imprimis rerum sub Cromwello & Carolo II gestarum evincit: meram hypocrisim esse ex praxi eorum ostendens, quod persuadere hominibus satagunt,
- Sect. XIX.** arma sibi attingere licitum haud esse. Mysterium quoque iniquitatis, quod sub decimarum, quæ ordinariis Ecclesiæ ministris debentur, denegatione latet, detegit, atque quod hac ipsa via ruinam Ecclesiæ promoveri optime posse existiment, ex scriptis eorum, confirmat: hac quoque occasione monstrans, quam tyrannice conscientis imperent, cum maxime libertatis Christianæ defensores videri volunt, utpote qui gravissime omnes eos execrentur, qui decimas vel accipiunt vel solvunt. Inde vero rursus in vanam eorum, qua hodiernum se efferunt doni prophetici jactantiam invehitur, atque imprimis duo recentissima oracula, quorum alterum est Whiteheadi, alterum Penni, utrumque autem execrationem & comminationem contra Keithum complectitur, speciminis loco affert. Utque melius constet, unde oracula hujusmodi eis inspirentur, haud paucos Quakerorum dæmoniacos & energumenos esse, affirmare audeat. Cujus rei argumentum præcipuum ei est præternaturalis illa membrorum in quibusdam distortio & tremor, quo eos corripit & ipsi fateantur, & aliunde satis constet. Atque exempla ne desint, aliquot valde insignia ipse adducit, fidem relationi suæ idoneis monumentis adstruens. Imo de isto tremore & membrorum horrenda distractione Livingstoni cujusdam, non infimi ordinis Quakeri, judicium affert, qui non obscure fatetur, a Diabolo illam esse, ante plenariam purgationem, suam adhuc potestatem in talibus hominibus exercente. Denique Enthusiasmum, h. e. internam Spiritus Sancti gratiam, qui in Ecclesia Anglicana docetur, cum Quakeriano Enthusiasmo comparat, atque denuo prophetias quasdam eorum, quibus se jactant, eas in specie, quibus Londinensè incendium prædictum esse ajunt, explodit. Quod ut eo fortius faciat, plane eandem Foxii & reliquorum Quakerorum cum Muggletono, aliisque quos ipsi condemnant, fanaticis, in omnibus fere dictis factisque esse doctrinam, satis accurate ostendit.
- Sect. XX.** p. 275.
- Sect. XXI.** p. 282.
- p. 284.
- P.** 291. 293.
- Sect. XXII.**
- Sect. XXIII.**

Dè Supplemento ad calcem libro huic adjecto multa dicere non attinet. Respondetur in illo quibusdam Georgii Whiteheadi objecti-

objectionibus, quibus primam operis hujus editionem oppugnaverat. Id forte silendum non est, inter omnes illas objectiones nullam esse, quæ historicam rerum ab Autore nostro expositarum veritatem in dubium vocet. Quæ cum ita comparatæ sint, ut unicuique sanæ mentis homini horrorem non incurere non possint, & ab adversario tamen pro veris agnosci videantur, apud mentis suæ compotes saltem conclamatum de Quakerorum rebus esse, merito sane judicat.

UTILISSIMO TRATTATO DELL' ACQUE CORRENTI &c.
h. e.

UTILISSIMUS TRACTATUS DE AQUIS CURRENTIBUS,
divisus in tres libros, in quo indicantur mensura & experimenta illarum, nec non joci ludique, qui mediante aere & igne ab aqua eduntur &c. Autore CAROLO

FONFANA, Equite.

Romæ in Typographeo Joh. Francisci Buagni, 1696, fol.
Constat plag. 56, cum multis iconismis.

CUm nobilissimus Auctor ab anno ætatis suæ vigesimo, atque adeo per annos plus quam triginta, arti aquas legitime derivandi & distribuendi dedisset operam, multaque cepisset experimenta ad genuinam cursus aquarum causam indagandam, simulque animadvertisset, infinitos commissos errores ab iis, qui deducendis aquis præfecti, non satis animum adverterunt ad aquæ velocitatem; constituit publici boni gratia ea non amplius premere, quæ longo rerum usu multaque industria sibi comparavit, ut manifestum reddat, cum primis in hoc argumento ad aquæ velocitatem, dehinc autem ad lumina seu aperturas, & pondus aquæ luminibus incumbentis, esse respiciendum. Censuit autem paulo altius rem sibi repetendam in primo libro, in quo primum de natura, loco & termino quatuor elementorum, speciatim vero aquæ, Peripateticorum more agit, postea vero generaliora circa derivationem aquarum præcepta proponit, v. g. de aquæ quantitate, perennitate, & qualitate probe examinanda, ejusque bonitate in castello conservanda; ac porro pergit ad specialiora, docens quomodo aquæ ex montibus præcipitantes coercendæ, & aquæductus tum substructionibus

municandi, tum quoque spiraculis, per quæ aër collectus exhalat, in-
 struendi sint. Ac de his quidem in prioribus XI capitibus agitur;
 in sequentibus vero hujus libri, postquam probe inculcatum fuit Ca-
 stelli principium, velocitates diversarum partium ejusdem fluminis
 habere rationem reciprocam suarum mensurarum, & descriptus
 modus ope machinæ cataracta mobili, ut pro re nata attolli & de-
 primi possit, instructæ aquas mensurandi; variz afferuntur proposi-
 tiones, quibus explicatur, quid accidat aquis, quando vel mutatur
 alvei mensuræ aut declivitas, vel aquarum altitudo & velocitas,
 vel plures fluvii in eundem alveum derivantur &c. Has sequuntur
 ad praxin magis spectantes, quales ex plurimis sunt sequentes:
 aquas inferiores in fluvios majores non introducendas ad angulos
 rectos; fistulas irregulariter sitas irregulariter quoque aquam effun-
 dere, ac proinde ita collocandas, ut earum diametri sint in eadem
 linea horizontali; fistulas in aquæductibus ponendas ad angulos
 rectos, ne obvertantur cursui aquæ, atque ita plus, quam par est, ef-
 fundant; castellum, ex quo aqua erogatur, cylindricum esse con-
 struendum, & per foramen in centro vasis factum immittendam
 aquam ex aquæductu, fistulas autem in circumferentia castelli
 disponendas ita, ut majores minoribus alternis admisceantur; plus
 effundere fistulas pendentes quam horizontales, quia siphonis vice
 funguntur; lumen, cujus spatium æquale spatiis duorum aliorum
 luminum, non emittere tantum aquæ, quantum per illa duo lumina
 effluit. Secundus liber complectitur propositiones de aquæ per
 siphones attractione, ejusque ex vasis expulsionem, ope aëris vel com-
 pressi, vel ignis adminiculo rarefacti, quas longum foret huc affer-
 re. Tertio autem libro recensetur, quænam opera posita fuerit
 in derivatione aquæ novæ lacus Braccianensis in aquæductum
 antiquum Alscatinum. Hæc enim quamvis jam A. 1694 edita ma-
 ximam partem fuerint, huic tamen operi jungenda censuit nobilissi-
 mus Auctor, distinctius paulo tradita, ut theoriæ cum praxi aliquod
 fieret connubium. In fine hujus tractatus promittit Auctor duos
 libros, quos jam confectos habet, in publicum edendos, quorum
 unus de Thuscia aget antiquæ & aquæ Trajanæ deductione; alter
 historiam amphitheatrorum & theatrorum tradet, eorumque ma-
 gnificentiam & delineationes oculis eruditorum exponet.

Samu-

SAMUELIS RETHERI JC. ET MATHEMATICI KILIENSIS
*Experimentum novum, quo aqua marina dulcedo examinata
 describitur.*

Kilia apud J. S. Riechel; 1697, in 4. plág. 2.

Aquam marinam glacie concretam falsedinis expertem esse, pri-
 mus, quod nos sciamus, literis prodidit *Thomas Bartholinus*, in
 Observationibus de Usu nivis medico cap. 6. p. 42. idque pro ex-
 plorato habere braxatores Amstelodamenses notat *Boyllus* in
 Historia experimentalis frigoris (*New Experiments and Observations
 touching Cold*) pag. 59; quippe qui glaciem ex aqua marina con-
 cretam, rursusque solutam, dulcis aquae loco ad coquendam ce-
 revissiam adhibeant. De ipsa vero aqua marina fluida ejus quidpiam
 hucusque observatum non meminimus.

Quo magis deprædicanda nobis est celeberrimi *Reyberis* so-
 lertia, qui rem fando acceptam ipso facto experiri, experimenti-
 que sui seriem Orbi literato exponere non recusavit. Postquam
 enim multos ante annos ex muliere quadam, quæ tempore hyber-
 no in portu Kiliensi lintea lavare sueta erat, audivisset; aquam
 marinam, quo tempore glacie premitur, sale destitui; idemque e-
 tiam sibi aliisque compluribus persuasum esse; non ita pridem à
 piscatore, ibidem loci mytilos per foramen glaciei ex fundo maris
 extrahere solito, accepisset: tentamen ejus die 6 Februarii hujus
 anni, è regione castelli Regii, cui *Fridericia* nomen est, instituit:
 Perfracta itaque glacie, pedem unum crassa, deprehendit: 1. fru-
 sta glaciei fuisse dulcissima. 2. aquam glaciei proximam itidem sale
 destitutam; 3. aquam siphone sesquipedali extractam modice salisam
 4. eandem siphone quinquepedali haustam adeo salisam, ut unius can-
 tharus, seu 7 libra Romana; istius aqua igni apposita, & in vapo-
 rem redacta; unciam unam cum sequis scrupulo salis reliquerint.

Huic observationi innixus *Autor* de causa dulcedinis dis-
 quirat; eique duplicem assignat: unam, aquæ compressionem, &
 cum eâ simul particularum salinarum expressionem; alteram, salis
 gravitatem, ob quam sponte fundum petat. Circa deductionem
 prioris, elegantem rationem subministrat, qua tempore æstivo, ubi
 neque cellæ subterraneæ, neque frigidi fontis copia suppetit; vinum
 cerevis-

cerevisia, alique potus, ob teporem minus grati, refrigerari possunt. Nimirum in loco opaco, sub umbra arboris frondosæ, lagenam stannea, vitrea, argillacea &c. potu repleta, foveæ, ad altitudinem & figuram vasis excavatæ, immittatur, terra circa lagenam ad palmi crassitiem circum circa relicta; circa hanc terram vero fossa ejusdem cum fovea profunditatis, palmi latitudine effodiatur, fervidaque aqua compleatur: quamprimum vero terra calidam aquam absorpserit, lagenam foveæ extrahatur, gratissimi frigoris potum siccantibus præbitura. Frigus enim terræ nitrosæ lagenam ambiens, per aquam fervidam affusam in lagenam propellitur, potumque refrigerat; qui tamen ne a succedente calore aquæ, qui non secus ac ipsum frigus lagenæ se insinuat, pristinum teporem recipiat, citra moram eximendus est.

Pro astruenda posteriori supponit, aquas fluminum & rivorum, in mare se exonerantium, non statim aquæ salis misceri; hanc vero graviores esse fluviatili dulci; nec hanc marinæ commisceri, nisi ventis & procellis agitatam; indeque marinam, fluviatili difficilius congelabilem, si glacie obducatur, quod tum ventis agitari nequeat, cum adfluentibus fluviorum dulcium aquis misceri haud posse: atque ideo omnes aquas ex fluviis & rivis mari influentes, supremam & glacie proximam occupare regionem, ita ut ad insignem altitudinem illibatæ, dorso quasi maris insideant.

Ex hac porro observatione duplex commodum in cocturam salis, cum salularum, tum aquæ marinæ, derivat. Salularum enim aquis frigori expositis, tenuiores earum partes in glaciem coactæ removeri, possunt, atque sic muria crassior obtinebitur. E maris vero glacie tecti fundo per siphones aqua salis abundantissima haurietur. Edulcorationi etiam aquæ marinæ observationem hanc non omnino nihil conferre posse *Autor* existimat. Quamvis enim in regionibus calidioribus, intensi frigoris inexpertis, nullum usum habere videatur: inveniri tamen ejus occasione posse autumat modum producendi frigus artificiale, cujus beneficio aqua marina potui apta queat reddi. Quæ sub finem disquisitionis præterea annotare *Autori* visum fuit, B. L. ex Schediasmate non multorum foliorum ipse non difficili opera cognosceret.

HISTORIA ANGLIÆ GENERALIS, TAM ECCLESIASTICA quam Civilis, ab antiquissimis temporibus repetita, & ad ejus, qui nunc rerum summa præest, Serenissimi Regis GULIELMI III avum perducta. Ex antiquissimis monumentis, manuscriptis edictisque Historicis concinnata, illustrium in Ecclesia & Republica Virorum monumenta complexa, celebriorumque in Anglia Monasteriorum, ac utriusque Academia origines exponens. Vol. I. Autore JACOBO

TYRRELL, Armigero.

Londini apud W. Rogers, 1697. fol. alph. 8.

Frequentibus adeo omnium votis Generalis Angliæ Historia ex-
petita hætenus est, ut non defuerint Viri docti, qui passim, data
occasione, summum quo exarserant ejus videndæ desiderium ex-
posuisse haud contenti, viam, quam in ea concinnanda incundam
censuere, monstrarent, fontibus ex quibus petenda ea sit, omnis-
que generis, quæ ad ornandam illam conducere posse videbantur, sub-
fidis fideliter indicatis. Verum difficile opus illud adeo esse existi-
marunt, ut ne Seldenos quidem, Miltonos atque Camdenos pares
ei fuisse arbitrati, desperandum pene esse putaverint, ab uno al-
quo homine in hoc genere aliquid, quod doctiorum sustinere cen-
suram queat, posse proficisci. Quo magis sane ei, quem nunc
sistimus, nobilissimo Autori gratulandum est, si arduum & alex
plenum, quod de Generali Angliæ scribenda Historia cepit, con-
siliam ex animi sententia ipsi successerit. Equidem an ille præstite-
rit, quod tot illustrium in hoc studiorum genere heroum vires lon-
gissime excessisse, nobis persuadere satagunt, qui Anglicarum re-
rum sibi vindicant noticiam, nostrum dicere non est, qui uti alias,
ita hic quoque censorum officio merito abstinemus: nec quod eo-
rum, quorum est de talibus ferre judicium, senatus nondum censuit,
id arroganter præjudicamus. An vero omnem adminiculorum,
& eruditionis apparatus, quo tale quid molientem instructum esse
oportere, peculiari opere, in Actis hujus anni p. 27 commemorato,
Gul. Nicholsonus nos docuit, ad hanc historiam suam ejus Autor at-
tulerit, eo facilius Lectoribus licebit perspicere, quod ipse, quibus

- P. 1. subsidiis fuerit usus, non putaverit esse dissimulandum. In præfatione enim, quam luculentam satis atque prolixam operi huic præfixit, id potissimum egit, ut, postquam omnes, qui ab Hensici VIII ævo usque ad nostra tempora ad Historiam Angliæ scribendam animum adjecerunt, censura sua notasset, variosque eorum observasset defectus; suum, quod secutus in ea concinnanda consilium fuit, aperiat, fideliterque tam manuscripta monumenta, quam edita recensent, quibus in primo hoc volumine, quo historiam Angliæ, a fabulosis temporibus facti initio, usque ad Normannorum invasionem pertexuit, ipsi licuit uti. Partis eorum haud postremæ paulo post mentionem faciemus, ubi argumentum hujus voluminis paulo luculentius erit exponendum. Jam Asserii tantum Menevensis, Ethelwerdi, Osborni, Anonymi vitæ S. Dunstani scriptoris, Florentii Worcesteriensis, Simeonis Durhamsensis, Richardi, Gulielmi Malmesburiensis, Henrici Huntingdoni, & decem Scriptorum Historiæ Anglicanæ qui uno volumine Londini prodierunt, meminisse liceat; de iis enim singulis fusius agit, multumque eorum laboribus
- P. 15. adjutum sese esse fatetur. Quibus addit Annales Abbatæ Worcesteriensis a Warthono in Monastico Anglicano publicatos, Ramseyensis item Eliensis & Glasterburiensis Monasterii Historiam a Gulielmo Malmesburiensi adornatam, uti & Ranulphi Higdeni Polychronicon. Ex vastissimo autem ineditorum monumentorum, ad
- P. 17. Historiam Saxonici in Anglia regni spectantium numero, præter *Historiam Auream* Joannis Tinmouthi, *Historiamque Regum Angliæ* a Joanne Castorio, & Joanne Rouse conscriptas, & quinquaginta circiter anonymos Scriptores, nihil habet quod incrementa dedisse huic operi suo dicere queat, imo ab iis quoque perexiguum ei accessisse momentum non obscure fatetur. Cum vero non possit non vacillare totius hujus voluminis fides, si verum est quod Thomas Craigius, dum homagium a Scotiæ Regibus Angliis præstitum nunquam esse contendit, causæ suæ inserviens affirmavit: nullam nimirum esse Historicorum Bedæ posteriorum, quibus se jactent Angli, sive antiquitatem, sive autoritatem; prolixè audacissimum illud Craigii commentum confutat, ejusque in Historia Angliæ imperitia luculenter demonstrata, multa affert, quibus magis expedita illa de Scotorum homagio controversia reddatur. Quæ omnia

omnia breviter a nobis saltem perstringi, imo etiam præteriri nonnulla, qualia sunt quæ de Ecclesiasticis in Angliâ rebus, & inter eas de martyrio S. Albani monuit, (cujus historiam fabulam redolere, p. 24. contra Rever. Worcestriensium Præsulem, qui in Originibus Britannicis nonnulla ad fidem ei adstruendam attulerat, probavit,) eo minus ægre ferent Lectores, quod prolixa adhuc Introductio ad hoc volumen perlustranda nobis sit, antequam ad ipsum propius inspiciendum accedere valeamus.

In illa itaque Howelium & Bradeum imitatus, qui in limine Anglicanæ, quam ipsi concinnarunt, Historiæ idem præstiterunt, ex Seldeno & aliis de forma regiminis legibusque, quæ in Angliâ tum ante Cæsaris in eam adventum, tum sub Romanis quibus paruit Imperatoribus, tum post eos, tum denique sub Saxonum imperio obtinuerunt, agere instituit. Et ea quidem, quæ ad tempora Cæsaris antiquiora spectant, paucissimis absolvit, utpote quæ ad fabulas quam veram historiam propius accedant, Gothofredi Monumentis autoritate unice subnixæ. Nec multum prolixior est in eo, qui sub Romanis in Angliâ fuit, rerum statu. Ast Anglo-Saxonici in ea regiminis qualis fuerit facies, fuscæ & operosæ sibi inquirendum esse putavit. Et ipsam quidem imperii formam Aristocraticam potius quam Monarchicam fuisse contendit: Regium enim quidem inter eos docet obtinuisse nomen, sed cujus major belli quam pacis tempore fuerit autoritas. Howelium autem, qui summa & absoluta potestate Anglo-Saxonum Reges imperasse statuit, fallere & falli, prolixa & acriter confutatione ostendere conatur. Nec minus operosè contra Bradeum disputat, qui hæreditario jure a parentibus ad filios semper Angliæ regnum, quamdiu Anglo-Saxones rerum summa potiti sunt, devolutum fuisse existimavit. Electitium enim regnum istud fuisse, & ipsos etiam eos, qui a parentibus nominabantur successores, sine magni Regni Concilii consensu spei isti destinatos haud esse, prolixè examinata Regum in omnibus septem Saxonum provinciis, maxime autem Saxonum occidentalium successione, usque ad Normannorum in Angliâ adventum, evincit. Quæ vero de horum Regum coronatione, titulis, juribus & prærogativis observat, prolixiora sunt quam ut hic repeti queant. Id tamen non observare non possumus, ita in iis describendis eum versari,

- ut omni data occasione, quam arctis limitibus eorum circumscri-
 pta fuerit potestas, ostendat. Imo abrogatum iis haud raro impe-
 rium ob crimina insigniora fuisse, & exemplis & aliis argumentis
 probat, & pacta quaedam, ut vocat, originalia, quæ Rex & populus
 inter se inierint, extitisse docet. Quæ omnia quo tendant, non
 obscurum esse potest iis, quibus præsens rerum Anglicarum facies
 ignota non est; qui etiam facile, quas partes cl. Autor noster se-
 quatur, ex iis, quæ mox dicemus, conjecturam facere poterunt. De
 p. 72. dignitatibus nimirum & titulis honorum, variaque populi Anglica-
 p. 78. ni, pro eorum diversitate, divisione agens, contra Bradeum acriter
 disputat, qui plebis Anglicanæ conditionem ævo isto a servili non
 longe abfuisse contendit, imo & optat, ut pristinæ conditioni, hodie
 p. 80. non parum immutatæ, denuo illa restitueretur. De judiciis autem,
 aulisque judiciariis sermonem instituens, Communis Regni Conci-
 lii, quod Parliamentum vocare hodie solent, & antiquitatem præ-
 lixè adstruit, & auctoritatem quam fieri potest maxime extollit, quam
 Johnstonum & Filmerum infirmis nimium argumentis evertere co-
 natos fuisse queritur. Quin & Bradeum acerba denuo censura no-
 tat, qui solos generis nobilitate conspicuos membra ejus fuisse sta-
 tuit. Plebeji enim ordinis homines, urbium & civitatum delega-
 tos, quos Communes hodie vocant, ad ea non minus olim ac ho-
 die admissos fuisse, idoneis monumentis confirmat. Legum por-
 p. 103. to ferendarum potestatem non solum Regis, sed Statuum Regni ei
 in Parlamento junctorum fuisse, contra Johnstonum defendit: ejus-
 p. 108. que & Parliamenti in rebus Ecclesiasticis potestatem explicat. De-
 p. 117. nique leges, quibus Angliæ ante Normannorum invasionem recta
 fuit, in compendio quasi exhibet. Ubi id saltem observare placeat,
 communem legum Anglicarum divisionem in leges Saxonum,
 Occidentalium, Mercianorum, & Danorum, ipsam quoque retinere:
 quem communem, sed gravem satis errorem ex mente claris-
 simi Nicholsoni esse, in Actis hujus anni p. 32 a nobis monitum fuit.
 Jam ut ad ipsam denique opus accedamus, Annalium me-
 thodo digestum, sex absolvitur primum hoc ejus volumen libris. Pri-
 mum eorum post geographicam Angliæ descriptionem, & dispu-
 tationem non nimis prælixam de variis nominibus & antiquissimis
 incolis ejus, eorumque linguis, nihil aliud exhibet, quam brevem
 aliquam

aliquam fabulosæ Gothofredi Monumetensis Historiæ Britannicæ epitomen. Ea Bruti, qui primus insulam istam, deductis in eam quibusdam Trojanæ gentis reliquiis, incolis implevisse dicitur, & successorum ejus res gestas persequitur. Quam Historiæ Anglicæ partem utut fabulosis narrationibus mire inquinatam esse atque corruptam negare non audeat, Gothofredum tamen, doctum Virum & Historiæ gentis suæ apprime peritum, multa præclara & a veritate non aliena tradidisse, persuasum habet. In secundo libro ex fragmentis Historiæ Britannicæ, quæ apud antiquos Romanorum Historicos obvia sunt, illorum temporum rationem reddit, quibus cum Romanis, post Cæsaris adversus Britannos expeditionem, aliquid commercii illis fuit. Quem laborem, utut a Milto & Camdeno jam olim fuerit occupatus, eo minus tamen Lectoribus ingratum fore sperat, quod maximorum nominum, Ulfserii, Stillingfleeti, Lloydii observationibus, passim ab iis propositis, & suo loco hic insertis, novum splendorem sibi conciliet. In tertio libro, postquam ex Sheringhami tractata *de Origine Gentis Anglorum*, de eorum gentium, quæ communi Saxonum nomine appellantur, natalibus & incrementis, nonnulla attulisset; ex Gilda, Beda & Nennio, quæ prima Britanniam invadendi occasio iis data fuerit, exponit, atque ad potissimum operam dat, ut Heptarchiæ ab iis in Anglia erectæ Historiam ex Annalibus Saxonum tradat, quorum etiam methodum in ea exhibenda, utpote omnium aptissimam, fuit secutus. Illo itaque ordine libro isto Saxonum in Anglia Historiam ad seculusque post C. N. sexti finem persequitur. Atque adeo libro quarto seculum septimum, quo Augustini Monachi ministerio Evangelii lux Anglis affulsit, auspiciatur. Hujus vero historiam ex Beda unice texit, nisi quod postremam ejus partem, in qua deficit ille, ex Annalibus Saxonum supplere coactus fuit, & ex conscripta a Stephano Eddo, qui ævo illo floruit, vita Wilfridi Archi-Episcopi Eboracensis, passim nonnulla inseruit. Quintus denique liber & sextus, in anno Christi 1066 desinens, eorundem Annalium autoritate potissimum nituntur, qui tamen ex Florentio Worcestriensi & aliis supplendi passim fuerunt. Cum autem Annales Saxonici utramque fere in hoc volumine faciant paginam, qui tamen ita sunt aridi atque jejuni, ut ægre admodum historico operi, quod sine tædio

legas, materiam suppeditare possint; coactus clariss. Autor fuit, non Ecclesiasticarum tantum rerum passim facere mentionem, & illustrium in Ecclesia Virorum gesta, imo & præcipuarum Sedium Episcoporum successiones exponere, quæ omnia ex Gulielmo Malmesburiensi, & iisdem Annalibus plerumque desumpsit: sed leges quoque tam civiles quam ecclesiasticas, in magnis Regni Conciliis variis temporibus sancitas passim repræsentare: quarum posteriores ex Henrici Spelmanni Collectione Conciliorum desumpsit. Imo ne fabulis quidem & otiosorum Monachorum figmentis enarrandis omnino abstinuit, quod parce tamen, & iis saltem in locis, quæ mutila sine his erant apparitura, se fecisse profitetur.

EXCERPTA EX ILLUSTRISSIMI DN. LUDOVICI FERDINANDI Comitis MARSIGLII, S. Cas. Majestatis Cubicularii & Legionis pedum Tribuni, Epistola ad ----- ex Actorum Lipsiensium Collectoribus, de Phosphoro Bononiensi.

Iam diu est, quod illustrissimus Comes has de Phosphoro Bononiensi fecit observationes, eum in finem, ut illas ad immortalis memoriæ virum Robertum Boyle in Angliam mitteret. Verum audita tanti viri morte, passus est sepultas quoque illas jacere in scriniis, donec tandem ex Tomo I. Supplem. Sect. IV, p. 207 Actorum quæ a nobis colliguntur, occasio ipsi nata fuit illas eruendi, & quantum permiserunt ardua, quibus distinctur negotia, in ordinem redactas nobiscum communicandi. Primum autem loca, ubi lapis ille Bononiensis reperitur, describit, & mineralia recenset, quæ in illis nascuntur; deinde partes, quas vocat organicas, lapidem componentes delineat, & in ejus structuram inquirat, enarratisque observationibus, quæ Chemiæ adminiculo factæ ad intrinsecas lapidis partes investigandas, exponit modum compendiarium facilemque lapidem præparandi, ut phosphori munus perfecte obire possit. Nascitur hic lapis, ut Lectori præcipua more nostro summam cognoscenda proponamus, in montibus circa Bononiam, quorum alter mons de *Paderno*, alter *Piedalbino* vulgo dici solet. Uterque sterile caput effert inter amœnos colles vicinos, similemque habet superficiem; quamvis Padernus magis his lapidibus, quam alter, abundet.

det. Terræ, quibus teguntur montes, variaz sunt, aliaz cineracei coloris, aliaz albi, aliaz rubri, atque in his bolus colligitur ejusdem coloris, linguæ adhærens & naturæ adstringentis. In reliquis hinc inde efflorescit ad altitudinem digiti sal quidam mixtus flammulis gypsi atque talci, cujus solutio concrefcit in lamellas saporis falsi, sed crassioris nec multum penetrantis; unde etiam conjicit illustr. Comes, eum non prolem esse salis ammoniaci, sed potius principium gypsi, dum laminis terreis miscetur, easque conjungit. Reperiuntur quoque hic duo alia lapidum genera, quorum unum ob similitudinem cum animalium renibus, reniforme, alterum ob affinitatem cum ventre crystallino, ventrem tartareum illustrissimus Comes appellat. Illud ad naturam jaspidis accedit, multasque fissuras habet: hoc cinerei est coloris, & loco depuratæ materiæ crystallinæ continet tartaream crustam variegatam coloribus. Duplices quoque marcas hic inveniuntur, ferri nimirum & cupri, quarum nonnullæ tuberosam habent figuram, aliaz ex quadratis corpusculis componuntur. Terra, in qua lapis phosphorus quasi sparsus reperitur, quæque pluvius aquis una cum illo avehitur, & in rivos, ex quibus colligitur, præcipitatur, profunditate unius palmi arida est, densa, obscura, flammulisque conspersa, vel particulis non dissimilibus gypso & figura non multam differentibus a partibus phosphorum constituentibus; in duorum profunditate palmorum, coloris est ferruginei & subviridis, iisdem flammulis sed minoribus distincta; in trium profunditate, non multum est dissimilis priori, nisi quod flammulæ ita sunt exiguæ, ut sine lente optica vix discerni possint. Eam autem sextam esse vitriolicis & arsenicalibus particulis, ex tentaminibus factis adparat. Figura phosphorum irregularis est: alii nempe plani, alii cylindrici sunt, alii ovals, alii sphericis, alii tabulati. Sphericis maximi sunt omnium, neque tamen Persici mali magnitudinem excedunt. Tabulati cavitatem habent ex utraque parte quasi duobus digitis impressam, suntque ad præparationem optimi. Ponderus ad unam duasve libras vulgo accedit, quamvis etiam nonnulli octo librarum pondus æquent. Neque tamen maximi gravissimique reliquis sunt præferendi, & falsus fuit Licetus, qui gravitate specifica hos lapides plumbum superare memoriæ prodidit. Ad usum minus apti sunt colore plumbeo, præstantiores argenteo, & chal-

TAB. VI.



Fig. 1.

chalcedonium cinereum referentes præstantissimi, qui ad perspicuitatem succini accedunt. Quintuplex occurrit varietas interna ratione fibrarum in lapidibus contractis, (cujusmodi aliquem hic sistimus) ab Ill. Comite descripta; qui hanc quoque lapidis anatomiam tradit: Separatur lapis in plures partes, quarum prima est punctum, vel discus, vel linea centralis, nihilque aliud quam pauca terra aut argilla carens particulis ipsam conglutinantibus. Sequuntur certa ligamenta fig. 2. quæ serviunt unendis partibus fibrosis, 3, 4, 5, 6. Super has variis in locis transversæ excurrunt lineæ 7, 7, 7. Extremum lapidis crusta tegit seu cuticula 8, cujus partem aliquam refert fig. 9. Extima illa crusta est pars, in quam ignis vi rediguntur particule lumen suscipientes: separata enim a lapide lucem imbibit, & sine illa lapis manet cadaver tenebrosum. Ex calcinatione lapidis, ejusque sublimatione apparet, lapidem illum non esse gypsi speciem, sed potius ad subalternam talci speciem esse referendum, prætereaque continere misturam variorum mineralium, vitrioli, sulphuris, certæ speciei nitri, & fortassis etiam mercurii & arsenici.

TAB. VI.

Fig. 2-9.

Præparatio Phosphori sequentem in modum commode fieri potest: Assumantur lapides mediocris magnitudinis, probeque loti aqua pura, non tantum penicillo setaceo, sed etiam lima radantur, ut inæqualitates tollantur; deinde in spiritum vini probe rectificatum immersi volentur in pulvere lapidis phosphori contusi bene cribrato, ut eodem toti cooperiantur, & crusta quadam induantur. Porro transverso furni anemii ferro insternatur craticula ferrea, eique injiciantur carbones nucis circiter magnitudine ad 4 digitorum altitudinem; his autem imponantur lapides, ut distantiam inter se unius digiti servent, & contegantur similibus carbonibus, ita ut totus furnus impleatur. Hic tandem operculo ferreo, cui apertura decussatim incisa est, vel lateribus debitas aperturas relinquentibus, muniatur, igneque succenso expectetur, donec carbones consumti, quod horæ fere spatium fieri solet, & lapides fuerint refrigerati. Quo facto lapides crusta, quam pulvis aqua vitæ madefactus superinduxit, quæque facile separari potest, liberentur, & pulvis abrasus, qui etiam perfecte lumen recipit, demum minutim concrudatur, ut ex illo variz possint efformari imagines. Illæ enim primum delineantur albumine ovi misto cum saccharo aut traga-



traga-

ragacantha, cui deinde pulvis inspergitur, possuntque etiam addi colores varii sine virtutis luciferæ damno. Ex eo autem, quod lapis etiam contritus vim lumen imbibendi retinet, cognoscitur, non provenire illam a fructura aut figura partium, sed principio potius proprio, quod operatur interne per qualitatem suorum componentium. Varias subit lapis ille Bononiensis mutationes, dum ex statu naturali transfertur in artificialem. Inprimis mutat colorem, dum ordinarius gypsi & albus vertitur in mixturam variorum colorum, nempe ferruginei, coerulei, albidi, carnei, flavi, indicantium varietatem mineralium quæ complectitur. Ante præparationem non habet odorem ullum sensibilem, postea vero fit varii odoris, ex varietate mineralium orti, cum prædominio mitis sulphuris. Inter illos colores varios albus mixtus ferrugineo indicat lapidem optime ad imbibendum lumen dispositum. Quo magis sunt impuri lapides, eo per calcinationem sunt leviores, & durities in friabilitatem adeo magnam transit, ut ob illam difficulter conserventur, aut de loco in locum, si succussio accedat, transferantur. Extrema spoliatus superficie phosphorus, totus albus & transparentis instar tæli apparet, atque si in frustra confringatur, fibras exhibet adustas, exsiccatas, & hinc inde admixtas maculas rubras, quæ nihil aliud sunt, quam partes terræ interjacentis inter fibras, & ad ordinarium argillæ igne excoctæ colorem deductæ; quamvis occurrant etiam aliæ maculæ, vicinæ superficiæ lapidis, & ejusdem coloris cum corticè superiori, quæ etiam nonnunquam lumen recipiunt. Unde patet, nihil eas esse aliud, quam particulas materiæ attrahentis lumen, quæ a centro tendebant versus superficiem, verum ob defectum vel temporis, vel ignis, aut ob aliud quoddam impedimentum, eo pervenire non potuerunt.

Ufus tandem phosphori ita se habet: Postquam, ut supra monitum, lapis liberatus est crusta exteriori, exponendus est aeri luminoso tantisper, dum Symbolum Apostolorum ter circiter recitari potest; ita subito lumen concipiet, & instar candentis carbonis relucebit. Notandum tamen est, illum valido Solis lumini objiciendum non esse, quia virtutem suam amittit, neque ita bene illuminatur, sed melius concipere lumen in conclavibus conclusis. Idem autem generaliter accidit, etiam temporibus aliquo modo humidis & non

serenis. Probe semper conservandus est phosphorus in scatula, cum lana bombycina, neque exponendus aeri, nisi quantum operationis requirit necessitas: aliter enim vis ejus perit, consistens quippe in partibus spirituosissimis, quae facile separantur & avolant, aut in textura partium singulari, quae facile ab injuriis aeris ambientis turbatur. Quando lumen aeris debile est, v. g. vesperi, lumen quoque phosphori fit debile. Repositus in vitro Hermetice clauso, aliquo modo lumen recipit, uti etiam, si lapis est perfectissimus, illuminatur in obscuro ad lumen candelae aut facis; a lumine vero lunari non accenditur. In variis aquarum positus generibus imbibit & retinet lumen, idemque facit in variis affusis liquoribus & spiritibus, neque tamen generaliter omnibus. Immersus in aquam fortem excitat fermentationem vehementem, quae ipsum spuma flava involvit, & lumen ab ipso prohibet. In omnibus oleis imbibit & monstrat lumen, excepto oleo nucis, in quo vim quidem habet illud attrahendi, non autem manifestum faciendi; extractus enim ex eodem, neque denuo expositus aeri, statim relucet. Illatus in recipientem aere vacuum retinet lumen, sed remissius, quod non mutatur, si de novo aer admittatur.

Hæc potiora sunt, quae Illustr. Comes de phosphoro Bononiensi observavit experimentis cum cura factis, relinquens aliis majori, affluentibus otio provinciam indagandi modum, quo vel generatur, vel colligitur lumen in lapide Bononiensi. Appendicis loco accessit ejusdem observatio de gypso, quod in territorio Bononiensi effoditur, præcipue circa villam S. Raphaelis, ubi fodinæ seu caveæ centum passus profundæ reperiuntur, in quibus ope pulveris pyrii, ex monte vastæ moles decutiuntur, quæ comminuuntur deinde ab operariis in partes in fornacibus excoquendas. Tres autem ibi reperiuntur gypsi species, quarum prima positum habet horizonti parallelum, estque gypsum commune, *Scaglia* dictum operariis. Hujus stratis alternis succedunt strata terrea; olimque rude ad fundamenta turrium, nec non portarum & fenestrarum ornamenta fuit adhibitum, hodie vero in pulveremustum pro cemento habetur præstantissimo, præsertim si cum calce misceatur, ut humiditati eo melius resistat. Secunda species *Scagliola* dicta, est ad horizontem perpendicularis, effoditurque ex montis quibusdam fissuris,

&

& talci imperfecti quædam est species, fortassis lapis specularis a Plinio celebratus. Calcinatur in pulverem minutissimum & nivei coloris, ex quo omnia fingi possunt pari elegantia, quæ ex albissimo Carrarensi marmore exculpi solent. Tertia species, quæ obliqua est ad horizontem, accedit ad alumen plumosum, & forsitan est species impurior & imperfectior hujus fossilis. Obvia quandoque est in fissuris hujus montis crusta quædam, ab operariis oculus gypsi & nervatura dicta, quæ polituram instar marmoris recipit, & distributione macularum pulcherrimo, non cedit alabastro. Refertur operariis, si quis scabie infectus in fodinis illis aliquot dies commoretur, eum ab eadem, fortassis ob sulphur gypsi, liberari, ut adeo compenset aliquo modo damnum, quod intus sumtum affert, instar veneni.

*SPECIMEN METHODI, CUJUS OPE DATUM SPATIUM
in ratione data dividitur, licet ejus quadratura sit ignota.*

per D. T.

Quæ in Actis anni 1695 mense Novembri indicaverim, Lectorem Philomathematicum adhuc memoria tenere arbitror. Circa ea jam monendum duxi, proprietatem, Curvæ Parabolicæ partes inter se comparandi, quam tunc ut universalem tradidi, valde esse limitatam, & tantum in certo particulari casu succedere. De hoc enim asserto licet utens methodo indefinite parvarum quantitatum, duplici via persuasus essem, atque tunc in eo acquiescerem; quoniam tamen paulo post tertia quadam satisque facili methodo plane contrarium hinc deducebam, alia plane methodo, infinite parvarum quantitatum non indiga, in calculo, cujus mentionem diu est quod feci in Actis hisce, in rem totam denuo inquisivi, atque iterum comperi, eam tantum particulariter esse veram. Quamvis ergo jam dudum id animadverti, non tamen consultum duxi id edere in publicum, sperans, quoniam hæc methodus viam plane singularem appetit, quæ nondum nota est publice, videreturque maxime esse genuina in calculo indefinitæ parvarum, fore ut concederetur mihi spatium, hanc methodum probe excolendi, atque deinde singulare aliquod publico exhibendi, ut defectus ille refarciretur. Verum tam occupationes maximæ, quæ tamen vix me ab his studiis

abstraxissent, quam perpetua fere itinera & conversationes, quibus adhuc dum distineor, cogunt in quietiora rem differre tempora. Ut tamen interim aliquo modo publico satisfaciam, cum nuper in Actis Eruditorum mentionem fecerim universalis methodi, spatium quodcunque, cujus quadratura ignota, in data ratione secandi, idque infinitis modis; ejus aliquod dabo specimen in quadrante circuli.

TAB. VI.
Fig. 10.

Sit quadrans Circuli AECB, & describatur Curva AGC, cujus hæc est natura, ut posito $AF = x$, $FG = y$, $BC = a$, $HI = b$, natura ejus per hanc Equationem exprimitur: $a^4 y^4 - 4 a^5 x y y + 8 a^3 b b x y y - 2 a^4 x x y y - 8 a a b b x x y y + 16 a^4 b b - 4 a^6 x x - 16 a a b^4 x x - 24 a^3 b b x^3 + 4 a^5 x^3 + 32 a b^4 x^3 + 8 a a b b x^4 - a^4 x^4 - 16 b^4 x^4$: dividet hæc Curva, quæ non difficulter per puncta describi potest, spatium quadrantis AECB in duas partes AECGD & ADGCB, quæ sunt in ratione lineæ b ad lineam a--b. Hic autem animadvertendum est, cum spatium dividitur in ratione numeri ad numerum, curvam ADGC rectam ADC ita secare, ut AD semper sit ad DC in ratione numeri quadrati ad alium numerum quadratum: v.g. quando quadrans AECB est ad spatium ACGD, ut 3 ad 1, Curva ADGC secat rectam ADC in D, ut AD sit ad DC, uti 49 ad 36. Hujusmodi curvæ, quæ omnes talem conditionem habent, innumeræ possunt inveniri. Unam tantum ex his adhuc superaddam.

Sit curva, cujus hæc natura: $y = \sqrt{2ax - xx} - \frac{b}{a} \sqrt{2a^3x - aaxx} - 2ax^3 - x^4$, ab hac itidem spatium quadrantis in ratione datæ lineæ ad datam lineam dividetur. Quod si ergo quis, adspirante fortuna, inter tot curvas in eam incideret, ubi segmentum AD segmento DGC esset æquale, Quadratura Circuli hucusque frustra quaesita, quæque foret manifesta.

JAC. B. SOLUTIO DIFFICULTATIS CUJUSDAM CIRCA NATURAM Flexus contrarii.

Dixeram in Meditatione de natura Osculi, mensè Mart. 1692 p. 116, quod in *omni Flexu contrario Circulus osculator sit infinitè magnus, adeoque Curvedo Lineæ nulla*. Hos enim ex notione flexus contrarii & illa naturæ lege, qua constanter saltum abhorret, satis, puto, per se manifestum. Illustrissimæ tamen Dominus Marchio

MENSIS SEPTEMBRIS A. M DC XCVII. 411

chio Hospitalius ingeniose mihi objecit casus quosdam particulares, ubi contrarium evenit, & circulus osculator infinite parvus est; ut in Curva GAG (fig. 11) cujus natura est $ax^3 = y^3$, & quæ in vertice A habet flexum contrarium, tametsi radius osculantis circuli ibidem sit nullus, quippe quæ ex evolutione curvæ IA per ipsam verticem A transeuntis describitur. In quo sane Vir laudatissimus quiddam valde singulare detexit, cum hoc assertionem meam dictamque naturæ legem prorsus evertere videatur. Stante enim hoc Axio- mate, *Natura non facit saltum, sed etiam in minimis agit gradatim*, difficulter concipi potest, quomodo partes Curvæ uno sensu inflexæ sensu contrario flecti & incurvari possint, nisi prius amissa curve- dine firmum inter se directum acquirant. Ergo ubicunque id acci- dere videtur, credendum est, in illo puncto virtualiter contineri om- nes curvedinis gradus intermedios, quod sic explico: Loco Curvæ $ax^3 = y^3$, concipio hanc $ax^3 = y^3 - bby^3$, quæ Curva hujus- modi plexus format, quales in fig. 12 repræsentantur, eritque posita AH = x, & HG = y, applicata in vertice AC = b, & applicata in extrema ora sinus ASC, scilicet ST = $b\sqrt{\frac{1}{3}}$. Radius Circuli oscu- latoris (facta insuper $ayy - abb = s^3$, $5yy - 3bb = tt$, & $5yy - 9bb = uu$) universaliter reperitur = $\frac{954 \mp 14 \sqrt{95^4 \mp 14}}{645uyy}$ Unde

TAB. VI.
Fig. 11.

Fig. 12.

discimus 1. radium osculi fore infinitum, si vel s, vel u, vel y sit = 0, id est, si vè y sit = 0, si vè = b, si vè = $\frac{3b}{\sqrt{5}}$. 2. aliis vero in casibus semper finitum, ut in puncto s, cum $y = b\sqrt{\frac{1}{3}}$, quo casu radius hic (posito $\frac{2}{3}abb = z^3$) sit = $\sqrt{\frac{1}{3}}az$. 3. eundem fore positivum, si vel ambæ s & uu sint negatæ, hoc est, si sit $y < b$; vel affirmatæ am- bæ, id est, si $y > \frac{3b}{\sqrt{5}}$. 4. negativum autem, si existente s affirmatæ, ut maneat negata, id est, si y sit $> b$, & $< \frac{3b}{\sqrt{5}}$. E quibus porro colligimus, Curvam in parte ASC & EFG (supposita in E appli- cata $y = \frac{3b}{\sqrt{5}}$) versus axem cavam esse, in parte CDE convexam; &

fff 3

puncta

puncta A, C & E esse puncta flexuum contrariorum, ibique curvedinem nullam esse; in puncto vero aliquo duobus flexibus intercepto, ut & alio quodam ultra flexum extremum E, puta in punctis B, D & F curvedinem esse maximam, ac proinde Curvam a G versus A ordine describi alterna convolutione & evolutione curvarum IKLMNOPQRrqpnmki. Jam si b sensim intelligatur minui, ac tandem evanescere, ut loco æquationis $ax^3 = y^3 - bby^3$, resultet $ax^3 = y^3$, manebunt quidem radii circulorum osculatorum in punctis A, C & E infiniti; sed radius puncti S fiet nullus, quippe $= \sqrt{\frac{1}{2}az}$; quapropter cum hæc omnia puncta tum coalescant in unum punctum A, sequitur, in hoc puncto radium circuli osculatoris esse simul & 0 & ∞ ; adeoque punctum illud A eminenter in se continere omnes curvedines a maxima ad minimam, omnesque evolutas KLMN &c. nmk in unam rectam, axem vid. Curvæ AH, coincidere. Ex quo tandem illud evincitur, quod in fig. II. Evoluta Curvæ GAg proprie non sit sola Curva IAi, sed una cum assumpto axe HAh, ita quidem, ut gignatur per convolutionem & evolutionem hoc ordine factam IAHhAi, radiusque circuli osculatoris in extremitatibus tantum puncti A (si ita loqui fas est) nullus sit, in parte vero intermedia infinitus.

Explicationem nostram confirmat insuper hoc, quod circulus super quolibet puncto axis infiniti AH per A descriptus, adeoque & ipsa linea recta MN, ob axem AH curvæ in A perpendicularem, curvam ibidem tangit, eandemque ob flexum contrarium simul secat; quod cum nemine nunc refragante signum habeatur osculi, sequitur infinitos hos circulos curvam in A osculari, omnesque proin curvedinis gradus eminenter in hoc puncto contineri. Id quod hæc vice ostendendum suscepimus, ad assertionem meam olim editam cum illustrissimi Domini Marchionis observatis utcumque conciliandam. Habui quidem hanc speculationem jam dudum, sed neglecta jacuit, jacuissetque diutius, nisi animadversionem Viri perillustris nuperrime in Supplem. Tom. III, Sect. II, p. 78 ex Commentariis Mathematico-Physicis Parisiensibus recensitam, atque etiam in ejus Analyti Infinite-partorum p. 79 publicatam vidissem.

**IAC. B. ADDENDA AD CONSTRUCTIONEM PROBLEMATIS
BEAUNIANI in Actis bis mens. Jul. 1696 exhibitam.**

Dixi

Dixi tum, quod si Curva data AC (vid. ibid. Tab. VI, fig. 1) sit ex genere Paraboloidum, denotante v æquationis $ady = ydx$. $x^v dx$, numerum quemcunque integrum & positivum, Curva quaesita ED obtineri potest absque quadraturis per solam Logarithmicam; sed non adjecti, Curvam hanc omnino quoque posse esse Algebraicam. Itaque nunc dico amplius:

1. Quod eo casu semper duæ satisfaciunt Curvæ, Mechanica & Algebraica.

2. Idque non tantum, cum Curva AC est ex numero Paraboloidum, sed etiam quotiescunque talis, ut ejus applicata BC exprimat per quotlibet potestates integras & positivas ipsius x , hoc est, si terminus $x^v dx$ quotcunque membris constiterit; veluti si sit $ady = ydx$. $x^2 dx$. $x^3 dx$. $x^4 dx$. &c.

3. Quod Algebraica ejusdem perpetuo gradus futura est cum data AC.

4. Hinc si AC recta est, angulum constituens cum axe AB, seu $v = 1$, & ED recta esse poterit (quod jam olim etiam, cum Problema Beaunianum inter nos revivisceret, animadversum mihi fuit) Si AC est Parabola communis, ipsa ED quoque talis erit; sed si AC est Parabola Cubica, erit saltem ED una ex Curvis secundi generis &c.

5. Quod dictum de Æquatione $ady = ydx$. $x^v dx$, idem quoque intelligendum de Æquationibus differentio-differentiabilibus, $aaddy = ydx^2$. $x^v dx^2$; $a^2 dddy = ydx^3$. $x^v dx^3$, aliisque altiorum graduum in infinitum, quibus singulis (sumtis dx æqualibus) in casu exponentis v integri & positivi, Transcendentes pariter & Algebraicæ Curvæ satisfacere possunt.

Unicum exemplum esto loco omnium: Sit Curva data AC vel IC (ibid. fig. 2 vel 3) cujus applicata BC $= x$; $aa = 3xx$; $a \mp bx$; a , hoc est, sit Æquatio construenda $ady = ydx - x^3 dx$; $aa \mp 3xx dx$; $a - bx dx$; a . Dico, si in recta infinita BG, seu ex G puncto Logarithmicæ, seu ex B puncto tantum axis, abscindatur sursum quantitas Algebraica x^3 ; $aa \mp bx$; $a \mp b$, fore, ut obtineatur utrovis modo punctum in optata Curva ED, quæ propterea priori casu Transcendens fiet, posteriori Algebraica, & ejusdem generis cum data AC vel IC.

Ex quibus omnibus, nescio an observatis hactenus, præclare confir-

confirmatur ejus veritas, quod ad Problemata Groningani Program-
matis nuperrime notavi, fieri scil. posse, ut una eademque æquatio
differentialis differentes numero graduque curvas designet; hinc
nim exempla produxi infinitarum talium, quæ Curvis etiam toto ge-
nere diversis quadrant.

*DE MAGNIS LENTIBUS SEU VITRIS CAUSTICIS, QUO-
rum diameter trium quatuorve pedum, nec non eorundem usu & ef-
fectu plene & perspicue indicato, per D. T.*

Cum sæpe multumque petiit a me fuerit, ut de lentibus illis
magnis, quas huc usque fieri curavi, pleniorẽ explicationem
ederem in publicum; nolui, quamvis varia de his jam in Actis Eru-
ditorum sunt exposita, defugere hanc operam, sed sequentem po-
tius paulo accuratiorẽ planiorẽque relationem indagini ulterio-
ri curiosorum Physices scrutatorum subijcere constitui.

TAB. VI.
Fig. 13. Ita exponi debet vitrum causticum Soli, ut radii normaliter
in illud incident; quod fieri tunc manifestum est, quando focus,
seu image Solis E (fig. 13) incidens in asserculum vitro parallelum CD,
perfecte rotundam figuram habet. Quod si ergo ellipticam figu-
ram referat, lens tandiu sursum deorsum, aut ultro citroque, mo-
venda est, donec focus perfectam rotunditatem acquirat. Hoc enim
facto, statim flamma in ligno suscitatur, plumbum funditur, lapis
scissilis in vitrum abit &c. & quidem in distantia duodecim pedum
Rhinlandicorum. Focus autem thalerum æquat magnitudine.

2. Ut vero ad majorem ascendant vis comburendi gradum,
vitrum minus collectivum FG, majori AB, ope trium bacillorum
parallelorum adaptandum ita est in FG, ut radii per lentem majorem
collecti id totum occupent, atque hoc in situ firmandum. Ita enim
image Solis seu focus in H minor quidem sit, grossi circiter magni-
tudine, sed majoris longe efficaciz quam antea, ita ut quæ in E non
funduntur, in H momento colliquescant.

3. His ita in ordinem redactis, statumen parandum est congrua
gaudens altitudine, & ex duabus partibus compositum. Prima est
pedamentum firmiter collocandum; altera huic imponi inferique
debet, ut horizontaliter hinc inde moveri possit, ea circiter forma,
quam refert ABDC in fig. 14. ABC in rotunditatem parum oblongam
ex-

excavatur, ut vitrum majus, cujus axis incumbit in A & C, libere circa illum commoveri possit. Quibus comparatis, vitrum minus, quod majori ope bacillorum adfixum est, manu comprehendatur, atque tandiu sursum deorsum, ultro citroque commoveatur, donec minus vitrum totum sit a Sole illuminatum; quo in situ, supposito fulcro, vel alio quocunque modo, conservandum est, & dum Sol promotus apparet, ligneum illud illuminare, quod vitrum collectivum comprehendit, sensim quoque convertendum & denuo est firmandum.

4. Quo facto omnia jam ad usum sunt parata, possuntque tunc semper, eo præsertim tempore, quo Sol maxima vi operatur, i. e. meridiano, sequentes præstari effectus, etiam vitris, quæ tres ulnæ quartas partes non excedunt, tum æstate tum hyeme, maximo quantumvis sæviente frigore Februarii, ita tamen ut minores portiones assumantur materiæ quam æstate, & major operationi mora concedatur. Et quidem

1. Lignum, quantumcunque etiam durum, imo aqua humectatum, momento flammam concipit.

2. Aqua in parvo vase effervesce statim incipit.

3. Metalla debitam magnitudinem & crassitiem habere debent, alias non funduntur, id quod praxi facile addiscere licet. Quamvis etiam requisitam habeant magnitudinem & crassitudinem, non tamen colliquefiunt in momento, sed cum totum frustum undique ad certum redactum est caloris gradum: tunc enim omnia momento solvantur. Ita v. g. plumbum nimis crassum plane non funditur; si vero crassitiem habeat non nimiam quidem, sed tamen satis adhuc magnam, detinendum est aliquamdiu in foco, atque tunc quando uno in loco colliquefcit, idem quoque in momento in reliquis sit locis. Ferrum autem oportet ut maxime sit tenue; ita enim bractea ferrea momento excandescit, & parvo tempore a cono radioso quasi perterebratur, ut multa acquirat foramina.

4. Lateres, lapis scissilis, pumex, porcellana Hollandica, asbestus, cujuscunque sint magnitudinis, statim ignescunt, & facile in vitrum convertuntur.

5. Sub aqua sulphur, colophonia, pix, & id genus alia, colliquantur. Pisces & cancri valido suo motu de operatione ca-

Ggg

loris

loris in se testantur. Æstatis tempore lignum rarius, v. g. pinea tæda sub aqua in carbonem convertitur, exterius non tam bene animadvertendum, quam si lignum disseccetur.

6. Si carbo durior probeque excoctus, cujus generis usus apud fabros est ferrarios, (ex fornacibus enim qui desumuntur, nimium præbent cineris, qui cum imposita commiscetur materia) excavetur, eique certæ materiæ imponantur, effectus omnes, quorum hæctenus facta mentio, incredibiliter sunt majores & vehementiores. Si enim

7. imponas metalla, momento colliquefiunt, & si focus hinc inde ita transferatur, ut in omnes incidat partes, conglobatur in sphaeram, ut monetæ cito instar aquæ fundi possint. Ferrum copiosas de se spargit stricturas, non secus ac in ferraria officina. Si quoque metalla diutius detineantur in fluore, avolant illa, quod in plumbo præsertim & stanno valde sensibilibiter contingit.

8. Si fragmina minora ex lateribus, lapide scissili, porcellana Chinensi, talco &c. carboni tali imponantur, momento funduntur, & in globulos abeunt vitreos. Asbestus totus in pellucidum vitreum globulum convertitur.

9. Si assumantur charta, linteum, vegetabilia, gramen, cespites, & materiæ his adfines, rediganturque in cineres, horum autem, vel etiam cinerum ex fornacibus vulgaribus extractorum, portio exigua imponatur carboni, dicto citius in vitrum mutatur.

10. Nonnulla corpora carboni imposita, simul atque foco admoventur, dissiliunt, v. g. vitrum, jaspis &c. verum quando sensim ad focum admoventur, ut per gradus incalescant, satis bene colliquefiunt. Si nec dum ferant illum calorem, in pulverem sunt conterenda.

11. Si quoque corporum partes licet exiguæ fundi renuunt, probe pulverisandæ, earumque particulæ maxime exiles aqua eluendæ sunt, Solique exponendæ. Quodsi autem intemeratæ adhuc maneant, salia sunt addenda; ita nihil facile erit, quod huic ignis graduj resistere valeat.

12. Quæ facillime ab hoc igne corripuntur vehementerque alterantur, sunt corpora, quæ nigra sunt & in igne nigra manent: difficilius afficiuntur (2) quæ alba sunt & in fusione nigrescunt, deinde (3) quæ nigra sunt, & postea fiunt alba; (4) difficillime tandem, quæ

quæ alba sunt & in applicatione ad focum alba manent, v. g. filix, creta, calx.

13. Quæcunque huic admoventur igni, vel funduntur, vel in vitrum mutantur, vel in calcem vertuntur, vel in auras abeunt. —

14. Metalla, porcellanæ (debitæ magnitudinis & crassitiei, ne ipsa liquecat, & per gradus, ne dissiliat, calefactæ) imposita, omnia vitrificantur: quæ autem facile fluunt, ut plumbum, duris imposita lapidibus aut lateribus in vitrum possunt redigi.

15. Si in vase recipiente magno ABC, corpora facile colliquescentia in igne, v. g. vegetabilia, sulphur, antimonium, zincum, bismuthum carboni imponantur in C, solumque vitrum majus adhibeatur, possunt in clauso recipiente valde curiosa experimenta tentari. Oportet autem, ut magnum sit recipiens, quo A B ingressus radiorum Solarium debitæ sit magnitudinis; alias enim caleficeret nimis atque disrumperetur. Potest quoque aliud fieri receptaculum ita munitum, ut penetrare nihil possit, & introitus radiorum Solarium fiat per laminam vitream.

TAB. VI.
Fig. 15.

16. Si excavetur carbo, ut eidem possit imponi scutella cuprea tam crassa, ut non facile igne fundatur, injicianturque ei varia corpora, magnus quoque acquiritur caloris gradus, quia metalla, quem conceperunt, diu retinent, possuntque varia curiosa fieri tentamina. Ita v. g. nitri dosis legitima statim volatilifatur & avolat, ut adeo spiritus nitri, opè recipientis clausi, cito præparari possit.

17. Valde conducit, in promptu habere varias mixturas pulverum alias præparatorum, Solaribus exponendas radiis, ne, dum Sol clarissimus affulget, tempus hac præparatione teratur. Ita enim una hora complurima notabilia experimenta possunt absolvi, præsertim si eligatur locus ventis non obnoxius, ne in pulverem redacta dispergantur. Accedit, quod vis urendi his in locis quoque major est, cum alias venti materias calefactas valde refrigerent, atque efficiant, ut, dum refrigescunt, rumpantur.

18. Si magnæ corporum partes cito liquefaciendæ sunt, redigantur in minores, quæ momento spherulæ fiunt, atque ex his totidem, quot focus capit, conjungantur. Hoc enim modo cito etiam colliquescunt, atque in tantos coeunt globos, quantos alias non ita facile efficere liceret. Idem si in metallis observetur, & parvæ

Ggg 2

quan-

quantitati jam fusæ aliæ particulæ sensim superaddantur, magna metalli pars in fluore detineri potest, v. g. argenti puri marca dimidia.

19. Si solidæ materiæ, quæ facile colliquescit, portio quamvis exigua additur alteri difficilius fluenti, hæc facile in fluorem quoque redigi potest.

20. Id quoque singulare, duo corpora, v. g. silicem & cretam, quæ seorsim perquam ægre liquefcunt, si certa in dosi conjungantur, facile colliquari.

21. Si cuprum pondere duos tresve Hollandicos trientes (duyt) æquans conflatur, & in aquam statim infundatur, incredibilem edit sonum, qui etiam vasa sigulina satis valida disjicit. Quæ etiam si perdurent, nullum tamen in ipsis cuprum reperitur, sed totum in minutissima resolutum avolavit; id quod nullo alio in metallo evenire solet.

22. Quoniam ex metallis unum altero avolat facilius in fluore, hinc unum per alterum purgari potest, v. g. aurum, plumbi adminiculo, brevi tam pulchrum fit ut in cupella.

23. Quandoquidem metalla in hoc igne suos non amittunt colores, aliæ quædam res iis possunt addi talesque colores, ut hinc oriuntur gemmæ factitiæ pulcherrimæ pellucidissimæque.

24. Omnia alia corpora suos amittunt in hoc igne colores, ipsæque gemmæ statim illis exuuntur, ita ut rubinus orientalis fiat omnis coloris expers.

25. Ex certis corporibus, quæ in globulos redacta diutiusque in foco detenta claritate semper augentur, si exiguam sumas particulam, eamque in foco aliquo usque sistas, globulus exinde pulchre fit pellucidus.

26. Quædam materiæ facile funduntur, & pelluciditate crystallum æmulantur, sed dum refrigescunt, albæ fiunt & opacæ.

27. Aliæ contra sunt, quæ dum colliquantur, sunt opacæ, sed ex foco remotæ refrigerantesque fiunt diaphanæ.

28. Rursum aliæ formantur in pulchre diaphanos globulos, qui etiam dum refrigerantur tales manent, sed aliquot diebus sensim pelluciditatem omnem amittunt.

29. Globuli quidam pellucidi tam duri fiunt ex certis corporibus, ut si in angulos sculpantur, vitrum iis discindi possit.

36. Nonnullæ materiæ solidæ, si non adeo crassæ sunt, peruruntur fundunturque, ut porcellana Hollandica.

31. Quando stannum cum plumbo in crassiori lamina cuprea colliquatur, longe copiosior excitatur fumus, quam si singula seorsim fundantur, neque avolant plane, sed cessante fumo remanet quid crystallo simile, seu materiæ, quam metallici Drusen vocant.

32. Certæ materiæ in fluore evadunt globuli maxime perspicui, sed qui extra focum non durant: his autem si admisceantur aliæ certæ, in fluore alias nullam acquirentes pelluciditatem, plano sunt manentque diaphani.

33. Si per magna talia vitra caustica Lunæ plenæ colligantur radii, magnum quidem fit luminis, non vero caloris augmentum, ita ut hinc materiæ maxime combustibiles nullam patiantur akerationem, sed oculus sine noxa ipsi foco adplicari possit.

34. Tandem valde curiosæ repræsentationes optiæ horum vitrorum adminiculo exhiberi possunt, dum objecta incredibiliter augent, effigies in picturis, ac si exculptæ essent, repræsentant, cameram suppeditant obscuram non vulgarem, atque si posteriori eorum parti speculum adhibeatur planum, omnia illa miranda exhibent speculorum concavorum phænomena, & quidem præstantiori ratione; ita ut v. g. imagines fere in distantia 6 ulnarum extra speculum in aere appareant libero. Sed de his optices peritus consulendus est, qui brevi tempore ea de his indicare poterit, quæ ne pluribus quidem verbis harum rerum imperitis hic possent exponi.

35. Quomodo tandem harum magnarum lentium ope construi possint teleleopia præstantissima, atque hujasmodi microscopia, quorum effectus antecellunt illos omnes, qui hucusque facti sunt juris publici, & sine tantæ magnitudinis vitris præstari non potuerunt, suo tempore trademus, Lectorisque, ut speramus, satisfaciemus desiderio.

AD VIRUM ILLUSTREM, JACOBUM BORNIIUM, JC.

Potentiss. Electoris Saxonie Consiliarium Intimum, Epistola

CHRISTFR. WÆCHTLERI, D.

Dresdæ apud Jo. Conrad. Rûger, 1697. fol. 32.

DE sublimi jure Imperii in regna uno plura, scripta est superiori

Ggg 3

men-

mense Aprili, occasione testamenti Caroli Magni, quod Pithœus edidit, totumque hic recitatur, præsens epistola. Mens igitur Imperatoris ut rectius indagetur, notandum duxit ab initio statim Auctor consultissimus, pulchrum Carolo M. visum fuisse, antequam conderetur adhuc testamentum istud, unum in terris existare summum rerum Regimen, cui reges omnes gentesque parçant, quodque super cetera emineat. Cui instituto cum refragarentur Proceres Francorum, jugum perpetuum veriti, & Imperium in Francia sempiternum fore, a nemine sponderi posse objicientes, de antiquo statu Francorum nihil fuisse ab Imperatore mutatum, testamentumque eo modo, quo exhibetur, conceptum. Ubi variaz artes circa ordinem trium filiorum, Caroli, Pipini & Ludovici, ac distributionem ipsam portionum regni Francorum secundum illam, qua tunc pollebat, amplitudinem, deinde circa occultum consilium Imperatoris adversus quævis subita casuum humanorum, quodque & Ordinibus Proceribusque omnium populorum, qui tunc parebant, & legi fatorum veluti ipsi quodammodo hic satisfactum sit ex ingenio, temperamento egregio inter deformem eligendi pruritum & abruptam legem fatumque cognationis servato, collaudantur. Sed & illud animadvertit Autor, discrimen gentium ac nationum, quas jure belli Testator domuisset, quæque pactis & conventionibus magis quam armis ac legibus obtemperarent, speretum hic tantisper, neque de eo cogitatum videri. De Italia enim maxime quæsitum esse apud multos. Ac titulum illum belli, qui in Italiam Carolo M. vulgo tribuatur, pro Italia potius, ab oppressionibus Longobardorum liberanda interpretandum. Utrum tamen ille orandi causa Romam tunc venerit, cum alterum filiorum Longobardiaz, alterum Aquitaniaz Regem ab Hadriano post baptismum appellari pateretur, fidei autorum relinquendum censet. Non potuisse autem non jam tunc simultatem oriri in aula Orientis: cum nihil de Italia acquiri crederetur, quod non ereptum Græcis videri posset. Atque adeo solennem Imperatoris titulum Carolo M. a Pontifice, adclamantibus equidem omnibus, sed invito Oriente, donec per crebras legationes pacaretur, conciliatum. Quumque Leo III ætati Caroli grandævæ parum fidens, arrepto quocunque miraculi cujusdam obtentu, ad illum excurreret, atque per dies octo de summa rerum inter filios partienda col-

collócutus esset, testamentum hoc, quod habemus, conditum, atque ab Optimatibus Francorum jurejurando confirmatum, & a Leone, cui per Eginhardum, omnium & Caroli & Leonis arcanorum consciium, transmissum fuerit, subscriptum refert. Et quanquam nihil in illo de Imperatoria dignitate, deque eminentia partis præ parte, ac sublimi illo jure Imperii, quod diximus, diserte cautum deprehendatur, sed toto complexu nunc Regnum, nunc Imperium, nunc tria Regna, atque iterum tres partes appellentur, falsum tamen esse, dispositioni Romani Pontificis hæc relicta arbitrioque, in Regno utpote, ceu fateatur Eugenius Lombardus, hæreditario. Accurate enim distinxisse Carolum Regnum ab Imperio, ubi de seipso verba faciat sine testamenti. Quidque voluerit Testator, post mortem duorum filiorum, Pipini & Caroli, ab Ordinibus plenius intellectum & approbatum, quum Bernhardum, Pipini ex concubina filium, Italiæ præficeret, & Regem appellari jussisset, Pipino tamen succedere per omnia nollit, neque ei de regno Caroli defuncti quidquam adjiceret, multo minus Ludovico æquiparandum existimasset. Et Bernhardum ipsum post obitum Imperatoris, genuinas testamenti illius rationes probe assecutum, tradidisse se Ludovico Pio procerem, & fidelitatem ei juramento promississe. Usus etiam Ludovicum Pium Imperatorem jure suo, misisse Bernhardum ad investiganda ea, quæ Pontifici a primoribus Romanorum mox objiciebantur; & Pontificem ipsum, cognita causa, non Bernhardum, sed Ludovico Imperatori per Legatos suos satisfaciendum perspexisse ac judicasse. Quod argumentum sublimis juris in Italiam haud leve Auctori perhibetur. Idem consilium perplacuisse Ludovico Pio, cum patrem, per omnia, sed præcipiti destinatione æquare festinaret, atque eundem dividendi ordinem inter tres filios, Lotharum, paulo post Imperii socium, Pipinum & Ludovicum tentasset. Hinc vocem illam, auditam: *nequaquam nobis, nec his, qui sanum sapiunt, visum, ut amore filiorum aut gratia unitas Imperii divisione humana scinderetur.* Hoc Agobardum etiam monuisse: *ceteris filiis vestris designastis partes regni vestri; sed ut unum regnum esset, non tria.* Et Bernardi motus in Italia, quum tyrannidem, hoc est, absolutum & plenum regnandi jus, quin ipsum Franciæ regnum affectaret, nihil quicquam valuisse apud Ludovicum Pium, eique & dignitatem & vitam

vitam abstulisse ultrix fatum. Mutasse autem hunc Imperatorem, animum, quum incidisset in Juditham, atque ex ea natus esset, qui postea Calvus dicebatur, Carolus: quod ægre tulerit idem Episcopus Lugdunensis. Recitantur inde initia dissensionum, ac funestissimi illius, quod post obitum Ludovici Pii deflagravit, inter ipsius filios tres superstitres, Lotharium, Ludovicum & Carolum, belli civilis tum prætextus tum causæ. Hic vero ad Testatorem Carolum M. itum esse, atque ad genuinum intellectum testamenti nostri, ceu nomen dividendi, ab ipso Lothario, cui dignitatem nominis Imperatorij nemo dubiam fecisset, fuisse provocatum, Carolum Calvum etiam per ipsum illum Nithardum, qui rem totam descripserit, deprecatum, *permisteret ei Lotharius habere, quod illi suo consensu pater concessisset*, medietatem scilicet totius regni, *fidelem se illi & subiectum fore velle, si hoc faceret, ita ut primogenito fratri esse oporteret.* Ergo Nithardum istum, nepotem Caroli M. ex Bertha, & multis legationibus in aula Imperatoria functum, & jam provecæ ætatis, sensum interiorem eorum, quæ Carolus M. agitasset, probe calluisse, & *tanta sublimitatis*, quo verbo utatur ipse, apprime fuisse gnarum, infert Autor. Calvum vero ad nutum Lotharii Imp. etiam a medietate regni Francorum mox recessisse, *si regna tenuiora, qua illi deputabat*, (vocabulo aulico & jam tunc sucto) *quietæ habere faceret.* Lotharium contra in belli discrimen rem totam deduxisse, atque ita prælio ad Fontanetum causæ illius vulnus ingens esse inflictum, accedente fœdere Argentoratensi arctiore inter Carolum Calvum & Ludovicum Germanicum. Fœdus autem hoc cum divisione Virodunensi trium fratrum non misceri debere, ceu factum a nonnemine, arbitratus est Autor. Namque illo nihil cum Lothario, sed contra Lotharium fuisse tractatum, Sed & in divisione Virodunensi ad testamentum Caroli M. respexisse Nithardum conjicit. Atque hinc ad argumentum dissentientium, quod *pares* vocentur Reges ceteri cum Imperatore dividentes, uberius respondet, & vel Blondellum ipsum in hac faba nihil quæsisse asserit. Tuendam deinceps etiam divisionem Lotharii Imp. inter filios tres, Ludovicum, Lotharium & Carolum suscipiens, non repugnasse ait, si sub uno Imperatore alii essent Reges, nunc plures, nunc pauciores. Ipsosque Francorum Proceres nimio dividendi studio

studio hic peccasse statuit, & ex recentioribus scriptoribus laudat Petrum de Marca, atque Jo. Schilterum, secum hic sentientes. Jam Calvum ipsum Imperatorem statim ad Caroli M. & Ludovici Pii, quibus & Lotharii exempla respexisse dicit, cum Bosonem Regem Provincia, (ut more priscorum Imperatorum Regibus videretur dominari,) se vero Imperatorem & Augustum omnium Regum cum mare consistentium appellari præciperet, nimio regnandi studio, & invito Servato Lupo, quo tamen ad diversas legationes usus fuerit; cujus Epistola C in hanc rem allegatur. Putatque Autor, mores illorum temporum, de quibus supra, atque adeo Pontificum etiam, ab Aimoino ipso tangi subinde ac stringi. At multo magis poenitentiam Italicorum Francorumque enituisse in Carolo Crasso, in quem tædio divisionum illa potius sit & Italia & Germania & Francia, quam in illius imperium consenserit. Ceterum nec istud recte & ex sententia cecidisse; postremoque Caroli M. testamento ignobilem veluti executorem, Arnulphum Carlomanni ex concubina filium, fuisse datum. *Quinque enim Reges*, recitante Boetio, statim ordinatos, & regnum Francorum in quinque partes scissum procubuisse, Imperio manente penes Arnulphum, *quatuor Regibus fidelitatem & obedientiam ei promittentibus, & nullo jure heredum.* Quem locum tamen judicavit Noster postulare eruditum interpretem adhuc videri posse. Tandem inopia successorum laborasse rem publicam, & versa rerum facie Ducibus tantum non paruisse, qui imperarent. Sic in Ottone Saxonico, qui repudiavit hoc diadema, viguisse Imperium, Conrado uncto. Et Henricum, filium Ottonis, persistisse in hoc proposito, diutiusque & pacatius imperasse, quam plures Carolinorum, eo quod tutiora secutus esset; & tanquam esset in domo Caroli M. natus, Ottonem filium Imperio præfecisse, testamento legitime facto, *ceteris filiis prædia cum thesauris distribuendo.* Atque hunc Ottonem Magnum, vindicem ordinationis Caroli M. in recuperanda Lotharingia, insigniter laudare ait Theodoricum de Niem, elogio utriusque. Ita vero revixisse concludit institutum Caroli M. quodammodo, quodque a Ludovico Pio varie tractatum, & a Lothario minus prospere nec decenter animosiusque quaesitum fuerit, a successoribus autem neglectum ac prope sepultum, novam formam omnique correctam ac stabilem accepit.

pisse. Quæ omnia ex vetustissimis Annalium, quos frequentes adduxit, monumentis eruenda, & cum communi hæctenus sententia conferenda Autor nobilissimus censuit.

A COMMENTARY UPON THE SECOND BOOK OF MOSES &c.
h. e.

COMMENTARIUS IN SECUNDUM, QUEM EXODUM APPELLARE SOLENT, MOYSIS LIBRUM. Auctore Vere Reverendo in Deo Patre, SYMONE EPISCOPO ELIENSI.

Londini apud Rich. Chiswell, in 4. 1697. alph. 4.

PLurimum Reverendus Eliensis apud Anglos Ecclesiæ Præsul, cujus in Genesim Commentarius in Actis anni 1696 p. 196 locum suum occupavit, instituti sui in his ad Exodum observationibus quoque memor, id operam dedit potius, ut luculenta atque perspicua textus Mosaici explicatione, inepte incredulorum atque addubitantium apud eos præcipue irritos redderet conatus, qui alia quam vernacula lingua sacra oracula legere prohibentur, quam ut splendidis criticarum observationum, novarumque interpretationum apparatu, ingenii atque eruditionis famam aucuparetur. Quod ipsum effecit, ut non breves tantum atque concinnæ, sed cujusvis quoque Lectoris captui attemperatæ, in hunc etiam Moysis librum notæ subnatae illi fuerint. In quibus tamen, ne quid merito desideret Lector paulo curiosior, ad Bochartos, Seldenos, Huetios, Marshamos, Drusios, aliosque cum passim ablegare non dubitavit, si quid forte eorum fusior res sacras tractandi ratio ad uberiores ejus instructionem valeat conferre. Suo interea officio satisfactum existimat, si ut perspicui evadant, & nihil sane rationi contrarium habere videantur sensus sacri Scriptoris, interpretationibus suis effecerit. De quarum genio ut evidentius omnibus constet, mori inter nos recepto obsecuturi unam & alteram age producamus. Ad capituli itaque III comma 2, ubi Angeli Domini, Moysi per visionem oblata, mentio est, animadvertendum in eos esse censuit, qui Angelum increatum, æternum Dei Filium, ibi intelligendum esse existimarunt. Illa enim sententia non periculosa ei tantum videtur, cum Angeli nudam sine omni addito appellationem Filio Dei tributam eo tendere appareat, ut melior, quam creatura, ejus conditio haud esse credatur:

datur: sed stylo Scripturæ manifeste etiam repugnare, quæ nunquam Angelum absolute, sed semper adjecta voce quadam, eum clarius designante, unigenitum Dei appellet. Excludendum tamen illum penitus haud esse in loco, de quo agimus, credit. Describi enim in eo apparitionem Schechinæ, quæ & ipsum Deum, & Angelos, ut ministerio suo ei adsint, præsentem complectatur. Angelorum autem unum, summa gloria circumfusum, fuisse existimat eum, qui conspectui Moïsi sese stiterit, atque ipsa illa apparitione sua Deum quoque præsentem esse testatus fuerit. Qui proinde etiam in sequentibus Moïsem proprio, ut ita dicamus, ore affatus esse dicatur. Ad capi-
 tis IV comma 16, ubi Moïses Deus Aaronis vocatur, observat, Justi-
 num Martyrem (Apol. II. p. 10.) Diodori Siculi autoritate affirmare,
 Θεός cognomine celebratum inter Judæos Moïsem fuisse. Sed male
 acceptum a Justino Diodorum recte monet, quod eo magis miran-
 dum videtur, quod ita corruptum ejus locum exhibuerit, ut nul-
 lum plane sensum aliqua sui parte admittat. Minus forte, ut id lo-
 co minime alieno hic observemus, mirum, quod eundem locum,
 aliter non tantum, quam hodie apud Diodorum, sed etiam quam,
 apud Justinum legitur, representaverit Cyrillus, in primo doctissimi
 contra Julianum operis libro (p. 14.) Cyrillum enim cum Justino
 contendenti obscurum non erit, non inspecto ipso Diodoro, ab hoc
 locum ejus Cyrillum accepisse, cui tamen cum sensum omni ex par-
 te haudquaquam cerneret consistere, ex ingenio medellam afferre non
 dubitavit. Ut autem ad Rev. Autorem nostrum redeamus, non
 abs re fore ducimus, si breviter saltem allata ejus in comma 26 capi-
 tis IV paraphrasi, quæ ejus de illius sensu sit opinio, indicemus. Ita
 igitur illud exponit: *Cum itaque dimisso Moïse retro in patriam viam
 ingrederetur Zippora, dixit ad eum: memento vitam tibi a me fuisse
 servatam, teque adeo denuo quasi, profuso filii mei sanguine, conjugali
 vinculo, quod rumpere mors jamjam parabat, tibi esse conjunctum.*
 Simili modo verba Exodi VI, 3 quomodo accipienda sint, brevissime
 exponit. Postquam enim solícite observandam esse ipsam Dei phra-
 sim docuisset, utpote qui non sine causa dicat, *nomine meo JEHOVA
 haud innotui tuis*, non nomen meum JEHOVA haud innotuit tuis; hunc
 phœnos illius sensum suppeditat: haud innotui tuis eo quod nomine
 isto meo significatur; id est, nondum feci, ut re ipsa fierent atque

- p. 143. essent (esse enim atque existere, verbum unde Jehovah nomen derivatur, significat) omnia ea quæ gratiosa promissione iis pollicitus sum. Capitis VIII comma 16 explicans, parum tuta incedere via illos credit, qui ex veneratione, qua Ægyptii prosequerentur animalia ab Israelitis Deo mastrandam, illud illustrare conantur. Ipsos enim etiam Ægyptios hujusmodi animalibus in sacrificiis usos esse, ex Herodoto evincit. At enimvero delectu admodum curioso, variisque ritibus in iis offerendis, apud illos opus fuisse, ex eodem Herodoto probat. Cujusmodi sacræ ceremoniæ cum ab Israelitis fuerint negligendæ, abominabiles Ægyptiorum sacrificari merito dicantur. Claudat denique hæc observatum Rev. Viri, speciminis loco adductarum agmen, ejus de Urim & Thumim sententiæ. Eo nimirum propendere ille videtur, ut diversam esse illam ornatus sacerdotalis partem a duodecim gemmis, quadruplici ordine dispositis, non credat; atque id e collatione ejus, de quo loquimur, textus cum Exodi XXXIX & Levitici VIII capitibus, in quibus repetitur sacerdotalium ornamentorum enarratio, nulla Urim & Thumim, sed duodecim tantum istorum lapidum factæ mentione, confirmari posse putat. Urim & Thumim autem, h. e. lucis & perfectionis nomina lapidibus illis inde adhaeruisse censet, quod fulgidissimos lucidissimosque in suo genere illos esse oportere: quodque omnia, quæ ad pectorale spectabant, annuli nimirum, catenæ & reliquis ejus apparatus, perfectæ esse debuerint atque absoluta, antequam gemmæ istæ illi affigerentur.
- p. 551.

REFLEXIONS SUR LES DROITS DE LA CONSCIENCE &c.
id est:

CONSIDERATIONES JURUM CONSCIENTIÆ, AUCTORE
ELIA SAURINO.

Ultrajecti apud Antonium Schouten, 1697. 8. Alph. 2.

- S**intne diversa circa religionem sentientes in republica ferendi, haud semel quidem, præsertim tamen nostra ætate, tum alibi, tum maxime in Belgio, acriter disceptatum est. In tres vero classes aciesque diversas abeunt, qui in hocce certamen descendunt. Quidam adeo nemini, quod ita nec aliter sentiat, fraudi esse debere contendunt, ut quibusvis quidlibet & sentiendi & docendi concedenda sit liber-
- Part. I.
Sect. I.

libertas. Hos *Indifferentes* vocare solent, princepsque & antesignanus illorum hodie est; si Saurino credimus, Auctor *Commentarii Philosophici super hac verba: compelle eos intrare*. Nonnulli dum hocce vitare vitium velunt, in contrarium currunt, limitesque summorum Imperantium potestati ab ipso Deo scriptos, ultra quam par est, extendunt, eosque sine discrimine in quosvis dissentientes armant, gladiumque stringere jubent. Hi *Intolerantium* nomine veniunt, principemque, iudice Saurino, ac præcipuum propugnatozem hodie habent Auctorem libri, cui titulus: *Jura duorum summorum Imperantium*; hoc est, ut haud obscure Saurinus innuit, & nobis quoque jam observatum est mense Octobri A. 1691. pag. 456. ipsum Jurium. Qui medium inter hosce locum tenent, & *Tolerantium* nomine insigniri possunt, nec libertatem quidvis sentiendi aut statuendi concedunt, nec promiscue in secus sentientes sæviunt, sed mediam tenent viam, & quando errantes ferre, quando graviori coercitione eos in ordinem redigere fas sit, Scripturæ sacræ & rectæ rationis ductum secuti, exponunt. Hos inter & nomen suum proficitur Vir clarissimus Elias Saurinus, quippe cui in præsentem opere constitutum est accurate ostendere, quo pacto tum *Indifferentium*, tum *Intolerantium* ad præcipitia ducentes errores evitare queamus. Quod ut rite efficiat, de juribus & obligationibus conscientie, tum veræ, tum errantis, ut & de peccatis, quæ vocantur ignorantie, & contra conscientie dictamen perpetratis, nonnulla præmittit: hinc *Commentarium Philosophicum* sub examen revocat: porro Auctoris de Juribus duorum summorum Imperantium placita a veritate aliena castigat: & denique suam sententiam de potestate summorum Imperantium in conscientias ex instituto explicat; firmat; roboratque, & locus sententiarum argumenta diluit.

Quod ad primū attinet, postquam monuit, conscientie nomine sibi venire iudicium hominis de se ipso respectu legis supremæ, & hinc quid conscientia vera & erronea, bona & mala sit, definit; postquam etiam observavit, se per obligationem conscientie nihil aliud intelligere, quam officia, ad quæ homo per conscientiam obligatus est; per jura autem & privilegia conscientie, potestatem, quæ per conscientiam, ut agere aliquid aut omittere queamus, nobis competit; supponit;

(1) Deum quædam nobis præcepisse, alia vetasse. (2) Deum non tantum ad certas actiones edendas, sed etiam ad veritatem quarundam rerum cognoscendam nos obligare. (3) Homines sæpe leges Dei, tum præcipientes, tum vetantes, ex conscientia erronea migrare, h. e. ut suæ conscientia obediunt, non obedire Deo, adeoque ex errore & ignorantia peccare. (4) Ignorantiam vel involuntariam & invincibilem esse, vel voluntariam, idque tum directe, tum indirecte. (5) Tres esse species ignorantia voluntaria: aliam initio voluntariam & vincibilem esse, sed postea & involuntariam & invincibilem fieri; aliam invincibilem esse quoad potentiam proximam, ut in scholis loqui amant, sed vincibilem quoad potentiam remotam; aliam denique nunquam plane invincibilem esse. (6) Ignorantiam juris pariter ac facti alicui fraudi esse posse, cum vinci & exui potuerit: ignorantiam autem juris nunquam plane invincibilem esse, saltem ratione præcipuorum officiorum, quæ homo erga Deum & alios præstare tenetur. (7) Ignorantiam atque errorem multum inter se differre; adeoque ex eo, quod detur ignorantia involuntaria & invincibilis, non sequi, talem quoque dari errorem: omnem quoque errorem recte in vitio poni: ignorantiam autem adeo non vitium crimenque secum trahere, ut hujus auctor non raro ipse sit Deus, qui tamen sine sacrilega impietate, erroris causa auctorque dici nõ queat: accedere, quod multæ causæ obstant, quæ minus interdum homo ignorantiam exire possit, aut ut secus quam res se habet judicet, hoc est, ut erret, nulla unquam necessitate eum adduci. (8) Omnes errores, quantumvis innoxii nobis videantur, ex corrupta indole nostra pravaque voluntate procedere. (9) Judiciis temerariis & falsis ea non esse annumeranda, quæ de re aliqua non aliter statuunt, quam rationum indoles patitur; ut si quis non certo vera, sed verosimilia tantum judicet, quæ apodictica certitudine destituuntur. (10) Errores non esse unius ejusdemque generis. Alios in iis rebus committi, in quibus errari humanæ societatis non adeo refert: alios autem directe in Deum, aliosque homines injurios esse; & hos majus vitium secum vehere, magisque voluntarios censendos esse. Quibus hunc in modum præmissis, & variis rationibus comprobatis, tribus propositionibus suam de hoc argumento sententiam includit. Prima hæc est: quicumque secundum conscientiam erroneam agit, in iis quæ Deus præ-

præcepit aut vetuit, peccat: migrat enim legem Dei, adeoque culpa non vacat, sed poenam delicto huic debitam promeretur. Secunda propositio hæc est: peccat homo, qui agit contra dictamen conscientie erroneæ, committens scilicet, quod a Deo prohibitum credit, & intermittens, quod credit a Deo præceptum. Hinc elicit tertiam propositionem: quicumque errat in jure Divino, eodem tempore obligatus est ad faciendum, quod conscientia erronea dicitur, & non faciendum; e.g. quicumque firmiter persuasus est, Jovem verum esse Deum, obligatus est ad eum adorandum, & ad non adorandum. Hæc propositiones multis rationibus operose adstruit: cumque in ultima, manifesta diversarum obligationum pugna esse videatur, idque potissimum Auctor Commentarii Philosophici urgeat, ostendit, etiam si hic pugna subesse videatur, revera tamen nullam esse. Enimvero quoties duæ ejusmodi obligationes concurrant, unam, v. g. per quam solum Deum adorare obstringimur, absolutam esse, alteram hypotheticam, v. g. qua Pontificius obligatus est ad adorandam B. Virginem Mariam, cum hæc falso & erroneo judicio innitatur; quod si mutetur, isque veritatem agnoscat, obligationem quoque statim expirare. Denique cum suæ sententiæ decantatum istud Theologorum quorundam estatum, *Conscientia erronea ligat, non obligat*, objici posse videat, in ejus sensum inquirat: putatque, hoc sibi non obstare, cum $\tau\theta$ ligare obligationem hypotheticam, $\tau\theta$ obligare autem absolutam denotet. Idque Amelii pariter ac Johannis Dallæi testimoniis comprobatur.

Peccata autem per ignorantiam commissa dum comparat. Sect. III.
cum peccatis contra conscientiam perpetratis, eos in magno versari errore contendit, qui existimant, his illa semper esse leviora: cum fieri possit, ut qui per ignorantiam peccat, graviore crimine se obstringat, quam qui contra conscientiam aliquid admittit. Idque inde provenire, quod gravitas & levitas delictorum, non ex scientia aut ignorantia juris (quanquam & hæc omnino aliquid huc conferat, quin si hæcenus delicta sint æqualia, rem omnem conficiat) sed ex variis circumstantiis, quæ actionem comitantur, pendeat. Sic, ut ex pluribus, quæ affert, exemplis unicum adducamus, Principes Judæorum, qui Servatorem morti tradiderunt, utut ex ignorantia hoc fecerint, citra controversiam gravius peccasse putat, quam Petrum,

trum, dum Christum contra conscientiam abnegavit. Majorem enim in illis fuisse malitiam, & ad peccandum obstinationem, quam in hocce fuit.

Part. II.
Sect. I.

Hæc stadia emensus, demum cum Auctore Commentarii Philosophici in arenam descendit. Errores ejus, præcipue quos Saurinus subinde sibi debellandos sumit, hi sunt: Deum nobis non dedisse modium certum, & quo falli non queamus, discernendi ab errore veritatem, etiam in religione: quin eum ita nos condidisse, ut bonum eligere, non cognita ratione quare id eligamus, possimus: ignorantiam atque errorem illorum, qui bona fide errant, hoc est pravitate voluntatis abrepti se ipsos in errores non dant præcipites, pro invincibili reputandum, omnique culpa coram tribunali Divino ejusmodi homines carere: Deum citra injustitiæ crimen a nobis exigere non posse, ut inveniamus veritatem, aut ut certi simus nos illam invenisse; sed ut quæramus solam veritatem summo studio, & id amplectamur, quod nobis verum videtur, etiam si hoc ipsum absurdissimum, qui unquam excogitari potuit, sit error; & ut nos componamus ad regulas istius veritatis, quam deprehendisse nobis visi sumus: omnes actiones nostras bonas justasque fore, Deoque placituras, solum quia ad dictamen conscientie susceptæ editæque sint. Ex quibus omnibus porro concludit, errantis conscientie eadem jura esse, quæ veræ sunt, veritatemque non melioris conditionis esse quam errorem. Hæc & ejusmodi alia principia per Commentarium huncce Philosophicum sparsa sunt: quæ Saurinus, nullo servato ordine, sed vestigiis Auctoris insistent, passim redarguit. Nos, ut intra nostros limites nos cohibeamus, paucis solum, quæ ad caput causæ pertinent, ex observationibus Saurini decerpemus. Præcipuum hoc est, quod docet, primum Auctoris hujus principium citra ambages ad Pyrrhonismum ducere: unde & rejicit, quod idem porro docet, si quis ex nescio quo orbis angulo provolaret, novam nobisque non auditam doctrinam professurus, eodem jure nos obstrictos esse ad placita ejus audienda, quo Americani vel aliæ gentes, veritatem Christianæ religionis nondum edoctæ, obstrictæ sunt ad eos audiendos, qui doctrinam cœlestem illis impertituri, ad eos accedunt. Maximum enim docet Christianos inter & illas gentes intercedere discrimen, cum illi de religionis suæ veritate planè sint convicti

victi, eamque evidenter cognitam habeant, quod de aliis gentibus asseri nequit. Dum vero Auctor Commentarii Philosophici ad capitalem errorem suum, quod scilicet nemo mortalium mendacium erroremque a veritate certo discernere possit, palliandum, a sensibus ad rationem argumentatur hunc in modum: plerique mortalium, quæ gustu & tactu aliisque sensibus percipiunt, evidenter se percipere putant, & nihilominus falluntur; ergo idem illis contingere potest, dum putant se evidenter hujus vel illius rei veritatem cognoscere: non impune illud fert, sed magnopere Saurino vapulat. Enim vero fieri potest, inquit, ut in rebus ad sensum pertinentibus, si duo sint, qui diversa sentiunt, unusque amarum esse iudicet, quod alteri dulce videtur, neuter fallatur; quod harum rerum veritas certo modo a relatione ad sensus pendeat: ast falli eum turpiter, qui de ratione idem asseveraverit, v. g. quod respectu unius bis duo possint esse quatuor, respectu alterius autem quinque; cum veritas plane non ab opinione hominum pendeat. Sed in specie de religione asserit Auctor Commentarii Philosophici, Deum veritati, quam nobis revelavit, saltem plerisque veritatis cœlestis capitibus, non addidisse signum aut characterem, cujus beneficio cognosci posset, hoc verum, illud falsum esse: ea carere evidentia geometrica & metaphysica, nec magis firmam in nobis progignere persuasionem, quam ipsi errores progignunt: quin errores easdem passiones in nobis excitare, quas hæ veritates excitare possunt. Unde porro concludit, Deum non minus nobis imposuisse necessitatem amandi veritatem, quæ talis saltem nobis videtur, licet non sit, quam veritatem, quæ revera etiam talis est. Sapientiam enim infinitam Numinis exigere, ut leges suas attemperet ad rationem, & indolem eorum, quibus eas tulit, nec illis imponat quid, quod illorum vires infinitum in modum excedit. Jam vero cum veritatis accurata cognitio mentis nostræ vires excedat, falli eum qui putet, Deum hanc a nobis exigere. Hic vero Saurinus Auctorem palam impietatis & blasphemix postulat. Diserte eum contradicere divo Paulo Apostolo Rom. I, 19. 20. palam asserenti, illud quod de Deo cognosci potest, hominibus manifestum esse: evertere illum velut unico ictu universam Scripturam sacram, quæ testetur, hominem obligatum esse ad cognoscendum verum Deum creatorem

rem cœli & terræ, eumque secundum ejus voluntatem adorare præcipiat; quæ idololatriæ cœcitatem atque stuporem exprobrat, & æternis cruciatibus cœcos ductores una cum illis, qui eos sequuntur, adjudicet. Secundum hocce principium, inquit, supervacaneæ fuissent preces Servatoris nostri Jesu Christi, quibus apud Patrem pro illis, qui per ignorantiam illum cruci affigebant, intercessit. Non enim potuisset ab illis exigi, ut Jesum pro Messia reciperent, cum eisdem veritatis characteres deprehendissent in hac propositione: Jesus filius Mariæ est impostor, ac in illa: Jesus filius Mariæ est Christus & filius Dei viventis. Frustra, si hæc admittantur, Johannes suos adhortatus fuisset, ut explorarent spiritus: nec operæ fecissent pretium Berrhoenses, doctrinam Apostolorum cum Scriptura sacra conferentes, cum, deprehensa etiam Scripturæ sacræ & prædicationis Apostolicæ convenientia, non tamen certi esse potuissent, an seductores sint Apostoli, nec ne? Suam interim prodere Auctorem ignorantiam, quod distinguere nesciat inter persuasionem & convictionem. Possit aliquem sibi persuadere aliquid, quod a veritate abhorret: sed convinci aliquem nullius rei, nisi quæ vera sit, posse. De cetero licet religio destituatur evidentiâ metaphysicâ & geometrica, sufficere tamen, quod gaudeat evidentiâ morali; hanc vero neminem illi abjudicare posse. Quæ Saurinus porro in hocce Auctore notat atque refellit: quod satis profane diversitatem religionum, cum rituum ac morum apud diversos populos receptorum varietate contendat, Deoque eam adeo displicere non posse doceat, ut majori potius hæc ipsi cedat gloriæ: quod conscientiæ erranti eadem tribuit jura, quæ veræ competunt: quod profiteatur, actionem contra conscientiam perpetratam semper peiorem esse actione secundum conscientiam commissa, itemque actionem bonam ex falsa persuasionem perpetratam æque bonam esse, ac si ex vera persuasionem fuisset profecta: quod jura conscientiæ cum ejus obligationibus, & obligationes hypotheticas cum absolutis confundat: quod asserat, omnes peccati Adamitici effectus necessario provenire ex ratione legum Divinarum: porro quod doceat, Ethnicum & Turcam æque certum de religione sua esse posse, ac Christianum; & id genus alia, ejusmodi plane sunt, ut & indolem geniumque Auctoris Commentarii philosophici, & disputationis, quam

Sau-

Saurinus adversus eum instituit, rationem haud difficulter prodant atque demonstrent.

Seç. II.

In Seçtione II Saurinus Tomum II Commentarii Philosophici perlustrat, & quæ ibi Auctor pro sententia sua adstruenda attulerat, summo studio refellit. Nihil aliud autem in eo Auctor Commentarii philosophici agit, quam ut principia, quibus orthodoxos hæreticosque in eandem classera conjecit, magis probet, exemplis illustret, & dubia, quæ forte sibi objici posse putavit, dispellat. Hinc quid Saurinus sibi datum crediderit, quilibet conjectura facile affectus fuerit. Documento hæc sint. Hominem, qui errat, sed nihilofecius summo studio se ad legem Dei componat, pœnam non promereri, hisce exemplis probat Auctor Commentarii philosophici: si Princeps errore adductus regnum aliquod sibi deberi credat, adeoque legitimum ejus possessorem ejiciat, eo tamen ejecto rempublicam bene administret, & omnes boni Principis partes impleat; num, inquit, iste coram tribunali Divino, ut injustus usurpator, aut ob rempublicam male gestam, condemnabitur pœnamque luet? Item si Salomoni non succurrisset ratio veram matrem a falsa discernendi, & adeo infantem huic adjudicasset, eaque infantis compos summa cura & diligentia illum educasset, & artibus honestis erudiri curasset; num, inquit, vera mater eam ideo accusare, aut ut vitium exprobrare potuisset, quod in infante educando bonæ matris functa fuisset munere? Saurinus hæc & alia ejusmodi exempla causam Auctoris parum aut nihil adjuvare pronuntiat: namque quæstionem præcipue esse de hæresi, sive errore fundamentali circa religionem, qui nullo modo permittat, ut aliquis religiose & rite legem Dei observare possit, cum fidem veramque charitatem ex mente nostra ejiciat; unde omnes ejusmodi hominum actiones, quantumvis splendidæ, contaminentur. Sed errorem, cujus exempla Auctor attulit, ejus generis esse, ut non plane omnes hominis actiones inficiat, nec obstet, quo minus aliquid bene recteque gerat. Sic errorem, quo quis inductus credit sibi regnum aliquod deberi, non esse ejusmodi, ut impediatur, quo minus errans, vir bonus & justus esse queat: adeoque & hunc multas actiones edere posse, quæ virtutum nomine haudquaquam indignæ sint. Addit tamen, si populus legitimi Principis sui jura edoctus, usurpatori huic obsequium detrectet,

treſtet, hic autem vi armisque illum ad ſibi obtemperandum, partesque legitimi Principis deferendas cogat, eum ad rationem hac de cauſa Deo reddendam omnino obſtrictum eſſe, & omnia, quæ hinc conſequuntur, mala utique illi imputari poſſe. Nec aliter de altero exemplo ſentit. Educare infantem, eumque bonis imbuere artibus, ſunt certe actiones materialiter, ut loquitur, bonæ, nec error, in quo mater putatiua verſatur, eas malas reddit, cum error iſte ejuſmodi ſit, qui charitatem ex corde non ſtatim expellat: quod ſi autem infans veram matrem agnoſcens, falſæ obedire nolit, hæc vero in illum ideo ſævire incipiat, multorum criminum, iudice Saurino, ſine dubio ſe ipſam ream facit. Porro ut alterum ſpecimen adducamus, cum inter eos diſpuratur, num omnis ignorantia atque error ſit conſequens peccati, Auctor Commentarii Philoſophici negantium ſententiam ita tuetur, ut provocet ad exemplum Adami, quem in ſtatu innocentiz multa ignoraffe dicit, etiamſi peccati omnis fuerit immunis, cumque peccaret, iudicij infirmitatem prodidiſſe, ſeu perperam iudicaſſe, quod tamen ex peccato fluere non potuerit, quia, cum primum peccaret, nondum peccaverat. Præterea cum Servator aliud quandoque præ ſe tulerit, aliud mente cogitaverit, nihil abſurdi eſſe putat, ſi dicamus, homines in ſtatu innocentiz idem facturos fuiſſe: hinc autem fieri aliter non potuiſſe, quam ut alii fuerint decepti & in errorem adducti. Reſponder ad hoc Saurinus, primo, ab ignorantia diſcernendo errorem, quæ hic ab Auctore Commentarii Philoſophici confundantur. Oppido enim hæc a ſe diſſerre. Porro falſum Adami iudicium, quod tulit, perperam verbum Dei cum blanditiis & perſuaſione ſœminæ contendendo, fuiſſe effectum amoris ſui ipſius inordinati & pravi, & ambitionis, quam idea perfectionis majoris conſequendæ in eo excitavit. Præterea ipſum hocce iudicium Adami maximum fuiſſe peccatum, ſive aliud peccatum præceſſerit, ſive non præceſſerit. Non omnia peccata ab alio peccato provenire, cum neceſſario unum fuerit primum, a quo ceu ex fonte veneno infecto, cetera deinceps profluant. Fuiſſe ergo errorem Adami aut primum peccatum, aut effectum primi peccati. Quod Auctor Commentarii Philoſophici de Chriſto Servatore aſſerit, id Saurinus ab impietate prope abeſſe cenſet. Paucis: reſtrictiones mentales & æquivocationes Jeſuitarum præcul hinc facellere jubet: ſerio enim

enim Christo constitutum fuisse ultra ire, nisi precibus suis discipuli intervenissent. Conditionatam hanc voluntatem vocat, cujus aliquot exempla proferre. De posteris Adami, si in statu innocentiae mansissent, ita censet, ut concedat, physice eos potuisse decipi: at moraliter hoc fieri potuisse, negat. Licet enim aliquis eorum signis cum mente non convenientibus usus esset, alter tamen ob perfectam, qua gavisuri fuissent, prudentiam, non temere fuisset præbiturus assensum: quin potius ratione ita usuri fuissent, ut simile quid non fuisset illis merendum. Sed hæc sufficiant, ut quo pacto se habeant cetera, quæ in hunc modum disputantur, utcuque intelligi possit.

Quæ porro in parte III & IV differuntur, cum unius mensuram pensum excedant, alio tempore recensebimus.

COMPENDIUM THEOLOGIÆ, IN QUO CAPITA CHRISTIANA Fidei juxta causarum seriem per Theses & Antitheses plene & perspicue traduntur, Scripturaque fundamentis confirmantur, adornatum a SEBASTIANO SCHMIDIO, SS. Theologia in Universitate Argentoratensi P. P. Ordinario & Seniore.

Argentorati sumptibus Jo. Reinholdi Dullseckeri, 1697. in 8.

Constat Alphabetho uno & plag. 19.

Cum nullius temere opera parvi sit æstimanda, quæ in tradendis ordine decenti & accurato fidei Christianæ capitibus est occupata; tum imprimis hoc Theologiæ sanioris Compendium favore publico sacrarumque litterarum studiosorum applausu est dignissimum. Præterquam enim, quod auctorem agnoscat Virum de Ecclesia Protestantium rebusque Theologicis præclare & eminenter meritum, *Sebastianum* nempe *Schmidium*, cujus gravissimos utilissimosque labores sæpius in his Actis recensitos meminit Lector, a cujus ingenio quid nisi elaboratum studio judicioque summo perfectum expectandum fuerit? in hoc sane opusculo concinnando ea videntur esse adhibita omnia, quæ in ejus generis scripto requiri modo possunt. Animadvertet enim, quisquis eidem se legendo dederit, & simplicitatem, & facilitatem, & justam denique perfectionem ubique elucere. Simplicitatem quidem in verbis, quæ ubique, quod in more positum habebat Auctor, hæc sunt, & intellectu faci-

lia: facilitatem vero in methodo ac ordine, qui natus est, & res tractandas concinne convenienterque connectit: denique plenam in rebus ipsis exhibendis tractationem, quas ita exhaustisse videtur, ut sint paucissima hujus argumenti, quæ ille non delibaverit. Atqui quis nescit, hæc potissimum attendenda esse illi, qui in commodum juvenum, in Theologos se formantium, & disciplinam omnium nobilissimam agredientium, Theologiæ systematicæ compendium literis consignare voluerit? Sed istud imprimis laborem hunc commendare poterat, quod secutus in eodem fere sit Theologum in Ecclesia magni nominis & meritum eximiorum, Jo. Gerhardum, qui prolixo amplissimoque operi, novem tomis & Exegeti constanti, quicquid ad doctrinam Theologicam pertinet, videtur inclusisse; & hunc quidem adeo studiose ubique præ oculis habuit, ut & verba ejus retineat, & ordinem, suppletis & adjectis tamen iis, quæ in locis aliquibus desiderari posse videbantur. Ut adeo Schmidianum hoc compendium aditum operi Gerhardiano majori facere, & egregie inservire possit illis, qui puriorem fidei doctrinam veluti brevi expositam tabella gustare gestiunt.

BIBLIOTHECA PAROCHIALIS; OR A SCHEME &c.

a. f.

BIBLIOTHECA PAROCHIALIS, SIVE PRÆCIPUORUM DO-
ctrina Christiana Capita, in quibus omnes Parochi paulo accuratiori
studio versari debent, Delineatio, una cum librorum studii eorum
maxime inservientium catalogo adornata a THOMA

BRAY SS, Theol. D.

Londini apud Rob. Clavel, 1697, in 4. plag. 19½

Reverendus hujus voluminis Autor ex iis est, qui propagandæ Christianæ fidei in Americanis provinciis, Anglorum dominatum agnoscentibus, operam suam addixerunt, quorum etiam studiis commodisque eo potissimum inservire voluit. Quamvis enim necessarium plane existimet, ut in ipsa etiam Anglia parocia, ad unum aliquem, uti loqui amant, Vicariatum spectantes, communem quandam habeant bibliothecam, ex qua libros legendos depromere Pastoribus liceat; in Americanis tamen provinciis, quo ob indigentiam suo ære emptos rarissime Missionariis liceat asportare libros, vel

vel maxime opus esse putat, ut liberalitate eorum, quorum opes commerciis istarum regionum creverunt, hujusmodi Bibliothecæ instruuntur. Atque eam ipsam ob causam præcipua Religionis Christianæ capita, in quibus docendis potissima eorum, qui Christi doctrinam in istis oris propagaturi sunt, opera collocari debet, percenset, librosque iis accurate perdiscendis inservientes enumerat, ut de iis ante alios omnes coemendis solliciti sint, quibus rei Christianæ cordi sunt incrementa. Imo & rationem ostendit, qua & comparari & instrui conservarique hujusmodi Bibliothecæ aptissime valeant. Quem scopum suum uti præsentis opuseulo consequi unico optat; ita deinceps in fratrum sociorumque suorum gratiam, futuram delineationem sese editurum pollicetur, qua & fidei nostræ singula capita, & ea, ad quæ illius vi obstringimur officia, indicatis semper, qui iis penitus pernoscendis adhiberi debent, & veteribus, & modernis Scriptoribus, haud paulo prolixius sit persecutus.

EMBLEMATATA MORALIA, SCRIPTA QUONDAM HISPANICE a JOANNE DE BORJÀ; Latinitate donata a L. C. C. P.

Berolini, apud J. M. Rudigerum, 1697. in 4. Alph. l. pl. 3.
cum figuris æneis.

Quanto magis in effingendis Emblematis ingeniosi Hispani vulgo reputantur: tanto rectius de Republica Literaria censeretur debet meritis, qui Emblemata hæc Moralia, jam quidem A. 1581 Prægæ, sed Hispanico sermone edita, Latino nunc induta habitu, in lucem iterum protraxit. Atque hæc quidem unicuique perlustranda relinquimus. De Auctore verò eorum eum id unum in Præfatione monuerit Bibliopola, amplum eum ac honoratum locum in aula Philippi II Hispaniarum Regis tenuisse, id memorandum insuper ex Nicolai Antonii *Bibliotheca Scriptorum Hispania, qui post annum MD floruerunt*, duximus, fuisse eum celeberrimi illius *Francisci de Borjæ*, Gandiæ in Regno Valentia Ducis, ac postea Jesuitarum Sodalis tandemque post Ignatium & Lainium Præpositi Generalis, filium secundo genitum; Regium vero apud Rudolphum II Cæsarem Legatum, Mariæ Austriacæ Imperatricis & Margaritæ Hispaniarum Reginae Oeconomum, nec non Philippo III Hispaniarum Regi a Consiliis Status.

HISTO-

Lipsiæ, sumptibus Gottfriedi Liebzeiti, 1697. in 4. Alph. 5. pl. 5.

PROlixos equidem Commentarios Ecclesiasticos, antiquitatis sacræ uberrimo apparatu refertos, condere decreverat Kortholtus celeberrimus, sed morte præventus metam constitutam assequi haud potuit. Interim committere noluerunt hæredes beati Viri, ut prima velut operis illius lineamenta, aut penitus interciderent, aut ex ejus forsitan Lectionibus non satis accurate excepta ab aliis ederentur; unde (id quod futurum nos jam anno 1694 mense Junio p. 288 fuimus polliciti,) eadem ex schedis manu ipsiusmet Auctoris consignatis publicæ luci nunc exposuerunt. Sicut autem ibi seculorum a nato Christo omnium decursus ad nostra usque tempora, succinctis quidem, ast eruditâs tamen narrationibus illustratur: ita eam in singulis methodum teneri observes, ut primo semper loco de Imperatoribus seculum quodque attingentibus, de quo statu, quom Ecclesia sub iisdem habuit; mox de enatis secundum ordinata temporum intervalla Hæreticis Schismaticisque, & agitatis passim sacris controversiis; post de Synodis per orbem celebratis; ac tandem de Viris Fœminisque sanctitate aut doctrina ævum suum illustrantibus sermo instituat, seculumque nullum ante finiatur, quam juvandæ memoriæ gratia brevis rerum hæctenus commemoratarum repetitio annexa fuerit.

LIBRI NOVI

Mensonis Alring Notitia Germania Inferioris Antiqua, qua hodie est in ditione VII Fœderatorum. Amstelad. apud Henr. Wetstenium, 1697. in fol.

Petri Francii Specimen Eloquentiæ exterioris ad Orationem M. T. Ciceronis pro A. L. Archia accommodatum. Amstel. apud H. Wetst. 1697.
Le Opere di G. B. P. di Moliere, arricchite di bellissime figure. Tradotte da Nic. di Castelli. In Lipsia, appresso Gio. Lodovico Gleditsch, 1698. 12.

ERRATA.

Pagina anni hujus 211. lin. 30. leg. *alii*. Pag. 213. lin. 23. leg. (VHC).
VRP; ibid. lin. 25. pro EG, VHC, leg. EG: VHC. P. 215. lin. 18.
pro EP leg. EF:

* * * * *

ACTA ERUDITORUM

*Publicata Lipsia
Calendis Octobris, Anno M DC XCVII.*

*THESAURUS ANTIQUITATUM ROMANARUM, CONGESTUS
a JO. GEORGIO GRAEVIO. Tomus tertius, quartus,
quintus & sextus.*

Trajecti ad Rhenum apud Franc. Halmam, & Lugduni Batavorum
apud Petrum van der Aa, 1696 & 1697. fol. Constant 29 alph.
121 tabulis æneis majoribus, plurimisque minoribus.

Ingentem Romæ, gentium dominæ, splendorem extitisse & magnificentiam, templorumque, fororum, basilicarum, porticum, theatrorum, circorum, aquæductuum, insularumque copiam, parietinæ, quæ adhuc de tantis tamque infanis substructionibus supersunt, ostentant. Has ex prisca saxis, nummis, & veterum scriptorum monumentis explicatas, ac veluti redintegratas denuoque excitatas, ad posterorum eorumque, qui Romam ipsam aut Italiam non accedunt, memoriam transire & veluti oculis objicere docti viri, in libris editis admiranda hæc opera conspicienda præbentes. Quas præstantissimorum hominum lucubrationes colligere, & justis voluminibus compingere satagit doctissimi Grævii industria: cujus primordia, seu priores duos tomos, tribus abhinc annis editos, in Actis anni 1695 mense Febr. p. 49 recensuimus, idem nunc facturi, & quatuor, qui post priores istos duos in publicam lucem prodire, tomos breviter enarraturi.

In tertium tomum doctissimus Collector congregavit scriptores, qui Romæ veteris situm, ambitum, regiones, montes, aquas, portas, vias, vicos, insulas, domos indagaverunt: præmissis Francisci Robortelli de provinciis p. 1. de judiciis p. 11. de magistratibus Imperatorum p. 37. de gradibus honorum & magistratuum p. 43. de mensuræ ex nomine Imperatorum appellatione p. 23; nec non Junii Rabinii de

Kkk

ba

bastarum & anktionum origine p. 17. Guidonis item Pancirolli de *magistratibus municipalibus* p. 47. & de *corporibus artificum* p. 17. hæud facile obviis Dissertatiunculis. Majoris operis & justorum voluminum mensuram implent, quæ sequuntur, Barth. Marliani *topographia Roma* p. 54. Onuphrii Panvini *antique Urbis imago* p. 203, quæ commentarium in Sexti Rufi *de regionibus Urbis* librum, qui p. 26. legitur, continet; Guid. Pancirolli *descriptio urbis Roma, & de illius XIV regionibus* commentarius p. 317. Georgii Fabricii *Roma* p. 393. Alexandri Donati *Roma vetus ac recens* p. 469. plurimis elegantissimis instructa iconismis.

In quarto tomo principem sibi locum vindicat præclarum opus Famiani Nardini, *Roma veteris* titulo conspicuum, post ipsius obitum anno 1666 ab Octavio Falconerio lingua Italica editum, studio Jacobi Tollii, antequam is anno superiore vivis excederet, ex ea in Latinam translatum p. 877, cui præmissæ sunt *quindecim tabula* minutissimæ, loca & ædificia tam veteris quam novæ Romæ exhibentes, a Livino Cruyllo concinnatæ, tanta cura & attentione, ut ne minima quidem res artificis diligentiam effugerit, sed omnia in iis ad vivum verique similitudinem accurate expressa sunt, referendæ ad adjectam topographicam Romæ tabulam a Joh. Bapt. Falda delineatam. Nardini ponderoso operi breviores adjecti sunt libelli: Oct. Falconeræ de *pyramide C. Cestii Epuloni* ab Alexandro VII Pont. instaurata anno 1663, dissertatio p. 1461. ejusdemque ad Carolum Datum epistola de *latere ex ædificii veteris ruderibus* anno 1661 eruto cum inscript. TIT. ET. GALL. COS. TERT. D. L. EX. F. CAN. OP. DOLI. L. quam sic explicat, *Ticiano & Gallo Consulibus Tertulæ Decii Libertus Ex Figulina Canonis Operis Doliarii prima*. p. 1483. Maaci Vossii de *magnitudine antiquæ urbis Roma* anno 1685 edita dissertatio p. 1493. Olai Berrichii de *antiqua urbis Roma facie* liber anno 1687 excusus p. 1517. Sexti Julii Frontini de *aqueductibus urbis Roma* commentarius, cum notis Rob. Keuchenii p. 1625. Raph. Fabricii de *aquis & aqueductibus veteris Roma* dissertationes tres p. 1677. Jo. Chiffetii de annulari vetere gemma, in qua *Aqua Virgo* expressa est, libellus p. 1779. Luca Holstenii commentariolus in veterem picturam, quæ *Nymphaum* refert p. 1797. Ejusdem dissertatio de *pila stassilari* p. 1803. & de *milliario aureo* p. 1806. Petri Ciacco

nii explicatio *columna rostrata* p. 1807. Jac. Sirmondi explanatio antiquæ inscriptionis, qua *L. Scipionis Barbati F.* expressum est elogium p. 1833. Josephi Castalionis de *Pacis templo*, unde columna exempta in Exquilinum est translata, p. 1842. de inscriptione *obelisci* a Sixto V ante portam Flaminiam statuti p. 1857. de columna triumphali *Imp. Antonini* per Sixtum V Paulo Apostolo consecrata commentarioli p. 1939. Petri Angeli Bargæi de *eversoribus adificiorum Romanorum* epistola p. 1867. ejusdemque de *obelisco* supra memorato ad Sixtum V commentatiuncula p. 1893. Tomum hunc claudunt *fragmenta vestigii veteris Romæ*, ex lapidibus Farnesianis, cum notis Jo. Petri Bellorii edita p. 1955.

Tomum quintum occupant potissimum scriptores, qui sacra, cæremonias, & omnem religionis Romæ veteris cultum explicarunt. In quibus principem locum tenent Jac. Gutherii quatuor de *jure pontificio* libri Parisiis 1612 primum editi, p. 1, in Præfatione a Cl. Editore passim notati. Sequuntur Jo. Andreæ Bosii (quo civæ ob natales urbs nostra gloriatur) duæ exercitationes, altera de *Pontifice Maximo Romæ veteris* p. 225, altera de *Pontificatu Maximo Imperatorum Romanorum*, Jenæ 1656 & 1657 evulgatæ. Mich. Ang. Causei de la Chaussée *insignia Pontificis Max. Flaminis Dialis, Augurii, aliorumque instrumento sacrificantium*, tabulis XXV delineata p. 373. Augustini Niphi de *auguriis* libri duo p. 324. Julii Cæs. Bulengeri de *sortibus, auguriis, auspiciis, ominibus, prodigiis, terra motu & fulminibus* libri quinque p. 361. Jo. Bapt. Belli diatriba de *templo augurali* Tolosæ 1637 excusa p. 541. Jo. Pierii Valeriani declamatio de *fulminum significationibus* p. 591. Justi Lipsii de *Vesta & Vestalibus* syntagma p. 619. Ezech. Spanhemii de *nummo Smyrnaeorum, inscripto ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΡΥΤΑΝΕΙΣ*, seu de *Vesta & Prytanibus Græcorum* diatriba, antehac Seguini selectis numismatibus antiquis Parisiis 1672 editis adjecta, nunc vero luculentior & copiosior prodita, multisque nummorum aliorum explicationibus erudite illustrata p. 659. Hier. Aleandri explicatio *Tabula Heliaca*, Parisiis 1617 edita p. 602. Mich. Ang. Causei de la Chaussée *Deorum simulacra, idolaque* tabulis XLII expressa p. 765. Jo. Bapt. Hanfenii de *jurejurando veterum* liber, Tolosæ 1614 editus p. 797. Stephani Trellierii de *jurejurando* dissertatiuncula p. 869. Erycii Puteani de *antiquorum jurejurando* schediasma p. 885. Marcî Zuerii Boxhornii *quæstiones Romana* Lugduni

1636 publicijuris factæ p. 901. adjectis notis in Plutarchi *Papmiana* p. 974.

Tomo sexto exhibentur Franc. Bern. Ferrarii de *veterum acclamationibus & plausu* libri septem, Mediolani 1627 editi p. 1. Petri Berthaldi liber singularis de *ara*, Nannetis 1636 evulgatus p. 231. Ben. Bacchini commentatio de *sistris*, eorumque figuris ac differentia, cum notis Jac. Tollii, p. 407. Casp. Sagittarii de *januis veterum*, liber 1670 editus, cui *analecta* 1694 adjecit p. 407. Sequuntur scriptores de *re vestiaria*: Laz. Baysius p. 551. Octavius Ferrarius p. 605, qui tres ejus argumenti libros 1642, quatuor 1654, *analecta* eorum 1670 dedit. Albertus Rubenius p. 913. quam commentationem primus ante annos XXXIII edidit post mortem auctoris Grævius. Jo. Bapt. Donii & Bartoli Bartholini dissertationes de *penula* p. 1149. 1157. Aldi Manutii tres epistolæ de *toga Romanorum* p. 1189. *tunica* eorundem p. 1203. & *sibiis veterum* p. 1209. Claudit tomum Theophili Raynaudi tractatus de *pileo cæterisque capitibus tegminibus*, tam sacris quam profanis p. 1213, qui sub *Anselmi Soleris* nomine, primum Lugduni 1655, & deinde cum multis figuris, minori forma, typis Amstelodamensibus 1662 prodierat.

AN ACCOUNT OF REASON ET. FAITH &c.

Hoc est

RATIONIS ET FIDEI, PROUT AD MYSTERIA CHRISTIANA Religionis referuntur, Consideratio. Auctore IOANNE NORRIS A. M. Bemertonæ prope Sarisburiam Rectore.

Londini, apud S. Manship, 1697. in 8. Alph. 1.

NON dissimulat Rev. hujus opusculi Autor, occasionem sibi primam dedisse, ut istud scriptionis argumentum sibi deligeret, librum non ita pridem in Anglia, titulo *Christianismi nihil mysterii habentis*, evulgatum: cujus Autorem, in mox repetita editione ejus, Joannem Tolandum sese professum esse novimus. Librum istum tam procaci audacia atque irreverentia sanctissimæ religionis nostræ mysteria impugnare ait, ut constitutum initio habuerit, data opera eam, quam continet, doctrinam examinare atque evertere. Mox tamen, mutato consilio, rectius sibi facturis visus fuit, si vera de isto argumento sententia stabilita, talia fundamenta sternere-

ret,

ret, quibus bene consideratis, arenæ superstructa esse Tolandi moles, atque ruinæ suæ imminere cuivis appareret. Quod ipsum ut eo facilius consequeretur, brevem rerum potissimarum applicationem, ad motas a Tolando controversias, coronidis loco adjicere primum in animo habuit. Verum cum eam quoque nemini Lectorum valde, difficilem fore postmodum secum reputasset, isto etiam labore superfedere se posse existimavit.

Cum itaque ñ, qui fidei mysteria in dubium vocare, imo aperto Marte oppugnare non verentur, nefarii istius facinoris nullam aliam habeant causam, quam quod fidem non mereri existiment, quicquid rationem humanam supergreditur; in hunc vero errorem ea sola ex causa adducantur, quod veritatis mensuram, & canonem, ad quem exigenda veluti sit, rationem esse sibi persuaserint; hæc tanquam vera & genuina eorum principia, utcumque ea dissimulare conentur, everrenda sibi esse duxit.

Rem ipsam itaque a luculenta Rationis descriptione auspicatur, per quam variis, quas vox admittere solet, notionibus remotis, nihil aliud quam intelligendi facultatem sive ipsum intellectum sese significare ait. Uti autem ejus naturam atque essentiam describere non audet, cujus nullam in mente sua producere se posse, ideam ingenue fatetur: ita in operationibus ejus explicandis haud paulo prolixior est. Et quidem initio statim suum a vulgo Logicorum testatum facit dissentum, qui tres intellectus seu mentis esse statuunt operationes, *simplificum apprehensionem, judicium, & discursum*; cum *discursus* tamen non tam nova aliqua operatio, quam *judicii* species sit, utpote qui nihil aliud sit, quam judicium de consequente ex antecedente illato. Imo in eo etiam illos taxat, quod judicium atque discursum ad intellectum referant, cum ad voluntatem potius pertinere videantur. Solam enim perceptionem intellectus esse operationem, inde parere existimat, quod solum & unicum ejus objectum veritas sit. In veritate autem cum nihil præter ideas earumque ad invicem relationes sit obvium, consequens esse censet, ut nihil præter illarum apprehensionem intellectui relinquatur, adeo ut ubi rem ejusque ad alias res relationem perceperimus, eam intelligere recte dicamur. Jam itaque, inquit, si nihil aliud quam perceptio est, quicquid ad intellectum pertinet,

p. 11.

p. 24.

p. 26.

p. 27.

p. 30.

p. 32.

- judicio sane locus in eo esse, nequit: aliud enim quid a perceptione
 p. 32. iudicium est, cum iudicare de rebus perceptis dicamur. Idemque
 iudicii a perceptione discrimen inde quoque elucescere ait, quod fal-
 li quandoque istud, hæc nunquam possit. Ad voluntatem itaque
 ablegandum esse iudicium, cum nihil aliud sit, quam ejus in repræ-
 sentationibus ab intellectu factis acquiescentia, concludit, atque
 quod hæc sententia cum quamplurimis principiis practicis explicatu
 alias difficillimis conspiraret, demonstrare nititur. Excluso itaque
 p. 36. ex numero operationum intellectus iudicio, dari sibi postulat, uni-
 cam intellectus operationem perceptionem esse, cujus ut melius
 pateat indoles, vel simplicem eam esse dicit, quæ sit idearum, vel
 complexam, quæ sit relationis, quam ad se invicem habent ideæ. Hanc
 rursus vel immediatam statuit, quando scilicet relatio ista menti
 innotescit ex nuda ipsarum idearum, de quarum ad se invicem re-
 latione agitur, inter se comparatione: vel mediatam, quando ni-
 mirum ad relationem istam cognoscendam opus est tertia aliqua
 idea, sine cujus interventu illæ apte secum invicem non poterant
 p. 37. contendere. Complexam istam perceptionem absolvere eam quam
 vulgo dicimus *scientiam*, in sequentibus docet, quam assensum evi-
 p. 37. 55. dentem a nonnullis definiri reprehendit, cum *assensu* voluntaris,
 p. 40. non intellectus sit. Eam autem, pariter ac perceptionem com-
 plexam, geminam, vel immediatam nimirum sive intuitivam, vel
 p. 41. mediatam sive demonstrativam esse, eodem inter utramque ac
 inter perceptionem complexam immediatam mediatamque inter-
 cedente discrimine, ostendit. Ea quæ immediata scientia nominis,
 p. 44. *principia*, quæ mediata scientia nobis innotescunt, *conclusiones* pas-
 sim appellari observat, variasque diversorum istorum cognoscendi
 c. II. p. 33 modorum affectiones indicat: quas tamen, ne in ipso limine hujus
 libri nimis prolixi simus, merito prætermittimus. Ideoque ad ea
 progredimur, quibus non minus prolixè, atque accurate, in fidei na-
 turam deinceps inquirat: quam postquam accurate a scientia & opi-
 nione distinxisset, *assensum inevidentem* satis rectè appellari largitur;
 qua tamen ratione ista ei appellatio competat, fuscè persequitur.
 p. 45. Summa observationum ejus eo redit: Inevidentiam istam non esse
 quærendam in formali, uti scholæ loqui amant, fidei ratione, sed
 in

in objecto ejus. Imo nec objectum undiquaque esse inevidens, sed ea tantum, quæ ab intrinseca ejus natura est, carere evidentiâ, & hanc quoque inevidentiâ, non tam ad sensum alicujus propositionis, quæ fidei sit objectum, quam ad veritatem ejus pertinere. Quin & cum veritas propositionis hujusmodi inevidens dicitur, non ita accipiendum id esse, ac si simpliciter & in se spectata semper talis esse illa debeat, sed tantum quatenus objectum fidei est. Et ex hac doctrina anticipando consuetaria nonnulla elicit, quæ eorum, quos impugnat, causam haud parum labefactare videntur: quorum præcipuum est, id quod supra rationem est, supra fidem statim non esse, cum fides, divina imprimis, cui Dei autoritas omnis instar evidentiæ est, evidentiâ in objecto nullam requirat. Inde vero de fide implicita & explicita nonnulla addit, atque ea occasione ad celebrem inter scholæ Doctores quæstionem delabitur, an scilicet ad intellectum, an, quod ipsi verum magis videtur, ad voluntatem fides sit referenda. Cum autem porro multum ad causam, quam agendam sibi proposuit, faciat probe intellecta inter id quod supra, & id quod contra rationem est, distinctio, quam omnibus viribus ut evertant, nituntur mysteriorum jurati hostes Sociniani; peculiari capite ejus explicationem suscipit. Ubi postquam in Illustris Boylii ea de re sententia quædam desiderasset, supra rationem esse dicit id, cujus, postquam revelatum etiam est, modum & rationem assequi mentis acies nequit; contra rationem autem id esse putat, quod impossibile & contradictorium esse, menti humanæ est evidens. Utque eo clarius pateat, falsum esse, quod Sociniani cavillantur, nullum revera inter utrumque intercedere discrimen, manifestissimum id, ea inter se conferendo reddit, quin & ad exempla rerum provocat, quas rationem superare, & veras tamen esse, id est rationi non adversari, ipsi qui illud discrimen vel maxime impugnant, non audeant negare, aliisque argumentis illud lævulente confirmat, & denique objectionibus nonnullis respondet. Atque sic demum mensuram & canonem veritatis rationem humanam non esse, probare aggreditur. Licet enim Cartesii affectis concedendum esse putet, verum id esse omne, quod clare & distincte percipimus; nondum tamen hoc ipso in eo, quod impugnat, fastigio rationem collocari censet, cum versa vice affirmare non liceat,

p. 47.

p. 90.

p. 95.

c. III. p. 109
p. 116. 131.

p. 123.

p. 127.

p. 129.

c. IV. p. 137.

p. 143.

- p. 146. ceat, quicquid clare & distincte non percipitur, illud falsum esse. Præcipuum autem, quo thesin suam firmat, argumentum illi est, quod id, quod canonis instar & mensuræ ad veritatem se habere debet, adæquatum illi, nec arctioribus quam ipsa circumscriptum limitibus esse oporteat: talem vero rationem humanam non esse, tam ex ipsius natura, quam ex natura veritatis prolixè probat.
- p. 149. Et hanc quidem quod attinet, infinitam eam esse evincit. Malebranchii namque, uti videtur, principia secutus, necessarias veritates atque æternas, quas a veritatibus contingentibus distinguit, nihil aliud esse quam relationes inter ideas: ideas autem illas divinas (cum immediatum intellectus nostri objectum aliud non sit, quam ipsæ ideæ intellectus divini, in quo omnia contemplerur) adeoque infinitas esse docet, utpote quæ, id quod prolixè probat, essentialis Dei existant perfectiones, realiter, ut cum scholis loquamur, cum ipso identificatæ. Tacemus reliqua, quæ pro veritatis infinitate, tum ex divinæ naturæ, tum ex nostrimet contemplatione, deprompta urget: quin potius ad alteram argumenti ipsius partem, qua rationis humanæ finitam & limitatam naturam expendit, ut finitum infiniti mensuram esse haud posse concludat, deveniamus. Eam itaque allatis compluribus ignorantie nostræ, in rebus etiam, quæ sensibus ipsis sunt expositæ, exemplis absolvit, nec opus esse putat, ut multum urgeat corruptionem, quæ a peccato ei obigit, cum natura sua satis sit circumscripta, firmoque adeo fundamento conclusionem suam inniti persuasus, objectiones quasdam ad evertendam illam compositas ab ea depellit.
- p. 177. Præcipua est, humanam rationem, licet omnes veritates non assequatur, assequi tamen omnes posse, modo ipsi proponantur, adeoque veritati non collective quidem (uti clar. Autor loquitur) sed distributive tamen acceptæ esse accommodam.
- p. 178. Ad quam ita respondet, ut & adæquatam veritati dici non posse rationem, sine collective acceptæ veritatis cognitione, ostendat, & incertum esse demonstrat, an distributive etiam acceptæ veritati ratio nostra viribus suis exacte respondeat; imo potius id ipsum, quod universam in tota extensione sua veritatem animo complecti non valeamus, ineptos nos reddere particularibus quoque cognoscendis veritatibus ostendit, & petito ab intellectui nostro obscuris providentiæ divinæ mysteriis exemplo luculente confirmat. Imo plane
- p. 184.

nihil efficere ista objectione adversarios demonstrat, cum infinita, non tantum quoad extensionem suam considerata veritas sit, sed in ipsa quoque natura sua spectataz infinitaz particulares veritates existant, utpote quaz, ut supra ab eo probatum fuit, ideaz divinaz sint ad ipsam Dei essentiam pertinentes, & in natura sua infinitaz; quotquot nimirum earum absolutaz sunt, ad substantiam divinam in seipsa consideratam pertinentes, non relativaz & creaturarum (ut loqui amat) representativaz, utpote quas ut finitas considerandas esse, non differtur. Ast vero licet etiam concedatur, finitam esse veritatem, fieri tamen posse ostendit, ut ejus mensura non sit humana ratio, cum probari non possit, æqualibus terminis utramque circumscribi atque finiri. Imo ne posse quidem vel hoc modo eam veritatis mensuram esse existimat, idque propterea, quod ipsa experientia nos doceat, multarum rerum nos destitui ideis, quodque cognitio unius rei quam nonnunquam affectamus, pendeat ab idea alterius, qua penitus destituimur. Quod ubicunque accidit, utut vel maxime finita veritas, in qua indaganda versamur, sit, non magis tamen a nobis addisci potest, quam si omnino esset infinita. Sic v. c. quid sit libertas, quid item præscientia, novimus omnes; quod autem exacte satis assequi non valeamus, quomodo actus nostri liberi præscientiaz possint esse objecta, id inde unice esse putat, quod nullam habeamus, quaz animam nostram nobis representet, ideam. Postquam itaque hac ratione evicisset, incomprehensibiles dari veritates, mensuramq; adeo veritatis rationem non esse, duobus inde deductis consecutariis finem huic disceptationi imponit: quorum prius est, ut ne inviti nonnulla ignoremus; alterum est, quod superius etiam adstructum fuit, dari res quaz supra, non contra rationem humanam sint, vanamque adeo illam distinctionem non esse. Conclusionem vero, quaz ex ista doctrina elicatur, non licere scilicet contra veritatem cujusquam rei argumentari ex eo, quod ratio illam assequi non valeat, peculiari capite expendit. Hæc enim si procederet arguendi ratio, manifestum fore putat, esse mensuram veritatis rationem; id quod tamen falsum esse, hæctenus copiose dedit probatum. Atque adeo ut fidem aliquid nullam omnino mereri constet, non sufficere ostendit, si rationi inevidens illud esse demonstretur. Cum enim non evidens veritas, sed veritas in genere objectum fidei sit, non inevidentem tantum, sed falsam etiam

p. 192.

p. 213.

p. 219.

p. 219.

p. 237.

c. V. p. 230.

c. VI. p. 243.

c. VII. p. 254.

- iam esse rem, quam credi nolunt, myſteriorum hoſtibus probandum exiſtimat. Duas autem præcipue eorum, quibus cauſam ſuam tueri conantur, objectiones examinat, ad quorum primam, qua fidem eſſe dicunt actum rationalem, adeoque id quod ſupra rationem eſt credi non poſſe, diſtinctione reſpondet inter actum rationalem evidentiã interna ſive objecti, & inter actum rationalem evidentiã externa ſive rationis ſuz formalis & cauſæ impellentis ſubnium. Si priori ratione actus rationalis ſumatur, fidem talem eſſe negat; ſi poſtèriori, concedit, ſed non procedere argumentum dicit: non enim ſequi ex eo, quod ratio cur aliquis credat evidens ſit, rem ipſam etiam creditam in ſua natura evidentem eſſe atque per-
- p. 268. ſpicuam; nec proinde rationis captum ſuperare. Ad alteram autem objectionem ex Carteſii ſchola petitam, quæ aſſenſum præſtare prohibet ei, quod clare & diſtincte non percipimus, neutiquam vulgari diſtinctione inter res ad fidem & ad rationem ſpectantes reſpondendum putat. Namque & in rebus ad rationem ſpectantibus aſſenſum nobis nonnunquam extorqueri, licet eas clare percipere non valeamus, & fidei res clariffima quandoque haud carere evidentiã oſtendit. Inter evidentiã itaque diſtinguendum potius eſſe cenſet, & in Carteſii canone non internam præciſe evidentiã, ſed quamcunque,
- c.VIII. p.182 ſive externam ſive internam, intelligendam eſſe putat. His vero ita ſtabilitatis, genuinum denique rationis uſum in rebus ad fidem pertinentibus ob oculos ponit: atque primo oſtendit, in nulla re melius & officio hominis convenientius rationis vires collocari, quam in religione examinanda. Deinde nullam religionem minus cauſæ habere rationis ſubterfugiendi examen quam Chriſtianam, quæ tota ſit cultus rationalis; cum Gentilis contra, ne ei exponeretur, omni integumentorum genere opus habuerit. Parumque adeo abeſt, quin calumniatorum dicam ſcribat Tolando ejusque ſimilibus, qui paſſim innuant, rationem abjuratam cupere eos, qui adverſas ipſis partes ſequantur.
- p. 291. At recte ratione in rebus fidei eos tantum uti docet, qui examinent & inquirent, non an ratio aſſequi valeat ea, quæ ut credantur ei propoſita ſunt, ſed an a Deo ſint revelata. Et ſic denique hætenus dicta omnia ad myſteria Chriſtianæ religionis paulo propius accomodat, quæ eo quod ſupra rationem, atque adeo ei in evidentiã ſunt, ſupra fidem etiam eſſe, tantum abeſſe putat, ut poti-

us cum Malebranchio ex eo ipso argumentum pro veritate eorum ducat, ea quæ humana ratio percipere non valet, ab ea inveniri etiam non potuisse persuasus. Omittimus quæ ea occasione de interpretatione Scripturæ, in qua ii, contra quos hic potissimum susceptus fuit labor, ita versantur, ut id quod supra rationem suam esse putant, clarissimo litteræ sensu hæretica pravitate male detorto, eidem accommodent, monere clarissimo Autori placuit: nec non ea, quæ ex hypothesi eorum urgeri posse dicit, qui ne supra rationem quidem esse fidei Christianæ capita censent: item quæ de voce mysterii contra Tolandum, qui eam nunquam de doctrina revelata & rationi imperscrutabili, sed de quacunque re deinceps manifestanda in S. Litteris usurpari docuerat, affert. Quam objectionem non inutilem tantum ad præsens negotium esse judicat, sed frivolam etiam, cum antiquissimam saltem Ecclesiam hoc sensu voce ista usam constet. Id ex coronide hujus opusculi adhuc annotare liceat, insigni elogio in ea Whistonum, de cujus tractatu anno 1696 edito alias dicturi sumus, ornari, quem plane probabilem diluvii a Mose descripti rationem reddidisse Autor censet, atque hoc ipso exemplo procacem adversariorum præcipitantiã reprimendam putat, qui eo ipso ne de physicarum quidem, multo minus de propius ad fidem & religionem spectantium rerum, impossibilitate temere pronuntiandum esse, debeant edoceri.

ספר הנכת הבית

i. c.

*LIBER INITIATIONIS TEMPLI, SEU EXPLICATIO FIGURÆ
structuraque templi ultimi destrudi, juxta omnem modum & dispositionem
ejus, tam generalem quam specialem. Adjecta est ἱερογῶφις
Templi univèrsi; præterea nonnullarum partium
ejus figura operi inserta sunt.*

Venetis e Typogr. Bragadin. A. 5456, i. e. C. 1696, in 4. Plag. 15.

Mirandum merito, viros doctrina & fama celebres illustrandis atque delineandis magnificentissimis Græcorum, Romanorum aliorumque populorum ædificiis, tantam operam impendisse; ædificium vero omnium longe magnificentissimum, Hierosolymitanum nempe Templum, tam prius quod ædificavit Salomo Rex, quam posterius quod devastavit Vespasianus, post tot Scripturæ sacræ, Misæ

& Josephi testimonia, intactum quasi reliquisse. Quod si Christianis scriptoribus vitio verti possit, e quorum numero tamen aliqui, ut *Job. Bapt. Vallapandus, Lud. Capellus, Job. Lightfootus & L. C. Sturmius* ad illustrationem magnificæ hujus molis nonnihil contribuerunt: Judeis exprobrandum maxime venit, qui si ullam aliam, hanc imprimis materiam negligenter tractarunt, cum de aliis nugis spissa satis volumina in lucem emisissent. Præter ea enim, quæ hinc inde sparsum apud Commentatores Talmudicos in Misnicum tractatum Middoth, ea de re inveniuntur, & quæ *Jac. Jebuda Loo* libris IV de Templo Hieros. latine a *Job. Sauberto* redditis, itemque *R. Jacob Jebuda Arjeb* Judæus Amstelod. A. 5410, C. 1650, sub titulo תבנית הדכל, & alius *R. Lipman Levi Haler* Pragensis sequenti anno sub titulo צורת בית המקדש צורת הנהגה ליהודים libros evulgarunt, paucos aut forte nullos alios deprehendes, qui ex professo sibi hoc præsumpserint, ut digni aliquid de tam splendido ædificio commentarentur. Nuper vero (ut de Christianis taceamus, inter quos publicato ante paucos menses de Ara exteriori Templi secundi libello, sibi laudem comparavit *Job. Jac. Cramerus*, Tigurinus,) inter Judæos aliquis surrexit, qui Templi secundi figuram, dispositionem, proportionem partium, magnificentiam, eleganter & satis, ut apparet, accurate, resolutis omnibus, quæ apud reliquos Judæos reperiuntur, difficultatibus, descripsit in illo libro, quem hic exhibemus. Est is *R. Moses* filius *R. Gersom Chapatz*, uti in præfatione libri nomen expressum legitur. Cum vero prolixior liber sit, quam ut omnium ejus LVIII capitum, quorum in singulis aliquam ædificii partem Autor illustravit, διάλυσίς intra hoc angustum spatium, quo nostri librorum recensensus circumscribuntur, comprehendi possit, satis præstitisse nos arbitrati sumus, si cum universi ædificii ichnographiam, tum & paucas alias figuras ex Autore in conspectum benevoli Lectoris produceremus, atque earundem explicationem paucis subjiceremus. Sequitur itaque primum Templi delineatio 58 figuris comprehensa, quot etiam sunt ædificii partes: estque simul hæc omnium libri capitum syllabe:

Tab. VII.
fig. 1.

- 1 Mons Domus seu Templi, cujus ambitus 500 cubitorum quadratorum muro inclusus.
- 2 Murus montis Templi orientalis, in quo porta orientalis.
- 3 Aurbæ portæ Hhulda versus meridiem.

4 Porta

fig. 2.





fig. 3.



- 4 Porta Kipponos seu Coponii ab occasu.
- 5 Porta Thadde ad latus septentrionale.
- 6 Soreg seu paries affabre cancellatus, 10 palmos altus.
- 7 Chel spatium intra parietem & murum atrii 10 cubitos latum. Ex eo per 12 gradus ascendebant in atrium mulierum.
- 8 Atrium mulierum. Tetragonum 135 cubitos longum & latum.
- 9 Quatuor conclavia in quatuor atrii angulis.
- 10 Synedrium parvum 23 virorum. Alterum parvum synedrium erat ad portam montis domus orientalem.
- 11 Porta Nicanoris ad orientem atrii Israelis. Ingressus in hanc portam per 15 gradus semicirculares, qui erant in atrio mulierum.
- 12 Conclave Pinehas vestiarii, & aliud conclave pistoris ad ambo portarum latera.
- 13 Porta Haddelek seu ardoris versus meridiem.
- 14 Prope isthanc porta primitiarum.
- 15 Porta aquarum ad idem latus, sed magis orientem versus. Super ejus tectum domus ablutionis.
- 16 Porta Nizzoz seu scintillationis ad septentrionem. Supra hanc extructum conclave pro sacerdotibus excubias agentibus.
- 17 Porta Corban seu oblationis huic proxima.
- 18 Beth moked, seu locus ignis accensi. Ibi porta in atrium sacerdotum tendens.
- 19 Quatuor conclavia in 4 ejus angulis.
- 20 Duo conclavia sub atrio Israelis, quibus asservata fuerunt instrumenta musica.
- 21 Atrium Israelis 135 cubitos longum in latitudine, & 11 latum in longitudine atrii.
- 22 Dochan seu pulpitem 3 graduum.
- 23 Atrium sacerdotum 11 cubitos latum & 135 longum.
- 24 Conclave salis ad oblationes inserviens sub atrio.
- 25 Conclave Parvah priori vicinum ad saliendo pelles sanctas.
- 26 Conclave abluentium, ad abluenda viscera victimarum prima vice.
- 27 Tectum domus Parvah, ubi balneum pro abluendo summo sacerdote.
- 28 Conclave ligni seu Parhedrin pro summo sacerdote.
- 29 Conclave putei.

- 30 Conclave Gazith, cujus dimidia pars in Sancto, & altera dimidia in communi seu extra Templum in monte domus. Ibi synedrui magni locus.
- 31 Conclave familiarum Abtines supra portam aquarum.
- 32 Altare holocaustorum, cujus ambitus 32 cubitorum.
- 33 Agger seu ascensus in altare.
- 34 Anuli ad immittenda illis colla bestiarum, quae ad victimam mactabantur. Eorum sex ordines, & quatuor anuli in unoquoque ordine.
- 35 Octo mensae marmoreae, in quibus abluebantur carnes & viscera victimarum secunda vice.
- 36 Octo columnae minores cum trabibus cedrinis transversis & uncinis ferreis, ex quibus pendeabant victimae.
- 37 Lavacrum.
- 38 Tabula marmorea, ubi descensus in fundamentum excavatum.
- 39 Duae mensae, quibus superimposita intestina & instrumenta sacerdotalia.
- 40 Spatium inter porticum & altare 22 cubitorum.
- 41 Duodecim gradus, per quos ascendebant in porticum.
- 42 Porticus porta 40 cubitos alta & 20 cubitos lata.
- 43 Duae mensae intra porticum, cui aliquantisper imponebantur panes.
- 44 Porticus lata ab oriente versus occidentem 11 cubitos; ab aquilone versus austrum longa 100 cubitos.
- 45 Beth hachali photh, 15 cubit. versus septentr. & 15 versus meridiem, ubi cultri & instrumenta mactatoria asservabantur.
- 46 Porta Templi stricte sic dicti, 20 cubitos alta, 10 lata.
- 47 Triginta octo procoetia, 15 ad septentrionem, 15 ad meridiem, & 8 ad occasum. Illis asservabantur res ad Templum necessariae.
- 48 Podium versus septentrionem ad ascendendum in tectum procoetiorum. Huic a meridionali latere opposita fuit domus descensus aquarum.
- 49 Templum stricte sumptum, seu Sanctum, 40 cubitos longum, 20 latum.
- 50 Altare aureum, cujus perimetram quadratum unius cubiti.
- 51 Candelabrum ad meridiem positum.
- 52 Mensa panum facierum ad septentrionem.

- 53 Tabula marmorea, de qua pulvis fumebatur ad Sota, seu uxorem adulterii suspectam.
- 54 Duæ columnæ aureæ, super quibus summus Sacerdos expiationis die sanguinem juvenci & hirci demittebat.
- 55 Tarkesin seu spatium cubitale cum duobus velis.
- 56 Adytum seu Sancti sanctorum locus, 20 cubit. longus & 20 latus,
- 57 Lapis foundationis, super quo arca fœderis olim posita fuit.
- 58 Postremum adyti, seu domus expiatorii, 11 cubitos latum.

Reliquæ tres figuræ annexæ, quarum in Tabula generali signa sunt 42, 51, 52, cum propter angustum spatium ibi accurate depingi nequiverint, operi ipsi insertæ sunt. Et prima quidem illarum est adumbratio magnificæ illius *Porticus Porta*, altitudine, latitudine, splendore, magnificentia reliquas omnes superantis. Erat 40 cubitos alta & 20 lata, januas nullas habens, sed velo obtecta. Ascendebant in illam per 12 gradus, quorum singuli semicubitum alti, & lati cubitum integrum, excepto gradu quarto, septimo & duodecimo, qui ampliores erant. Gradus enim quarti & septimi latitudo erat 3 cubitorum, duodecimi autem 4 cubitorum. Ad majus portæ ornamentum supra eam exterius quinque epistylia extruxerant, quorum singula in longitudine duobus cubitis a se invicem distabant. Infimum epistylium incubabat in superliminari, præminens latitudine portæ cubitum unum ab unaquaque parte, adeo ut hujus longitudo fuerit 22 cubitorum, ejus quod supra hoc 24, tertii 26, quarti 28, & ultimi 30, id quod superabat latitudinem portæ 5 cubitis ab unaquaque parte. Nec vero unum alterum attingebat, verum inter singula series lapidum erat.

TAB. VI.

Fig. 2.

Consideratione dignum etiam est *Candelabrum*, quod sub fig. 3 expressum est, de quo mira scripserunt, qui illius dispositionem ac descriptionem tradiderunt. Juxta Autoris nostri descriptionem habuit 7 ramos, tres ab unaquaque parte & scapum in medio, qui rami omnes ornati erant scyphis, globulis & flosculis. Singuli rami habebant tres scyphos, præter illum, qui erat in mediâ parte scapi, qui conjunctim efficiunt 22: singuli suum globulum, præter illum, qui erat in mediâ scapi parte, & tres alios ubi rami protendebantur, conjunctim 11: & singuli suum flosculum, qui una cum flore, qui erat in mediâ scapo, & qui erat infra ad pedem candelabri, 9 fuerit. In floribus ipsis deinceps lucernæ ardebant.

TAB. VII.

Fig. 3.

Fig.

TAB. VII.

Fig. 4.

Figura quarta denique repræsentat *Mensam panum facierum*, de qua in Cap. 52 Auctor tradit, quod fuerit duos cubitos longa & cubitum lata. Ex quatuor furculis seu paxillis aureis constabat, qui in superiori parte coronis aureis ornati erant, ita quidem conjuncti, ut duo ordines panum facierum super 28 bacillis imponi possent. Hi bacilli inter duas furculas ab utroque latere positi erant, super quibus jacebant panes, quorum sex erant ab unoquoque latere. Infimus omnium panis non jacebat super bacillos, sed in fundo mensæ: supra hunc tria bacilla aurea, æqualiter intervallis distantia, quibus impositus panis: supra hæc alia tria cum pane: supra illa iterum tria cum pane: & supra hæc alia tria cum pane: sextus panis super duobus tantum jacebat bacillis. Et sic etiam ab altero latere se res habebat. Ratio autem, quod bacilla panibus supponerentur, fuit, ut aer permeare illorum concavitatem posset, panesque a mucore & corruptione immunes conservarentur. In fundo mensæ stabat manipulus thuris, qui, cum auferebatur panis, in thymiamate in honorem Domini comburebatur, & circumcirca hunc fundum clausuræ aureæ formatæ erant.

HISTORIA NUPERÆ RERUM MUTATIONIS IN ANGLIA &c.

Auctore EZEK. BURRIDGE, &c.

Londini apud A. & J. Churchill, 1697. in 8. Alph. 1.

Quæ in Anglia nostra ætate contigit rerum statusque conversio, ut exterorum animos attonitos suspensosque tenuit, & posteris etiam, quod admirentur & obstupescant, præbebit: ita & civibus, regnique incolis, illisque omnibus, quorum hæctenus interfuit, aut Guilielmum aut Jacobum rerum potiri, focundum satis disceptandi & ingenii periclitandi vires argumentum subministravit. Et Jacobi quidem partes præ ceteris tuendas suscepit Societatis Jesu Sacerdos, Petrus Josephus Aurelianensis. In tertio enim Historiæ suæ libro, quam de rerum statusque in Anglia conversionibus composuit, totius negotii seriem ita enarravit, ut populum Anglicanum magni sceleris ob ejectum Jacobum Regem argueret, hunc vero ab omni culpa turpi remotissimum nihil ejusmodi promeruisse contenderet. Male id cum primis habuit Ezechielem Burridge, Historiæ hujus, quæ nunc se nobis offert, auctorem clarissimum, qui hoc sibi datum credidit, ut

ut criminis omnis & injustitiæ infamiam strenue a patria sua civibusque depelleret.

Quo quidem munere ut rite fungatur, initio, imperium neutiquam Jacobo propter religionem abrogatum asserit, idque rationibus evincere annititur. Non abnuat periculum, quod religioni imminerebat, populum Anglicanum sollicitum habuisse; sed hanc ob causam Regem Jacobum neutiquam regno spoliatum, primo probat ex institutis & doctrina Ecclesiæ Anglicanæ. Provocat ad publica & Doctorum Ecclesiæ Anglicanæ scripta, ex quibus satis constare arbitratur, per Ecclesiæ Anglicanæ decreta, subditos Regibus sine aliquo discrimine aut defectu religionis obsequium præstare. Hinc postquam & Non-conformistas, ut vocantur, criminis hujus immunes esse ostendit, idem ex insigni studio Episcoporum & Ecclesiæ Anglicanæ in Jacobum, priusquam regnum adivit, comprobatur. Mentionem hic etiam injicit nuptiarum Jacobi cum Ducis Mutinensis filia, easque multis non hoc nomine, quod conjugem sacris Romanensis Ecclesiæ imbutam sibi adsciverit, sed quod Galliarum Rege conciliatore initæ essent, displicuisse, vel ex eo patere ait, quod nuptias cum Anipontii Ducis filia meditatae Senatus neutiquam repudiaverit. Quæ circa libellum, ut vocant, exclusionis, sive plebiscitum, quo legitimus hæres religionis causa hæreditate sua & patrimonio spoliabatur, consentientibus Præsulibus abrogatum, itemque circa legem examinis sive scrutinii contigerunt, ejusmodi esse putat, ut benevolentiam Episcoporum in Jacobum, utut Romanensia sacra amplexum, animum satis prodant. Non minori autem studio, postquam regnum jam adeptus erat, in eum fuisse Episcopos pariter ac Senatuum populumque, porro ex eo colligit, quod licet jam tum nonnulla commiserit, quæ illorum animos ab eo abalienare potuissent, nihilo secius certatim fidem illi probare sategerint. Namque ut alia quæ affert, taceamus, ad rebellionem a Duce Monumethensi & Argatheliensi Comite excitatam, supprimendam, non modo fortunas, sed & vitam ipsam eos obrulisse. Cum prius autem superiorum temporum consuetudinem revolvendo, haud proletarium, quo suam sententiam confirmet, argumentum se invenisse arbitratur. Nimirum civiles contentiones, quæ Angliam vexarunt, Regumque & subditorum dissidia commemorando, ostendit, sæpius in mutua eos

M m m

exar-

exaruisse odia, eo etiam tempore, cum diversæ de rebus sacris sententiæ Britanniam nondum in partes diviserant, luculentissimo quidem, ut putat, documento, non ob religionem, sed ob rem publicam aut conculcatam, aut minus recte administratam, in Anglia male mulctari Reges. Quæ dum ita edisserit, temperare sibi non potest, quin addat, quorum zelus in religionem Ecclesiæ Romanensis, quem Galliæ Rex pariter ac Jacobus præ se tulerint, pertinuerit.

Cap. II. Remota itaque spuria dissidii inter populum Anglicanum atque Jacobum Regem causa, veras adferre adgreditur. Primum inter has locum tenet foedus amicitiae cum Galliarum Rege sancitum. Quam istud statim, ex quo divulgatum est, populo displicuerit, quamque Carolus pariter & Jacobus ab antecessorum suorum tramite minus recte deflexerint, hic pluribus memorat. Cum primis autem tenente adhuc summam rerum Carolo, a Jacobo fratre foederum rationes ad nutum & arbitrium Galliæ Regis dispensatas refert, nec causam soluti & minus sancte servati foederis, ut vocari solet, triplicis aliunde arcessit: ipso autem Jacobo ad regiam dignitatem evecto, amicitiam & foedus cum Gallo se magis magisque prodidisse. Nec sufficit Auctori hæc ita exposuisse; in Galliæ Regis pariter ac Jacobi arcaniora penetrat consilia, & quid utrique constitutum fuerit, dum arctissimo amicitiae & foederis vinculo se invicem junxerunt, non tam conjectando divinat, quam documentis variis demonstrare an nititur.

Cap. III. Succedit altera ratio, quæ populum Anglicanum contra Jacobum irritavit, inimicitiae scilicet cum Batavis susceptæ. In causam odii, quo Batavos Carolus, si Auctori credimus, persecutus est, inquirens, hanc affert, quod Rex probe intellexerit, se nisi excisis & pessundatis Batavis, imperium istud, quod moliebatur, absolutum in Anglos non consecuturum. Hunc in finem foedera cum Batavis sublata, aliaque cum Gallis clanculum inita, magnaue diligentia causas atque *προφάσεις* belli, Belgis mox (A 1672.) inferendi, auctore & incensore Colberto, Galliæ Regis tunc temporis ad Carolum Legato, conquisitas fuisse. Paucis hic sub examen revocat causas, quæ in bello isto Belgico obtentui sumebantur, res scilicet jam pridem Amboynæ gestas, injurias quæ Anglicis mercatoribus a Belgis illatæ dicebantur, famosos libellos atque picturas a Batavis expositas, vexilla a Belgis

gis ex lege transactionis Bredanzæ non demissa, & id genus alia; hasque causas omnes frivolas & nullius momenti fuisse pronunciat; nonnullas etiam ita recenset, ut a Ministris Regis occasionem Belgis tale quid committendi suppeditatam dicat, quod deinceps obtentum belli juste inferendi illis præberet. Quæ de libertate conscientiz Sectariis eo tempore impertita, de Ormoniz Duce a consiliis abesse jussu, de Guiljelmo Coventræo quæstoria dignitate privato, & Cliffordo in ejus locum surrogato, memorat, eo spectant, ut probet, Regi nihil aliud constitutum fuisse, quam Batavos bello perdere. Idem ulterius prosequitur, & Batavorum, in quas hocce bello conjecti fuere, angustias, Auriacique Principis fata & inter tot calamitates enitentem virtutem, hinc comitorum Parlamentariorum, ut vocat molimina, ut tandem in gratiam cum Batavis rediret Carolus, ordine recenset. Nec prætermittit, quod Regis Ministris Gallo faventibus imputandum sit, quod Batavi seorsim, exclusis Fœderatis, cum Gallo pacem A. 1678 inierint: Eboracensi autem Duci cum asseclis tribuendum observat, quod Angli suppetias rulerint Fœderatis, ad periculum videlicet quod ipsi tunc imminebat, declinandum, non autem quod Eboracensis Dux aut Fœderatis bene, aut Gallo male cuperet.

Tertiam indignationis causam populo Anglicano, ut Auctor Cap. IV. autumat, præbuit usurpata a Rege Jacobo intempestive dispensandi potestas. Constitutum quippe jam pridem in Anglia atque sancitum erat, ne quis civili aliquo aut militari munere in Republica fungeretur, nisi qui verbis usitatis atque a lege conceptis, jusjurandum fidelitatis & regii suprematus juraret, & in quibusdam capitibus doctrinæ celestis suam sententiam profiteretur. Has & similes leges, quas pœnales vocant, neutiquam ex odio religionis Romanensis sancitas, sed Reges atque Proceres tot Jesuitarum insidiis petitos, suæ non aliter consulere potuisse securitati, Auctor non tantum asserit, sed scriptorum Romanensi Ecclesiz addictorum testimoniis quoque comprobat. Adeo nihil injuste & crudeliter unquam in Anglia contra Romanenses commissum porro docet, ut si qui Jesuitici ordinis viri perire, eos prodicionis pœnam luisse, aut alio scelere mortem promeruisse dicat. Illis quoque Caroli I interitum, incendium Londinense, Belgicumque bellum tribuere non dubitat. Jam quo pacto harum

legum auctoritatem eversum iverit Jacobus, exemplis evincit, in quibus referendis & examinandis operosus est.

Cap. V.

Hinc de Judicibus Ecclesiasticis a Rege constitutis dispicit, novam inde odii populi in Regem causam enatam ostensurus. Alius autem Commissariorum, ut vocat, constituendorum rationem repetens, eorum originem ab Henrico VIII repetit. Qui hunc excepit Eduardus, & hinc Maria pariter ac Elisabetha, eandem a Parlamento postularunt & impetrarunt facultatem Commissarios Ecclesiasticos constituendi: sed hæc quidem diversimode eadem usæ sunt. Datum erat hisce Commissariis, ut in mores Ecclesiasticorum inquirerent, improbosque promeritis afficerent pœnis. Sed cum hac ratione sapius, quod Judices odio aut amore agerentur in transversum, innocentissimi mortalium criminum, quæ nunquam illis in mentem venerant, dare pœnam cogerentur, placuit hanc facultatem ejusmodi Judices constituendi Regibus adimere. Factum istud est duobus statutis, in Comitibus Regni solenni ritu promulgatis, quorum alterum sub Carolo I, alterum sub Carolo II prodiit. Hisce autem non obstantibus, Jacobum facultatem ejusmodi Commissarios constituendi sibi tribuisse autumat. Addit multos officium istud subire detrectasse, interque eos Episcopum Roffensem laudat: indeque factum esse, ut hominibus a nutu Regis pendentibus munus illud concederetur. Regem autem hosce Judices constituendo, leges Angliæ plane migrasse, id quidem est, quod præcipue sibi probandum sumsit. Neve sibi objiciatur, Guilielmum itidem ejusmodi Judices in Hibernia constituisse, longe alia ratione id factum esse, probare allaborat. Concludit, potestatem hisce Judicibus concessam eo spectasse, ut servitus Anglorum acceleraretur: neve de funestis instituti hujus eventibus aliquis dubitare possit, Episcopum Londinensem, Vice-Cancellarium Oxoniensem, & Socios Collegii Mariæ Magdalenzæ Oxonienses, Judicum horum asperitatem & iniquitatem satis expertos docet.

Cap. VI.

Non minus quoque nimiam istam Jacobi facilitatem, qua omnibus circa religionem dissentientibus in Anglia libertatem ex se sua præscripto colendi atque placandi Numen indulgit, populum male habuisse docet. Pœnales enim, ut vocantur, leges salubriter in Anglia constitutæ, hoc modo everfas penitus & pessundatas esse.

esse. Nec tamen concedit, ex humanitate quadam & benevolentia Regis hocce Sectariis impertitum beneficium profluxisse, cum severissime olim in Fanaticos statuerit; sed ad eundem finem, ad questum cuncta ejus tendebant consilia, hoc quoque comparatum fuisse, fidenter asserit. Addit rationes, quas instituti memores prætermittimus. Dilabitur hinc ad Episcoporum a Rege in custodiam, quod ejus declarationem super ista indulgentia publice promulgare nollent, datorum causam disceptandam: reque omni prolixè & accurate exposita, concludit, istos Antistites obsequium ista in re Regi denegando, nihil, quod vituperari possit aut debeat, admisisse.

Cap. VII.

Sed in leges quoque Angliæ Jacobum injurium fuisse, dum in silentium indixit, suamque voluntatem pro lege esse voluit, indeque in populi Anglicani odium eum incurrisse affirmat. Non minus officii sui rationem eum neglexisse, quod Senatorum conventus non eo modo, quo Reipublicæ Anglicanæ indoles hoc postulabat, celebraverit: itemque, quod Senatorum electoribus jus electionis liberum non reliquerit. Cum primis vim municipiis illatam urget, & inter causas, quibus populi iram Jacobus in se concitaverit, refert. Sunt autem municipia, docente Auctore, maximæ civitates & oppida Britanniarum, quibus fertilitas soli, aut situs loci, aut alia commoditas aliqua utilitasve communis, majorem hominum frequentiam conciliavit. His oppidis, sive municipiis multa olim concessa privilegia, interque alia & illud, ut duos ex municipibus suis, aut alios, si forte maluerint, in Senatorum numerum illis referre liceat, ita ut horum municipiorum delegati magnam Senatus partem constituent. Jacobum itaque, quod animadverteret, se hosce delegatos voluntati suæ minime obnoxios habiturum, oppida ista juribus municipalibus, hoc est, jure mittendi delegatos ad constituendum Senatum privasse, nova collegia municipalia instituisse, omnique ratione curasse, ut in Senatorum numerum non alii reciperentur, quam quos cupiditatibus suis non refragaturos consideret. Hisce ex voto peractis, postulasse eum a novis municipibus ait, ut pœnale statutum vicesimo quinto Caroli II anno promulgatum, per quod Regi non licebat, pro lubitu militum delectum agere, rescinderetur. Et hæc omnia ad evertendam Anglorum libertatem fuisse comparata, Auctor judicat. Addit & alia in hanc sententiam, quod scilicet Primores An-

glorum, & omnes quos voto suo obstaculum ponere posse existimaret, partim promissis sibi conciliaverit, partim minis, ne facerent quod officii ratio postulabat, deterruerit.

Cap. VIII.

Reliquas Anglorum querelas unico complectitur fasce. Hic spoliatum a Rege patrimonio & fortunis suis populum; obstrictos iurejurando, in vitis legibus, cives; pacta violata, & id genus alia, longa serie commemorari videas. Exaggerat etiam, quod rebus omnibus quietis & tranquillis, contra Senatus auctoritatem, militem legit, & quidem Hibernicum, quem multis nominibus Anglis valde in visum dicit. Hac occasione de Hibernorum odio in Britannos differit, nec magis Regem Anglos irritare potuisse ait, quam dum animum benevolum & faventem ubique erga Hibernos prodidit, & luculentissima favoris sui erga illos documenta extare voluit. Finem primo huic libro impositurus, de Cambriæ Principe, quem supposititium vocat, nonnulla adjicit, & in toto hocce negotio Jesuitarum artes & obstinatum Regis ad evertendam Anglorum libertatem animum accusat.

Lib. II. c. I.

Expositis hunc in modum causis, quæ Anglos contra Regem Jacobum irritarunt, quo pacto contra Angli in accersendo Principe Auriaco se gesserint, enarrare suarum partium esse duxit. Calamitates itaque, quibus hi se plane obrutos credebant, postquam paucis denuo exhibuit, Procures non aliter suis ac patriæ rebus, quam Principis Auriaci auxilium implorando, consulere potuisse ait. Laudat Batavorum promptitudinem in classe & copiis Auriaco subministrandis, eosque tum suam quoque fortunam plane habuisse in consilio, animadvertit. Namque & Jacobum eodem tempore bellum in Belgas molitum fuisse, ut adeo non feliciter imminentem sibi tempestatem declinare potuerint. Jacobum autem primum a Legato Gallico, qui apud Batavos commorabatur, mox & aliunde de Auriaci Principis & Batavorum consiliis certiore factum, maximoque terrore circumseptum, amicos accersivisse, illorumque sententias, quid in hoc rerum statu factu opus esset, explorasse. Rejecto Barillonii, copias Gallicas accersendas suadentis consilio, eum ad lenitatem studia convertisse, chartam, ut vocat, immunitatum Londinensibus restituisse, convocasse etiam Episcopos & illorum consilium expetiisse. Jesuitarum tamen sinistra interpretatione Episcoporum consilium.

exce-

exceptum, apud Regem locum non inveniisse. Interim eum summo studio subsidia bellica acquisivisse, plurimasque res in pristinum statum restituisse: sed necessitate potius compulsus, quam quod mentem mutasset. Id hoc documento Auctor comprobat. Miserat, inquit, Jacobus Oxonium Episcopum Wintoniensem, ut Præsidem & Socios Collegii Magdalenæ, Laribus suis non ita pridem a Rege expulsos, restitueret: sed quamprimum fama, Belgicam classem naufragio periisse, a Belgis ad fallendum Regem sparsa, ad aures ejus pervenerat, Antistitem illum retro ferre pedem, & re infecta domum reverti jussit.

Insigni & incredibili lætitia omnium Arausionensem in Anglia Cap. II.
receptum, non diffitetur: auctam tamen hanc putat ex fama de Gallorum adventu, quam non plane inanem fuisse sibi persuadet. Refert hinc Arausionensis declarationem, populo a verbi divini ministris prælectam: quam mox alia Hagæ Comitum Kal. Novembr. edita, ideo exceperit, quod Princeps Auriacus e re sua & Angliæ esse putaverit, populum Anglicanum edocere, cuncta Jacobi molimina, quibus spem recuperandi amissam libertatem illi faciebat, ad simpliciores ludificandos solum esse comparata. Ipsum interea Auriacum moderationis & abstinentiæ multa dedisse documenta, & luculenter significasse animum ad pacis consilia propensum, & hac ratione omnium favorem sibi conciliasse. Jacobum quidem primum prælii discrimini fortunam committere secum constituisse, nec Senatum convocare voluisse: interim indies pluribus Proceribus ad castra Auriaci Principis transeuntibus, & oppidis præcipuis partes ejus amplectentibus, spem ejus magis magisque fractam & imminutam fuisse. Episcopos autem & Proceres nihil eorum, quæ ad firmandam sine armorum strepitu Rempublicam facere videbantur, intermisisse, huncque in finem libellum supplicem Regi obtulisse, quo submisit illum orabant, ut Senatum convocaret; sed hoc ipso nihil aliud illos effecisse, quam ut iratum Regis animum gravius increderent & novis suspitionibus complerent, amicis Regis illisque, quorum consiliis se abripi patiebatur, id strenue agentibus, ut mentem Regis a pacis consiliis, & Senatus auctoritate deflecterent. De hocce libello cum sinistra fama a Regis aſſeclis spargeretur, Antistites & Proceres consultum esse duxerunt, cum in lucem edere, ut omnes

omnes intelligerent, se sui muneris limites nequaquam transiisse. Censuram tamen Jesuitarum, ut Auctor refert, libellus iste effugere non potuit. Interim Devoniz Comitum aliosque Proceres & oppida nonnulla ad Auriacum Principem se recepisse, nihilque aliud superfuisset, quam ut Jacobus a copiis quoque, quæ adhuc illi parebant, desereretur. Et sane milites hosce, istam rerum in Anglia faciem considerantes, mox dubitare cepisse, an se deceret pro illo militare, qui tanta omnium confessione conculcata Anglicanæ libertatis reus agebatur, Noster refert. Qua animorum inclinatione usus Auriacus, literas ad Jacobi exercitum dedit, militesque adhortatus fuerit, ut Reipublicæ propriæque libertatis haberent rationem; eo quidem eventu, ut nonnullis ad Auriaci castra se conferentibus, ceteris autem magis dubiis & ambiguis redditis, Jacobus in magnas angustias conjiceretur. Hunc itaque, ut rebus suis præcipiti lapsu pessimum euntibus medelam afferret, edictum promulgasse, quo prodicionis gratia profugis fieret, & exteris aut venia domum revertendi, aut stipendia militaria promitterentur, si sub illo mereri vellet. Nihil tamen hoc ipso fuisse profectum: & licet ad bellum vires deesse viderentur, ad pacis tamen consilia frustra eum a nonnullis fuisse sollicitatum. Mentionem hic Auctor injicit epistolæ Londono Sorbiodunum ad Regem missæ, quæ illum, ut in Galliam se reciperet, adhortabatur, simulque spem faciebat fore, ut ipso absente cuncta tumultu & confusione rerum omnium conturbarentur, & ita Anglos demum, ut Jacobum reducerent, coactum iri. Ab amicis Jacobi & Gallicæ factionis hominibus istam epistolam profectam esse, Auctor non dubitat; interim Jacobum consilium fuga sibi consulendi cepisse observat.

Cap. III. Fugam itaque Jacobus meditans, non sine insigni dolore, præter alios, Annam quoque siliam ad Auriaci Principis partes transgressam intelligit. Hinc (Auctoris mente loquimur) in omnem se versans partem, mox ad molliora consilia reverti videtur, mox de fuga iterum cogitat, se omnia ad Senatum rejecisse præ se ferens. Quæ Auctor de Oratoribus Auriaci Principis ad Jacobum missis, itemque de tertia Principis hujus declaratione, de Scotis a Jacobo deficientibus, deque Norfolkiz Duce refert, & id genus alia præmittimus, ne legum, quas nobis præscripsimus, ipsi parum obser-

VAD-

vantes videamur. Quæ ad Jacobum pertinent, huc redeunt; postquam Regina cum Cambriæ Principe discesserat, cohortes omnes Regis jussu a Comite Feuershamiensi exauctorantur, ipseque Rex in fugam se conjicit: Araufionensis quidem & Proceres ea de re certiores facti, ea agunt, quæ is rerum status exigere videbatur: sed cum Jacobus post navem conscensam, iterum portum tenere cogereur, per Legatos nobiles a Proceribus, ut reverteretur, invitatur: morem quoque illorum voluntati gerit; sed post reditum talem se præbet, ut Auctor inde concludat, illi serio constitutum fuisse civium animos magis magisque irritare. Omnem autem viam negotium istud componendi ideo eum sibi interclusisse putat, ut saltem inde occasionem aufugendi nancisceretur. Atque ut istud rite ostendat, quæ porro inter Jacobum & Auriacum Principem acta sint, quo pacto ille hunc ad D. Jacobi Basilicam, hic illum Hamum per Legatos invitaverit, exponit. Sed Jacobus nihil tutum satis in Anglia credens, postquam Princeps Auriacus Londinam pervenerat, iterum in fugam se conjecit.

Fugisse itaque Jacobum dicit Auctor, non alium in finem, quam **Cap. VI.** ut Parthorum more fugiendo vinceret, & Gallicanis copiis adjutus regnum recuperaret. Araufionensem vero omnium gratulationibus Londini exceptum postquam retulit, quo pacto is porro omnium consensu populi Magister, donec rite Proceres in Comitibus coirent, creatus fuerit, memorat. Quo ipso talem eum obtinuisse potestatem, qualem Dictatores olim apud Romanos obtinebant, observat. Ad hanc dignitatem evehctus Auriacus Princeps munere suo pro viribus functus est, Hibernosque qui Angligenas in Hibernia vexabant, in ordinem redigere in animum induxit. Quæ omnia Auctor noster prolixius prosequitur. Interea in Comitibus congressi erant Angliæ Senatores. Deputati Plebis, quæstione de statu Regni habita decernebant, Jacobum Regem, pacta & conventa mutua Regi cum civibus inita solvendo, civilem Regni politiam, quantum id illum penes erat, solvisse; ipsum leges fundamentales subvertentem, & cedentem tandem Regno, imperium abdicasse, & solum eo facto vacuum relictum esse. In quo quidem decreto Senatoribus superioris ordinis, observante Auctore, nonnulla displicuere. Nolebant enim dici, Regem imperium *abdicasse*, sed imperium a Rege *fuisse derelictum*.

Sum. Nec satis commode dictum putabant, folium *vacuum* esse, cum in regno hæreditario, hærede adhuc aliquo superstite, folium *vacuum* dici nequeat. Mariam autem Jacobi filiam regni hæredem esse, non dubitabant. Deputati tamen Plebis non poterant, ut Auctor porro refert, induci, ut verba decreti mutarent. Non minus autem, cum de novo Rege in locum Jacobi substituendo deliberaretur, Senatores dissensisse non dissimulat, nonnullosque voluisse, ut Jacobo in regnum revocato nomen titulusque Regis permitteretur, jura autem majestatica penes aliam essent, quem *Regentem* vocarent; alios autem Wilhelmo, alios denique conjugii ejus Mariæ summam rerum delatam cupivisse. Sed cunctis tandem scopulis feliciter superatis, Wilhelmum & Mariam in Regem & Reginam eooptatos refert, illudque plane necessarium fuisse non tantum asserit, sed rationibus etiam evincit, causasque aperit, quare nonnulli Jacobum desiderant; novique Regis commendatione, & ad eum parnesis, opus suum finit.

PETRI FRANCII SPECIMEN ELOQUENTIÆ EXTERIORIS,

ad Orationem Ciceronis pro A. Lic. Archia accommodatum.

Amstelædami apud Henr. Westenium, 1697. in 8.

Constat pag. 15½.

Duplicem fuisse apud veteres eloquentiam, *internam* unam, quæ in stilo & scriptione consistat, & *externam* quæ in elocutione & gestu, quæque *actio* Rhetoribus dicatur, jam pridem auditoribus suis inculcavit Auctor clarissimus; ut ex Orationibus ejus anno 1692 editis, & a nobis in Actis anni istius p. 345 recensitis, Orat. II. p. 48. III. p. 51. VI. p. 117. VII. p. 122. XII. p. 145. XV. p. 193. XVI. p. 212. constat. E veterum monumentis eorum eruditionem, & interiorem illam facundiam, copiam, ubertatem, omnemque artem rhetoricam perspicere posse; at quo ardore hæc dixerint, qua voce, qua manuum & totius corporis motu, neutiquam intelligi hodie existimat. Actioni tamen primam in eloquentia palmam a principibus oratoribus Græcis & Latinis, Demosthene & Cicerone, fuisse assignatam, animamque orationis & vitam, præclaramque semper & singularem habitam. Quapropter ut hanc externam eloquentiam internæ jun-

gen-

gendam auditoribus suis persuaderet, rationemque addiscendæ ejus demonstraret, non modo Tullianæ & Demosthenis orationes quasdam memoriæ mandatas conveniente oris & corporis gestu recitare eos docuit, felici magnorum istorum Oratorum in vocis flexu ac corporis motu æmulatione; verum hanc ipsam eloquentiæ partem, quæ *corporis eloquentia* Ciceroni dicitur, veluti in artem redegit, certisque regulis adstrinxit, quibus pronuntiatio & actio contineatur, in hoc libello p. 44. seqq. traditis. Utque illustri exemplo præcepta confirmaret, speciminis loco Ciceronis *pro Archia* Orationem exhibuit, ejusque omnia membra quo oris habitu, qua vocis flexione, quo corporis gestu motuve pronunciarit, aut pronuntianda sint, in adjectis cuius colo seu inciso observationibus, ad regulas antea traditas compositis, perspicue ostendit. Nam quæ lenta & submissa, leni, continua; quæ modulata, suavi, clara, distincta, acuta; quæ pleniore, concitata, diffusa; quæ gravi, clara ac sublimi voce; quæ tono altiore, fortiore, graviore, acutiore; quæ simplice, suavi, quæ medio; quæ ore pleno ac libero, quæ pressiore; quæ manu prona, supina, concava, expansa, depressa, explicata, dilatata, in utrumque latus diffusa, pectori applicata, in circulum vel iridem (ut p. 72, 74. loquitur) diducta, & excurrente aut in obliquum projecta; (p. 95.) quæ digitis complicatis, sublatis, arrectis, exsertis, quæ depressis, in terram defixis, junctis, quæ oculis conversis, elatis, depressis; quæ toto corpore inclinato, firmo, varieve moto pronunciarit in Oratione hac conveniat, perspicue tradidit. Quo pacto non illi tantum qui ipsum audiunt, sed & remoti, ad quos talia voce transmitti non possunt, quæ sit actio ipsius & pronuntiatio, plane ac liquido intelligent, & omnem hanc exterioris eloquentiæ formam, seu vocis & gestuum moderationem, manifesta ratione expositam & comprehensam habebunt. Neque tamen negat, (p. 185.) aliter eadem pronunciarit commode posse, pluresque modos eandem rem voce ac gestu representandi esse; sed eum a se proditum affirmat, qui maxime naturalis & accommodatus ad rem fuerit visus. Quod si quis usu & exercitatione ita vocem gestumque formaverit, ut nihil in iis sit vitiosum, non tam anxie ei laborandum existimat, dum rei naturam exprimat, hoc an illo modo fiat: ubique enim quod decebit, ubique quod placebit, inventurum. Aristot-

telis, Ciceronis & Quintiliani loca, quibus vocis ac motus miram in orationibus vim ac potestatem esse tradiderunt, in Præfatione laudat, Erasmi etiam tertium librum Ecclesiastæ in hanc rem commendat. Ludovicum præterea Cresfolium in Vacationibus suis Autumnalibus A. 1620 editis, vitia ac virtutes exterioris hujus eloquentiæ, multis Græcorum ac Latinorum prolatis in medium testimoniis exposuisse; & Galli anonymi libellum de Actione Oratoria, sub *Conrarti* nomine postea editum, (sed falso, cum potius *Michaelem le Faucher* auctorem ejus esse indicavit Melch. Smidius, Prof. Helmstaediensis, qui in Latinum sermonem istum libellum A. 1690 transtulit) multæ utilitatis inque suo genere præstantissimum esse, affirmat.

REFLEXIONS SUR LES DROITS DE LA CONSCIENCE.

i. c.

CONSIDERATIONES JURIORUM CONSCIENTIÆ, AUCTORE
ELIA SAURINO.

Ultrajecti apud A. Schouten, 1697. in 8. Alph. 2.

Pars III. DE hoc clarissimi Saurini opere proximo mense Septembri pag. 426 fqq. exponere incepimus. Nunc, quæ supersunt, exequemur. Nimirum certamine cum Auctore Commentarii Philosophici defunctus, cum celeberrimo Jurio congregitur Saurinus, auctore libri: *Jura duorum summorum imperantium*. Namque & hic contra Commentarii Philosophici Auctorem calamum strinxerat, sed ita, ut cum, judice Saurino nostro, recte docuisset, fontem omnium errorum in voluntate collocatum esse, alia tamen minus probanda insperferit; quæ proinde in parte hujus libri tertia sub examen Saurinus revocat. Sed ea quidem intacta nunc relinquimus, tum quod magni adeo momenti non sunt, tum nimis prolixitatis evitandæ studio. Itaque ad partem potius quartam properamus, qua de potestate quoque summorum Imperantium in conscientias subditorum, Auctor aliquid adnectere vel ideo operæ pretium duxit, quod haud mediocris difficultatis res sit, eam justis limitibus hic circumscribere. Suam itaque sententiam Saurinus sequentem in modum edisserit. Deum quidem omnium societatum civilium auctorem esse agnoscit: fundamentum tamen earundem recte in pactis quibusdam collocari putat, per quæ Imperantibus quidem summa potestas

Pars IV.
Sect. I.

potestas deferatur, sed ita ut & subditis jura nonnulla relinquatur, interquæ ea merito jura conscientiæ referenda esse. Posse summos Imperantes leges ferre, quæ scilicet divinis legibus non adversentur; posse subditos cogere, ut hæc leges observent. Quin & aliquando subditos per conscientiam obligatos esse, ut injustis legibus obtemperent. Hinc porro colligit, Principem non tantum posse potestate sua uti, ad religionis, quam veram esse credit, conservationem, sed eum etiam ad hoc obligatum esse, & quidem, tum ut Christianum, tum ut Principem. Omnes enim Christianos obstrictos esse, ut omnes curas, omnia consilia ad gloriam Dei, propriamque & aliorum salutem promovendam conferant. Reges autem Principesque, ut subditos ad veram æternamque felicitatem perducant, obstrictos esse. Obstare quidem huic sententiæ videt, quod societates civiles felicitatis tantum civilis causa coaluerint, & quod adeo religio in earum aut structura & formatione, aut conservatione non aliter in censum veniat, quam prout aut finem huncce promovere apta est, aut eundem impedit. Sed regerit, etiam si homines, qui civitates constituerunt, ad spiritualem & æternam felicitatem non respexerint, eos tamen huc maxime respicere debuisse: quin & Christianos Principes hunc Ethnicorum Principum errorem merito emendasse, & re ipsa summam rerum ita tractasse, ut non minus civitatis conservationem, quam æternam civium omnium salutem, sibi curæ cordique esse ostenderint. Ceterum ne hæc potestas Principis circa sacra in infinitum excurrat, hæc eam circumscribit limitibus: primo, si Princeps rite hac potestate uti velit, religionem quam veram esse putat, etiam re ipsa veram esse debere: deinde, summo Imperanti ad veræ religionis conservationem non nisi media legitima usurpanda esse: tertio denique, summum Imperantem ne legitimis quidem mediis ad veræ religionis conservationem uti posse, siquidem illa legibus Imperii fundamentalibus, & pactis publicis adversentur. Hæc postquam rationibus haud contemnendis firmavit, porro asserit, summum Imperantem posse & debere potestate & auctoritate sua uti, ad hæreses & falsam religionem extirpandam. Neminem, qui Christiano nomine indignum se reddere nolit, hac de re dubitare posse; litem omnem de modo saltem superesse. Hinc autem ut se expediat, ita

procedit. Primo asserit, summo Imperanti summopere cavendum esse, ne in veram religionem hoc sibi licere putet, quod illi in falsam licet: quin enim gravissime peccet, si veræ religioni se opponat, dubium nullum esse. Secundo, nefas esse dicit, facere mala, ut inde eveniant bona. Perfidiam itaque, prodicionem, perjurium, gravissima atrocissimaque esse crimina, etiamsi ad hæreticorum tendant perniciem. Quarto, Principem zelo pro vera religione defendenda & ad falsam extirpandam inflammatum, intra limites legum fundamentalium, & pactorum publicorum se continere debere. Nec enim horum violationem ullo modo excusari posse, Quinto denique, summo Imperanti semper cogitandum esse, subditos suos simul subditos esse Dei, qui per conscientiam suam voluntatem illis manifestet, & qui simul ab illis exigat, ut dictamen conscientia suæ sequantur, & istud religiose observent. Ut ergo nefas est, (ita hinc porro colligit,) scelere se obstringere, & contra conscientiam agere: ita & Principes peccant, dum alios, ut contra conscientiam agant, cogere in animum inducunt.

Sect. II.

Non sufficit Auctori hæc in genere ita delibasse: quin paulo distinctius suam sententiam exponit. Triplices itaque religionis actus constituit: primo internos, qui velut essentiam religionis absolvant, fidem scilicet & persuasionem de certorum dogmatum veritate: secundo actus externos, tum eos qui immediate ab actibus internis fluant, & progignantur, ut preces, gratiarum actiones, omnesque animi devoti Deumque religiose colentis significationes, tum actus quosdam, qui ad publicum religionis exercitium pertineant & a Deo præcepti sint, quorsum solennes congregationes fidelium ad fundendas preces & sacram cœnam administrandam refert: sed & eos huc pertinere dicit, qui non ab omnibus, sed a quibusdam sacra hujus societatis membris edi soleant, ut sunt doctrinae veræ legitima propagatio, studium convertendi & emendandi errantes, & similes. Tertio denique alios actus ejusmodi esse ait, ut religionis quidem quodammodo intersit, eos exerceri, sed ut nihilo fecius, quoniam divinitus non sint præcepti, intermitteri queant: quorum ritus varii & ceremoniæ sacra, cultus sacrarum ædium & ornamenta, publicæ ædes in quibus sacra fiant, & alia ejusmodi, judice Auctore, spectant. Hisce præmissis porro docet, primo, summi

mi

mi Imperantis esse, nihil facere reliqui, ut vera Ecclesia omnibus medijs conservandi & propagandi veram doctrinam abundet; alendos itaque & sustentandos ab eo esse idoneos Ecclesie Ministros, scholas bonarumque mentium domicilia erigenda &c. Secundo, summi Imperantis esse, eo anniti, ut vera Ecclesia fiat dominans, religioque vera cum statu civitatis connectatur, ita ut a se invicem separari nequeant; ut publicæ ædes ejus exercitio consecrentur, & privilegia, quæ a Principe proficisci possunt, illi impertiantur. Tertio, multo magis summum Imperantem ad defensionem veræ Ecclesie, contra insultus hæreticorum, obligatum esse. Quarto, si animadvertat Princeps, hæreticos in erroribus suis propagandis fraudulenter se gerere, & persuasionem de doctrinæ cujusdam veritate ab illis solum ad cupiditates suas tegendas obtentui sumi; in eos ut rebelles & seditiosos illum animadvertere posse. Quinto, in commodorum & privilegiorum distributione orthodoxos præferendos esse hæreticis; neququam autem in justitiæ administratione, namque hoc pacto omnes subditos ejusdem esse conditionis, Principemque communem omnium subditorum patrem. Sexto, esse quasdam sectas, quas summus Imperans plane extirpare non tantum possit, sed etiam debeat, nisi impedimentum quod superari non possit, sese offerat, quæ scilicet ad flagitia & atrocissima crimina, parricidia Principum, perjuriam, præditiones, homines impellant; quo etiam atheismum refert, quippe quo qui infecti sunt, monstra hominum sine & pestes publicæ, quos adeo e medio tolli omnium magnopere referat. Et eo usque quidem Auctor limites potestatis, qua summi Imperantes circa religionem gaudent, profert. Rursus tamen eos coarctat, quando porro docet, summum Imperantem non posse præscribere subditis, quid credere & sentire circa religionem debeant, multo minus eos jubere, ut fiant orthodoxi, neque si nolint, eos punire posse. Præterea peccare summum Imperantem ait, si subditos cogere velit ad ejusmodi actus, quos religioni, cui addicti sunt, adversari putant, aut si prohibeat ejusmodi actus, quos salva conscientia se intermittere non posse putant. Quod autem de jure Principis orthodoxi erga subditos hæresi infectos asseruit, idem etiam admittendum esse, si Principi hæretico cum subditis orthodoxis res sit, autumat. Licet enim Princeps hæresi corruptus peccet, errorem

su-

suum propagando; si tamen intra limites hæcenus designatos subsistat, subditos orthodoxos nec detrectare obsequium, nec de injuria sibi illata conqueri posse.

Secl. III.

Sua hunc in modum exposita & confirmata sententia, cum iis qui in dissentientes circa religionem sine discrimine sæviunt, quos inter Romanenses, interque hos Jesuitas agmen ducere notat, in arenam descendit. Eos hæc innoti fundamentis docet: Hæreticos esse latrones & homicidas, quin iis adhuc deteriores, quod non vitam, sed æternam salutem hominibus eripiant; eos societatibus civilibus longe majus damnum afferre, quam atrocissimi hostes afferre possunt: non ergo nefas esse, si eodem modo in eos animadvertatur. Sed magnopere hosce homines falli, Auctor primo probat exemplo Christi & Apostolorum. Hosce enim nunquam vi aut armis ad homines ab erroribus abducendos usos esse. Non deesse qui respondeant, inepte ad hoc exemplum provocari, cum nec Christus, nec Apostolica sibi potestatem, qua Magistratus gaudent, arrogarint. Quin Bellarminus, observante Auctore, asserit, tempora mutata esse. Apostolos hac methodo errantes convertendi usos non esse, quia eodem uti non potuerint, imperio destituti. At postquam Ecclesia hanc facultatem vi cogendi dissentientes adeptæ est, nihil obstare quo minus eandem usurpet. Sed respondet Saurinus, si Romanenses invictis argumentis comproba-verint, Ecclesiæ jus cogendi sæcus sentientes competere, tunc demum eos concludere inde posse, Christum & Apostolos hanc potestatem exercere noluisse, qua cæteroquin uti iis licuisset; istud vero cum nulla ratione evincere possint, suum argumentum invicto hæcenus pollere robore. Alterum argumentum Auctori contra Romanenses subministrant exempla primitivæ Ecclesiæ. Equidem in Priscillianum ejusque affectas a Maximo, instinctu quorundam orthodoxorum, durius quam par erat, animadversum fuisse fatetur: sed simul observat, Priscillianum non tam ob hæresin, quam ob alia crimina turpissima, supplicio affectum fuisse: nec tamen & defuisse ea ætate, quibus nimius illorum rigor, qui Priscillianum accusarunt, displicuerit. Sed ne exemplis tantum errorem Romanensium impugnare videatur, rationes quoque in aciem prodire jubet, Ut hæreticus juste puniri queat (ita rationes subducit,)

ducit, necesse est, ut summus Imperans ferre etiam leges possit contra hæresin, quibus subditi omnes obedire obstricti sint. Jam vero nihil ineptius est, quam summo Imperanti facultatem leges de rebus fidei, quid credendum sentiendumve sit, ferendi tribuere. Namque si Imperans quid credendum sit, definire posset, eum erroris omnīs immunem & extra errandi periculum constitutum esse oporteret; quod tamen cordatiores Romanensium ne de summo quidem Pontifice asserere audeant. Deinde ita argumentatur: in pœnis omnibus Imperantes duplicem finem sibi propositum habere, emendationem tum ejus qui punitur, tum aliorum qui supplicio a similibus delictis deterrentur. Neutrum autem horum finium, si hæretici puniantur, obtineri posse. Illum enim, qui punitur, hoc ipso non convinci, religionem, cui addictus est, falsam esse. Ceteri autem multo minus convincentur, cum nemo sanæ mentis colligere possit, hanc doctrinam erroneam esse, quia qui eam profitentur, comburuntur, aut alio modo puniuntur. Tertio addit: licet pœnæ non sint salutares, eas tamen ad minimum non debere esse perniciosas. At pœnas, quæ hæreticis infliguntur, tales esse, id quidem est, quod Auctor pluribus edisserit. Hisce argumentis impugnata Romanensium sententia, quæ pro ea defendenda in medium afferunt, erudite diluit. Perperam ab illis hæreticos cum latronibus & homicidis comparari probat. Namque ne quis alterum interficiat, Imperantem lege civili sancire posse: ast eundem neutiquam definire posse, quid credendum sit. Latrones & homicidas contra conscientiam leges migrare: id quod de plerisque hæreticorum secus se habeat. Divinas leges, quibus Prophetas mendaces, blasphemos & idololatrias capitali supplicio affici Numen jubet, illis neutiquam esse præsidio. Deum enim quodvis peccatum recte æternis cruciatibus, multo magis supplicio temporali punire; ast summum Imperantem neutiquam putat tantam potestatem sibi vindicare posse. Deinde ingens etiam intercedere discrimen, inter seductorem talem, qualem Divinæ apud Mosen leges punire jubent, & hæreticum. Eliam quadringentos & quinquaginta sacrificulos Baaliticis interficientem, in exemplum trahi non posse, cum Divino afflatu percussus hoc fecerit. Jehu autem Regem Israelis vim fraudi doloque miscentem, citra dubium Divinas migrasse leges.

leges. Ad exempla Petri adversus Ananiam & Saphiram, & Pauli adversus Barjesum summo rigore utentium, eodem modo respondet, ea scilicet singularem Numinis afflatum arguere. Effatum Servatoris, *compelle eos intrare*, vim moralem, quæ argumentorum pondere & robore absolvatur, denotare. Ad leges civiles denique Imperatorum vel ideo frustra provocari, quod & hi homines fuerint, & mirum adeo non sit, eos aliquando a recto aberrasse tramite. Quod a nonnullis porro objicitur, licet hæretici ob actum animi internum, certam scilicet de doctrinæ cujusdam veritate persuasionem, puniri nequeant, ob denegatum tamen Imperanti obsequium, si is certos actus illis prohibeat, eos recte puniri posse; ita diluit, ut distinguat inter actus externos, qui ex religione ipsa fluunt, adeoque necessarii, sunt, & actus externos, qui ex religione non fluunt, & adeo pro indifferentibus recte habentur. Actus posterioris ordinis imperio civili plane subjicit Auctor, eosque & prohiberi, & mandato non obediens recte puniri posse fatetur. Secus autem de actibus prioris ordinis sentit. Subjicit denique sex observationes, quibus hæcenus allatis lucem affundere annititur. Pleræque tamen eo tendunt, Romanenses etiam quoad modum puniendi hæreticos multiplici ratione peccare, judiciorum ordinem non observando, reumque nec per testes nec alia ratione convictum igni adjudicando, fidem datam violando, pœnas justo rigidiores dictitando, & quæ id genus alia sunt.

Seft. IV. Ceterum cum & inter Protestantes non desint, qui dissentientes non ferunt, adeoque Intolerantibus ab Auctore annumerantur, cum hisce etiam congregiendum sibi existimavit. Principem autem inter hosce locum cum Jurius, censente Auctore, teneat, hunc etiam præcipue sibi refellendum sumsit. Sententia autem Jurii, ipso referente Saurino, huc redit: (1) hæreticos tantum ob hæresin non esse puniendos: (2) in eos tamen animadverti posse, si actus externos religionis contra mandatum Magistratus exercent, eo quod hic imperio, non quidem in corda & conscientias, in linguas tamen & manus gaudeat: (3) non tamen eo usque procedendum, ut sanguis secus sentientium profundatur, nisi hæresi insigne addiderint scelus. Primam & ultimam assertionem Saurinus admittit: sed contra mediam pluribus argumentis insurgit. Primum

num hoc est : Deo imperium in conscientiam, sive illa vera sit, sive erronea. competere, cumque actibus externis, sive lingua & manu, conscientia non minus lædatur quam internis, ad illos subditos cogi non posse. Alterum argumentum ab iis, quæ hanc sententiam, consequuntur, depromptum est : si enim, inquit, semel Magistratibus permittatur, hæreticos punire propter actus religionis, sive tales, quos illa conscientia se omittere non posse putant, facile ad extrema proficiant. Tertio denique per hanc doctrinam tyrannidem Ecclesiæ Romanensis, si non defendi, saltem excusari posse, autumat. Quæ omnia prolixius edisserit. Iis autem, quæ contra suam sententiam afferri possunt, hunc in modum occurrit. Primo non negat, summum Imperantem obligatum esse ad gloriam Dei promovendam : sed eam hoc modo promoveri posse, aut Imperantem, ut hac ratione eam promoveat, obstrictum esse, abnuit. Πρωτοῦ ψευδοῦ Jurii in eo positum esse, quod existimet, Imperantem omni potestate, præsertim circa sacra privari, nisi illi concedatur potestas hæreticos propter actus quosdam religionis puniendi. Deinde quæ a Jurio ad mentem Grotii recensentur, jura Imperantium, in dubium non vocat; quæstionem tamen, quo pacto Imperans potestate sua in puniendis hæreticis uti debeat, remanere ait. Porro ad exempla Principum tum Israeliticorum, tum Christianorum, tum denique Ethnicorum, quibus Jurii suam sententiam communit, respondet, non ex exemplis, sed ex legibus & rationibus hac de re judicandum esse : deinde quousque hæc exempla pro Jurio faciant, inquirat. Frustra quoque ab Intolerantibus regeri contendit, hac ratione Principes ad scelera, quæ ut puniantur aut ipsorum, aut societatis civilis interest, vindicanda acriter inflammari; contra ad ea, quibus ipsum Numen læditur, & homines æterna salute privantur, ulciscenda languidiores reddi. Quædam enim crimina ita comparata esse, ut a Deo potius quam hominibus puniri debeant : latrones quoque, & qui similibus sceleribus se obstringunt, physica ratione vim hominibus afferre, indeque & eodem modo illis obviare posse; cum hæretici contra morali solum ratione in alios homines grassentur, libertatis autem usum illis non adimant: accedere denique, quod Princeps latrociniis & cadibus obicem ponens in conscientias non sæviat, cujus tamen criminis non sit immunis, si quid credendum sentiendumve sit, præscribere in animum inducat.

Sect. V.

Finem operi imponit contra illos, qui in tolerandis dissentientibus nimii sunt, nonnulla monendo. Discernit autem ab Indifferentibus, ut vocat, hoc est, illis qui omnes sectas eodem loco habent, illos qui discrimen religionum agnoscunt, sed tamen dissentientes deteriori loco, quam ipsi sunt, in civitate esse nolunt. Hinc & actus, qui tamen e religione ipsa non fluunt, iis prohiberi, in commodis percipiendis eos aliis postponi, privilegiis aut privari, aut dum aliis impertiuntur, præteriri, & id genus alia, ægre ferunt. Quo jure hoc fiat, Auctor paucis disquirat, & ad dubia respondet.

JOH. CHRISTOPHORI STURMII PHYSICA ELECTIVA SIVE Hypoherica. Tomus I. partem Physicæ generalem complexus &c.

Norimbergæ apud W. M. Endterum, 1697. in 4. Alph. 5. pl. 14.

SCopus Authoris celeberrimi in hoc primo Physicæ Electivæ tomō, cæterisque, si vitam Deus viresque concesserit, securus hic est, ut rerum Naturalium cognitionem Lectoribus suis, pro sua virili quidem, ingeneret, rebus magis quam verbis gravidam, ab altercandi studio abducentem, diversas diversorum sententias, quantum potest, conciliantem, quodque præcipuum est, ad *Sui, Mundi, Deique* notitiam, quantum ejus ex lumine rationis haberi potest, scientificè deducentem. Esse vero Mundum supponit, nemine qui vel obiter eum suis oculis lustraverit contradicturo, opus & magnitudine, & rerum contentarum multitudine, & phænomenorum effectuumque varietate, pulchritudine & excellentia prorsus stupendum; adeoque simpliciter impossibile, ut unus aliquis Aristoteles aut Cartesius, vel solis phænomenis observandis ac enarrandis omnibus, nedum omnium ac singulorum causis rimandis & explicandis, par sit; imo si homines omnes Naturæ periti & scrutatores, Aristoteli & Cartesio ingenio pares essent, Naturæque miraculis pervestigandis nocte dieque incumbere, nunquam tamen eos, ne junctim quidem & collatis in unum symbolis, vel mille secula durante mundo, ejus mirabilia exhausturos, verasque & indubias omnium rationes detecturos esse: ut summa inde necessitas imponatur de Natura quippiam cum fructu commentaturo, e celebriorum Naturæ-consultorum, tum prischorum tum recentiorum, observatis & experimentis optima ac certiora eligendi, cum suis conjungendi, & ex
eorum

eorum rationibus, quas diverſi diverſas excogitarunt, eas cum iudicio ſeligendi, quæ videantur obſervatis & phænomenis quam maxime reſpondere, neque adeo aliam quam *Eclēſticam* vel *Electivam Phyſicam* conſcribendi. Quod aſſertum cum a Sectariorum quorundam exceptionibus vindicaſſet, alterius quoque cognomeni ſuæ Phyſicæ rationem redditurus, non aſſentitur quidem ſimplicitet clariffimo *Perraltio*, omnem certitudinem Phyſicæ denegare viſo, ſed præter innumera phænomena plane indubia in historia Naturæ obvia, etiam cauſas plurimorum phænomenorum indubias eam in promptu habere, exemplo eclipſium, tum in magnis luminariſus, tum in Jove acejus Satellitibus, & utrarumque variarum circumſtantiarum, incrementorum lucis in facie Lunæ, ♀ & ☿, virtutis item elatiçæ in aere, indeque dependentium innumerabiliſus Naturæ effectuum, nec non phænomenorum in viſione directa, reſlexa & reſracta, circa thermosopia, hygrometra &c. occurrentium, contendit; non negans tamen, in quam plurimis effectibus Naturæ, conjecturis adhuc agi & hypotheſibus, ut *Hypotheticam* adeo cognominare *Phyſicam* haut incongruum ſit, nec tamen deſperandum, quin temporis progreſſu una & item altera hypotheſis, ſubinde limata rectiusque exulta, in ipſiſſimam veritatem ſit abitura, aut veritati ſaltem futura proxima. Quod ut plenius intelligeretur, quid hypotheſes Phyſicæ ſint, quæque meliorum notæ & conditiones, uberius pertractat, tandemque quatuor hypotheſes Phyſicas generalioreſ ac celebrioreſ, *Ariſtotelicam* puta *vulgarem* ſive Scholaſticorum, *Democriticam* ſive Gaſſendiſtarum, *Carteſianam*, & *Græco-Peripateticam*, ſuſius enarrat. Poſteaquam vero Phyſicæ ſcientiæ, tametiſi adhuc imperfectæ, & quocunque etiam omniſus poſteritatis cultu adhibito, imperfectæ ſemper futuræ, inſignem tamen utilitatem in cognitione Sui, Mundi, DEIque, ſive Microcoſmi, Macrocoſmi, & utriusque Conditoris, nec non in communi hominum vita, generatim tantum, at paulo pluribus deduxiſſet; duas præcipue hominum opiniononeſ obiter perſtringit, errorisque & falſitatis convincit: alteram aliquatenus injuriſoſam, qua Phyſicam, imo univerſam Philoſophiam, aut nulliſus uſus, aut exigui futuram, nonnulli incoſideratiores ſibi aliis que perſuadent, niſi ſuperioreſ Facultateſ aliquo ejus ſervitio hinc inde indigerent: alteram multum inſuper pernicioſam, qua nonnulli ſum-

mi Numinis existentiam ex rectæ rationis lumine demonstrabilem esse, impudenter negant. Et hæc omnia quidem quatuor distinctis Preliminarium articulis ubertim & explicatius confectatur.

In ipso progressu operis, ordinem rerum in scholis receptum fere ubique servat, sed metodo peculiari, Physicæ Electivæ seu Hypotheticæ accommodatissima utitur, quæ primum phænomena, tanquam rem facti enarrat, atque ita Naturæ historiam in unoquoque rerum genere contextit; deinde vero diversas, ac celebriores quidem eas, Physicorum hypotheses fideliter recenset; tandemque aut conciliationem earum, quantum pote tentat, aut unam sibi meliorem, cæteris visam seligit, vel propriam eis & probabilior omnibus substituit, rationibus singularum potissimis, qua par est modestia, excussis, & eadem libertate quamvis aliam, quæ sibi verosimilior videatur, eligendi, aut aliam novam surrogandi, cuiuslibet relicta. Sic in primo statim capite liticulam Scholarum de principiorum inter-norum numero, tanti non esse existimat, quin ista missa penitus in ipsa rerum naturalium tractatione progredi feliciter liceat; de cætero vero, si qui materiam solam pro substantiali principio interno habere, formam autem & præcedaneam ejus absentiam, sed cum aptitudine illius recipiendæ conjunctam, pro materiæ modis tantum agnoscere, alii vero formam saltem, alii denique privationem quoque dicto modo consideratam, inter interna corporum generabilium principia recipere velint, facile inter eos convenire posse, credit ac docet, dummodo sese mutuo patienter ac citra affectum audire, recteque alteri alterorum mentem percipere dignentur. De materia deinde omnium prima, vel simplici, vel communi artificialibus æque ac naturalibus corporibus (qualem equidem necessario supponi, non solum argumento illo vulgari ab absurdo processu in infinitum desumpto probat, sed & hoc alio minus vulgari ac disputabili, quod si nulla esset prima materia, nulla posset in mundo fieri actuque absolvi generatio, siquidem cujus nunquam factum est initium, illius finis & complementum frustra expectatur) acturus, multa præmittit experimenta materiæ divisæ in minutias stupendæ exilitatis, naturali quadam analysi facta; indeque, post enarratas varias ac multum pugnare visas Physicorum de materia prima hypotheses, concludit, Physico ut talinequaquam opus esse, ut aliam quæ-

rat materiam primam aut simplicem, præter ipsas illas minutias, per evidentem ejusmodi analysin, aut reapse factam, aut imaginando saltem ulterius exporrigendam, omnium seculorum consensu, evidentissime repertas aut reperiundas; quippe quibus suppositis, omnis corporum tam naturalium quam artificialium compositio, indeque fluentes affectiones, deduci possint, dummodo inter illas minutias aut punctula physica, divina manu facta varieque figurata &c. (quod in progressu probatur) etiam animatorum rudimenta organica, majori adhuc artificio parata, supponantur. Quod si vero, hac materiae simplicitate physica non contentus, ulteriorem aliquis, metaphysicam & omnis compositionis expertem, sibi demonstrari postulet (quod Physico quidem ut tali nequaquam incumbat) utique præter extensionem istarum quantularumcunque minutiarum sive atomorum, ab Aristotele non minus quam a Cartesio aliisque quovis ævo Philosophis agnitam, nihil reperiri, quod simplicissimam materiae naturam exprimat: sed, quod inprimis tenendum putat, realem hic & cum impenetrabilitate conjunctam extensionem intelligendam esse, non imaginariam & quomodocunque conceptibilem, qualem etiam in rerum defectibus non possumus non agnoscere, & in speciebus vultuum nostrorum, quas intra vel pone specula, ubi non sunt, videmus tamen oculis ac dimetitur, imo in ipso nihilo concipiendo excludere nullo modo possumus; in quo *Cartesii* Sectatores vel maxime a scopo aberrasse, & in difficultates insuperabiles semet induisse, *H. Morum* autem adhuc gravius lapsum docet, dum nihilum illud antemundanum, mundo huic materiali, a quo nunc actu occupatur, recipiendo æquale utique concipiendum, pro ipso DEO mundi conditore venditat. Quæ omnia tamen acriter pro & contra disputabilia Physicum qua talem nihil attingere censet, quippe qui muneri suo satisfacere abunde possit, sive spatium aliquod inane vastum extra mundum, sive parvula & exilia inania intra particularum materialium interstitiola [quarum interim considerationem, ratione magnitudinis ac diversissimarum figurarum, magni esse momenti in Physicis, Cap. I. Phæn. VIII. Cap. III. Phæn. IX. X. & XI, alibique docet] supponantur, aut minus admittantur. Interim ex reperta per analysin materia prima physica, imo ex quacunque alia, in Epilogo cap. II. seqq. deducit confectaria: 1. Materiam

teriam primam quomodocunque consideratam, esse rem & substantiam vel actu divisam, vel divisibilem, & consequenter figurabilem, mobilem, disponibilem &c. verbo passivam, actionis non expertem solum, sed omnino omnis activæ potentiz incapacem. Ergo 2. ad sui ipsius productionem, motionem, formationem &c. ineptam; alius adeo productoris, motoris, formatoris, sibi contradistincti, adeoque immaterialis, indigam. Porroque 3. cum ex alia priorè materia ipsam primam produci fuerit impossibile, nulla præexistente materia productam; h. e. ex nihilo, atque adeo omnipotentis virtute creatam, motam, formatam &c. 4. Quemadmodum autem nec ipsa sese movere potuit, ita nec unam ejus partem alteram movere posse, quippe ipsam motoris indigam, a quo solo adeo partes materiæ unæ per alteras, ab eodem prius motas, moveri necessum habeant. Denique 5. cum mens nostra actionum plurimarum sibi met intime conscia sit, hanc a materia penitus diversam & immaterialem esse.

Cum itaque materiæ ejusque partibus nullam vim motivam ac vere activam competere, neque competere posse, ex dictis evidenter constaret; inquirendum nunc porro erat, annon in formis saltem cum materia uniendis, & sic in composita varia coalituris, aliqua vis motrix & vere activa veniat agnoscenda? Cui rei accuratius dijudicandæ illud in primis fundamenti loco substernit, quod formæ in strictissimo & accuratissimo vocis significato relativum quippiam notent, quo existente formatum etiam existat, & ad functiones proprias obeundas habile sit, quodque vicissim, formatoposito, necessario & ipsum existat, isti adeo & esse dans & operari. Quo sensu certe non rationalis anima (quod unum exemplum totam hanc de formis doctrinam mire intricaverit) sed hujus potius unio cum corpore organico, necessario præsupponendo, plenariam & adæquatam hominis formam constituat, quippe qua unione posita homo ponatur, & vicissim homine posito illam unionem poni necessum sit; cum e contra, homine posito, ponatur etiam anima rationalis, non autem vicissim anima rationali posita existente, statim homo existat, nisi hæc ipsa existentia animæ ad positionem ejus in corpore organico, atque adeo ad ipsam illam unionem cum hoc restringatur, ipsis id fatentibus adversariis, & hoc pacto in nostram sententiam non advertendo

do transeuntibus. Hoc vero sensu accepta formarum voce, unum & generalem formarum omnium conceptum haberi, qui substantiales quidem illas h. e. essentielles suo quamque composito, non substantias tamen absolutas & per se existentes exhibeat, sed varios solum materię modos, aut plurium modorum in certos usus destinatorum complexum & correspondentiam dicat, prout sane materia, quam informare & in qua recipi debent, non ullius alterius rei, quam talium modorum capax est. Huic igitur formarum conceptui in Epicrisi cap. III plurimis argumentis prolixè confirmato, in epilogo tandem huic capiti subjuncto sequentes superstruit conclusiones: 1. Formas, tanquam materię inertis mereque passivę modificationes tantum, multo minus quam earum substantiale subjectum, virtute quadam vere activa, motiva, & operativa esse præditas; sed uti materia generatim corporibus ex ista formati mobilitatem simpliciter, ita formas talem vel talem specificam mobilitatem conciliare, principium interim aliquod vere agens & movens etiamnum præsupponentes. 2. Hujus principii vere agentis omniaque moventis, nimirum inventi supra Creatoris materię, virtuti motrici, omnium quoque formarum, solo quippe motu & partium materialium, variantissima dispositione & compositione oriundarum, originem deberi, illumque adeo materię Creatorem, totius etiam hujus mundi æstabilis Factorem, Productorem & Conservatorem esse; cujus adeo 3. immensam potentiam, incomprehensibilem sapientiam, & inexhaustam bonitatem, inenarrabilis illa formarum, omnibus retro seculis in omnibus immensi mundi angulis exortarum, & hodiernum exorientium, & in fines creaturis omnibus, præsertim homini, utilissimos directarum, varietas & multitudo plane evincat, amplius etiam idem evictura, si ad mentem Scholasticorum formæ ponerentur substantiæ. Cum vero 4. nec materię vis activa competat, nec formis velut materię meris modificationibus; manifestum esse, quod neque composito ex utroque vis activa inesse queat, sed uti materia simpliciter, ita forma & compositum taliter moveri a Motore summo & unico, necessum habeat.

Ita vero ex ipsa principiorum interiorum natura deductis conclusionibus, quod neque materię, nec materiatis ullis, vis agendi aut active movendi, imo (quod p. 158 & seq. porro evincitur) ne

Ppp

capa-

capacitas quidem talem agendi movendique potentiam divinitus recipiendi, aut, si per impossibile recepta ponatur, in actum, nisi DEO movente, deducendi tribui possit; eandem veritatem deinceps, e considerata & profundius eruta ipsius motus natura, in Epicuristi cap. IV. p. 159. & seqq. denuo corroborat, posteaquam ex agnita dudum ab ipso Aristotele aliisque quovis ævo Philosophis difficultate, imo impossibilitate, quid rei motus esset explicandi, in eam tandem sententiam necessitate quadam protractus esset, quam Lana & Hamelius quasi per transennam obiterque prospexerant: motum nempe localem esse rem mere arbitrariam, cujus adeo rationem dari aut explicari non posse mirum esse non debeat, (quam rem in Appendice Sect. I. Digressoria p. 229 & seqq. plurimis prolixè persequitur) & quemadmodum materiæ & materiatorum existentiam a mero DEI arbitrio dependere demonstratum est, ita materiæ motum localem, h. e. ejusdem successivam in pluribus locis existentiam, (nec enim ulla alia mutatio corporibus motis obtingit) tanto magis a sola Dei liberrima voluntate dependere, quanto plus est rem unam eandemque, uti per plura temporis momenta, ita in pluribus successive locis existere, quam semel & simpliciter unico momento in unico loco existere. E qua veritate sic eruta & stabilita, quod motus localis efficiens, aut, si mavis cum P. Lana, exigens causa alia esse non possit, quam voluntas DEI infinite-potens, intrepide porro infert, inavitisimis licet omnibus præjudiciis, neque corpus ullum, ut quod voluntate prorsus destituatur, neque mentem finitam ullam, utpote voluntate quidem sed finita præditam, active-movendi potentiæ capacem esse. Cui conclusio cum duo cumprimis præjudicia obstant, alterum de corporibus unis ab alteris, ipso sensu teste, manifeste motis, alterum de motibus artuum in humano corpore a mentis nutu evidentissime pendentibus; utrique prolixius atque ita respondet, ut corpus unum ab altero moveri non neget, sed prius aliunde moto, atque adeo virtute non propria, sed illius a quo motum fuerat; & a nutu mentis humanæ corporeos motus, non omnes, sed aliquos tantum pendere fateatur, non efficienter tamen, sed occasionaliter tantum, & ex hypothesi voluntatis divinæ lege universalissima semel pro semper expressæ & ubique efficaciter operantis; quod utrumque fusus alleg. I. deductum videri, quam

hic

hic enarrari potest, prout etiam Epilogi huic cap. IV. subjuncti monita propriæ Lectoris curæ & meditationi commendanda veniunt, & aliis quibusdam obviis facillime difficultatibus prompte penitusque tollendis ea præprimis attendenda, quæ p. 174 & 177 similitudine quadam illustrata reperiuntur.

In cap. V. enarratis primum, ex more receptæ methodi, præcipuis circa corporum naturalium eorumque effectuum naturalium, usus varios in cælo terraque ubique obvios phænomenis, ac recensitis deinceps diversis diversorum Authorum hypothesebus circa causarum finalium in Philosophia naturali vel admissionem necessariam, vel exclusionem tanquam inutilium, nec absque temeritate & arrogantia inquirendarum; in Epicrisi subsequente fatetur quidem, omnium actionum ac decretorum divinorum fines, motiva, & causas impulsivas peruestigare velle, summæ non solum arrogantia ac temeritatis, sed etiam dementiæ esse, neque cupiditate quadam gloriæ allectum DEUM opus tam gloriosum condendi mundi aggressum; nequaquam tamen ejus beneplacito repugnare, quod hoc suum opus occasionem esse homini voluerit cognoscendi & glorificandi Conditoris, idque hominis ipsius potius quam suo aliquo commodo. Operum vero singulorum & partialium formarum fines & usus solícite investigare, non solum licitum, sed apprimè necessarium judicat. Quod cum Cartesius ipse, sub usuum saltem nomine, minime diffiteatur, inanem quandam *λογομαχίαν* inter ipsam & ejus adversarios intercedere putat, non sine utrorumque culpa, ex parte tamen Cartesii multo majori, qualem etiam in controversia de brutorum sensu ejus saltem Sectatores admisisse prolixè docet, & post alias vanitates in illa lite de causis finalibus, ex parte Cartesianorum maxime, demonstratas, Epicuri tandem ineptias prorsus intolerabiles acriter convellit, & in totius cap. Epilogo, DEUM universi Rectorem providentissimum, novo argumento a causis finalibus petito, exerto quasi digito ostendit, omnia in hoc mundo propter certos aliquos fines agere, sed ignotos sibi, & soli eorum Directori DEO cognitos; unde ista sine ordinario nonnunquam excidere, nunquam autem Directoris voluntatem providentissimam, contingat &c. Et hæc e Prima Libri Sectione excerptisse sufficiat,

In II. Sectione Corporum naturalium affectiones generales con-

siderare ac scientificè tractare aggreditur, eo nomine intelligens non sola propria in quarto modo, qui scholarum rigor olim ad tantam paupertatem ac sterilitatem rerum reducerat Physicam generalem, sed quicquid corporibus naturalibus competit, vel generatim omnibus, vel plerisque aut pluribus, sive essentialè id fuerit, sive essentialiam consequens, sive denique merum accidens, facultas aut *δύναμις ενεργητική* vel *παθητική* &c. ipsas etiam *ενεργείας* & operationes, imò *αφαιρέσεις* quoque seu privationes, *διαθέσεις* sive dispositiones, qualitates in primis multivarias, sensibiles & insensibiles, &c. quas omnes Græcæ scholæ multo rectius inter *γνώμενα*, *συμβαίνοντα* & *φαινόμενα* corporum naturalium connumeraverint, digna quippe quorum causæ sciantur & inquirantur, quorumque adeo complexu scientifico generalis etiam Physica rerum dives ac locuples obtineatur. Qua in re quid præstiterit, Lectoribus suis ex ipso decursu operis judicandum relinquit, & subjectos cap. IV. V. ac X. Epilogos haut perfunctorie pensandos commendat. Plures adhuc res & veritates, causis suis vel indubiis ac evidentibus, vel verosimilibus saltem firmatas, circa variantissimas ac tantum non innumerabiles corporum & affectionum naturalium mutationes, in Sect. III. repertum iri confidit; ut frustra fortasse futurum sit, aut pro Collectorum scopo longius, unum aut alterum inde excerpere. Illud potius adhuc monendum erit, Authorem sub finem operis Diatriben peculiarem subjecisse, in qua usum Physicæ generalis Metaphysicum aut Theosophicum & Moralem, quem per ipsum operis progressum sparsim & per occasionem saltem, in Epilogis capp. & Sectionum indicaverat, continuo filo deducere, ac denuo pleniusque, & mutata subinde sermonis facie, demonstrare aggressus est; quod veritatis quodammodo paradoxæ & apparenter novæ dignitas ac momentum omnino deposcere videbatur, ut iterata vel tertia etiam vice, mutato tamen tantisper orationis schemate, ad evitandum fastidium, inculcaretur. Quod ipsum etiam impellens ipsi causæ extitit, ut Specimen Theosophiæ sive cognitionis de DEO naturalis, ante plusculos annos in Academia Norica (S. T.) GUELPHO L. B. de Metternich/ nunc Serenissimi Electoris Brandenburgici Consiliario Status ac Regiminis Novæ Marchiæ, methodo mathemati-

ca conceptum, & sub suo præsidio summo cum applausu defensum, Operi huic Physico auctarii loco annecteret.

ROMANO-CATHOLICUS DUBITANTIUS IN DISPUTATIONE de Conceptione B. V. M. per D. P. F. Petrum de Alva & Astorga in Labyrinthos inextricabiles conjectus, viam tamen excundi comiter monstrante ELIA VEIEL, Theol. D.

Francofurti & Lipsiæ, apud Mart. Scherpentier, 1697. in 4.

Alphab. 1.

Maxima præsentis operis pars aliena est, summam exhibens libri a celebri ex ordine Minorum scriptore, Petro de Alva & Astorga, sub titulo *Funiculi nodi indissolubilis de conceptu mensis & conceptu ventris*, Bruxellis A. 1663 editi. Ejus mentionem primam se percepisse dicit maxime reverendus Veielius e Viro quodam Hispano illustri, quem peregrinantem Ulmæ obvium habuerit. Cum enim in cæsis cum ipso sermonibus ad conceptionis Beatæ Mariæ Virginis controversiam delati fuissent, eam imprimis ab isto P. de Alva adversus Dominicanos feliciter defensam fuisse, ex ejus ore se cognovisse. Rarissimus autem quod sit hic liber, ex impenso in eum conquiendum labore diu satis frustraneo collegit: unde, eum illius tandem redditus fuisset particeps, haud præter rem facturum se est arbitratus, si palmaria ejus argumenta & notabilia alia exin decerpta exhiberet. Is autem, quem illius Auctor sibi præfixit, scopus huc tendit, ut jactatam doctrinæ Thomæ Aquinatis ab omni errore defectuque immunitatem ex una parte, & ex altera parte animæ Mariæ ab omni culpa & macula præservationem inter se conferat, ac Dominicanis ostendat, ea quæ ab ipsis dicantur de S. Thoma, deque ejus doctrina, operibus & scriptis, mentis conceptu, scientia & sapientia, quoad puritatem, gratiam, prærogativas, privilegia; eadem longe majori jure & infinite majori gradu de Beatæ Virginis Mariæ conceptione, ejusdemque puritate ac immunitate a peccatis, dici concedique debere. Qua de causa primum enarrat, quicquid in laudem D. Thomæ a Dominicanis solet congeri, imprimis doctrinæ ipsius approbationes, confirmationes, itemque qualificationes canonicas, ut ipsi perhibeant, in cælo a Christo Domino, B. Virgine Maria, Petro & Paulo Apostolis, & B. Seraphico S. N.

Ppp 3

Fran-

Francisco, in terra vero a summis Ecclesie Pontificibus, Joanne XXII, Urbano V, Pio V, & aliis factas; postmodum paria in laudem immaculatæ conceptionis Mariæ prolata introducit, & ex hisce veluti præmissis eam infert conclusionem: impugnata hac Mariæ prærogativa, necessario & istam Thomæ præcellentiam corrumpere, ac vicissim hac justis argumentis roborata, illam pariter confirmari, cum sane incongruum sit, Mariæ negare velle id, quod de Thoma multum Maria inferiore admittatur, & ex iisdem rationibus, quibus Dominicani contentur demonstrare, puritatem doctrinæ a D. Thoma adstructæ approbatam esse ab Ecclesia, invictè consequatur, conceptionem quoque Virginis Mariæ ab eadem fuisse approbatam. Hoc ergo institutum sigillatim prosequentem Præsul noster celeberrimus heic introducit, & dum in ejus discursu recensendo occupatus est, de suo nihil penitus adjungit. Finitis autem excerptis, tres quæ residuæ sunt, plagulas epicrisi sua complet, ac posteaquam in Ecclesia Romana diutissime quidem agitatam, sed nunquam decisam, fuisse litem hanc ostendit, e Luca imprimis Waddingi Historia legationis Philippi III & IV quædam huc facientia decerpens, in magnas utique difficultates Alvam suo hoc invento Dominicanos (cum Scriptura quidem & cum antiquitate hac in parte rectius sentientes,) vi reliquarum, quas foveant, hypothesium conjecisse, neutiquam diffidetur. Lutheranos dehinc varia in usum suum exin convertere posse edocet. Nimirum cum passim constet ex Alvæ libro, miraculis, visionibus & revelationibus a Dominicanis pro S. Thoma allatis, nullam fidem haberi a Franciscanis, iterumque Franciscanis talia pro Maria urgentibus nolle Dominicanos assentiri, non indignari posse nobis quemquam ait, si nullis omnino Scriptoribus Pontificiis miracula, visiones, revelationes in medium adducentibus, fidem posthac præbuerimus. Quam fluxa porro, dubiaque & ambigua sint Pontificum edicta, bullæ, brevia, privilegia, ex iis magno numero in hac collatione utrinque citatis, affatim patere autumat. Tandem dissidia, quæ inter nostrates quandoque exorta sint, præ hoc unico oppido exilia esse, longeque facilius auferri aut componi posse asserit, quam illam disceptationem, quæ tanto tempore Ecclesiam Romanam exercuerit, nec tamen nisi vel cum manifesta veritatis divinæ jactura, vel Judicis, qui credatur, infallibilis dedecore finienda sit. Unde simul

simul manifestum esse existimat, viam longe tutiorem eligi ab Ecclesia Evangelica, quæ uti sanctissimam Dei genetricem eo omni honore, qui in Scriptura eidem adjudicetur, afficiat, ita terminos divinitus præscriptos migrare vereatur, cultusque divinos multiplicare merito formidet.

NOVA LITERARIA.

Duo sunt, quæ Lectori Benevolo indicanda censuimus. Primum enim dissimulare non possumus luctum nostrum, quem ex obitu Viri de universa Ecclesia orthodoxa longe meritissimi, *D. VALENTINI ALBERTI*, nuperrime percepimus. Is enim, postquam in hac Academia, cujus decus ac ornamentum insigne fuit, publici tum Philosophiæ tum Theologiæ Professoris munere per annos triginta & quatuor dexterrime perfunctus esset, dudumque scriptis eruditissimis in lucem editis apud externos etiam inclaruisset, die nupero 15 Septembris, anno ætatis sexagesimo secundo, ad Superos discessit. Alterum problemata concernit, quæ in Actis nostris mense hujus anni Majo p. 214. Vir clarissimus *Jacobus Bernoullius* Mathematicum in Academia Basileensi Professor, clarissimo itidem Viro *Johanni Bernoullio* in Groningensi Academia Mathematicum Professore, Frater Fratri, solvenda proposuit. Solutionum enim illico competentem fuisse factum *Johannem*, easdemque jamdudum ad Virum illustrem & Geometrarum nostri ævi facile principem ac arbitrum, *Gotthofredum Guilielmum Leibnitium*, transmisisse, ac suo tempore demonstrationes additurum, ex hujus ad nos humanissimis literis compertum habemus. Interim quo minus & Geometriæ alii problemata ista tentent, inque iis solvendis ingenii vires periclitentur, atque ita promovendæ magis magisque interiori Geometriæ animum intendant, nihil est quod prohibeat.

LIBRI NOVI.

Histoire d' Angleterre, d' Ecoffe & d' Irlande, par Mr. De Larrey. A Rotterdam chez Reinier Leers, 1697. fol.

Callimachi Hymni, Epigrammata & Fragmenta, ex recensione Theodori J. G. F. Grævis, cum ejusdem ac variorum annotationibus, & commentario Ezechielis Spanhemii. Ultrajecti apud Fr. Halmam & W. Vande Water, 1697. in 8.

Sculptura

*Sculptura Historiarum & Temporum memoratrix. i. e. Gedächtniß
Hülffliche Bilderlust/der merckwürdigsten Weltgeschichten/ &c.
Nürnberg bey Jo. Dan. Zaubern/ 1697. fol.*

*La Istoria Univerfale provata con monumenti e figurata con simboli de
gli Antichi: da Francesco Bianchini Veronefe. In Roma, a fpefe
dell' Autore, 1697. 4.*

*De Virtutibus & Vitiis Diffutationes Ethica, auctore Josepho Saenz
De Aguirre, nunc S. R. E. Presbytero Cardinale. Roma ex typo-
graphia Antonii de Rubeis, 1697. fol.*

*De S. Romana Ecclesia Vice-Cancellario illiusque munere, autoritate
& potestate Enarratio Joannii Ciampini. Roma typis Bernabó, 1697. 4.
Pfalterium cum canticis versibus prisco more distinctum, novaque lite-
rali explanatione brevissima dilucidatum, studio Josephi Mariae Tha-
mastii, Roma typis Jof. Vannaccii, 1697. 4.*

*Della Natura de' Fiumi Trattato Fifico-Matematico del Dottore Do-
menico Guglielmini. In Bologna a fpefe di Lod. Maria Ruinetti, 1697. 4.
Responsio Danielis Papebrochii ad Exhibitionem errorum per P. Seba-
stianum a S. Paulo. Pars II, Antverpia apud Viduam Henr. Thieul-
lier, 1697. 4.*

*Prænotiones Mystagogica ex Jure Canonico. Sive Responsa sex. Autore
Nicolao Comneno Papadopoli Cretenfi. Patavii, ex typographia
Seminarii, 1697. fol.*

*Jo. Petri Erici Ανθρωπολογικον, sive Humana Lingua Genesis.
Venetiis, sumptibus Autoris, 1697. 4.*

*Remarques sur la Traduction du Nouveau Testament, faite par ordre
du Clergé de France & par le ministère de Demys Amelot. Adressées
au Roy de France, par Claude Bruffon. A Delft, chez Adrian Bee-
mann, 1697. 12.*

*Le Saint Evangile de Jesus-Christ selon S. Matthieu, traduit en François
avec une Explication par Mr. Le Maître de Sacy. A Paris chez
Gu. Desprets, 1697. 12.*

*Cours de Chymie, par Nicolas L' Emery. Neuvieme édition. A Paris,
chez Estienne Michallet, 1697. 8.*

*Antonii van Leeuwenhoek Continuatio Arcanorum Natura detecto-
rum. Delphis Bat. apud Henr. a Krooneveld, 1697. 4.*

Tomi III Supplementorum Sectio III paucos ante dies prodit.

* * * * *

ACTA ERUDITORUM

Publicata Lipsia

Calendis Novembris, Anno M DC XCVII.

CALLIMACHI HYMNI, EPIGRAMMATA, ET FRAGMENTA, ex recensione Theodori J. G. F. Grævii, cum ejusdem & aliorum animadversionibus, & annotationibus V. I. Ezechielis Spanhemii &c.

Ultrajeſti apud Fr. Halmam, & Gu. vande Water, 1697. in 8.

Alph. 4. pl. 7. cum figuris aeneis.

SI quis antiquorum est, cui post renatas bonas literas excolendo atque illustrando plurimum operæ studiique viri docti impenderunt, is certe Callimachus Cyrenæus est, Grammaticus & Poëta sui ævi insignis, ac celeberrimæ quondam Bibliothecæ Alexandrinæ sub Ptolemæis Ægypti Regibus, Philadelpho & Evergete, præfectus. Et primus quidem post *Henricum Stephanum* de eo egregie meritus est *Nicodemus Frischlinus*, Hymnis ejus in Jovem, Apollinem, Dianam, Delum, Lavacrum Palladis & Cererem, quibus antiquissimorum temporum historiam & gentilium mythologiæ originis complexus est, nec non Epigrammatibus, quæ cum paucis fragmentis aliis, ex octingentis, quos composuisse fertur, libris supersunt, Latino carmine redditus, atque cum scholiis Græcis, ac luculentis annotationibus Tubingæ anno 1571 editis. Æmulatus est & superavit forte Frischlini industriam *Bonaventura Vulcanius*, qui novam operum Callimachi versionem Latinam ligato itidem sermone adornavit, Græceque adeo ea & Latine cum notis suis Lugduni Batavorum A. 1582 evulgavit. Ast supremam iis manum imposuisse videri potuit *Fœmina* supra sexum suum docta, ac ornandis perficiendisque literis nata, *Anna Dacieria*, Tanaquilli Fabri filia, quæ Lutetiæ Parisiorum A. 1674 Callimachum in lucem denuo revocavit, cultissimumque, & elegantissimis illustratum annotationibus Orbi erudito

Qq9

exhi-

exhibuit. Neque sic tamen doctorum virorum in ornando Hymnographo nostro conquievit studium. Novæ enim & multo augustioris editionis consilium Vir Juvenis doctissimus, *Theodorus Grævius*, Joh. Georgii Grævii, Viri illustris & Polyhistoris summi filius, nostræ etiam quondam Academiæ aliquandiu ornamentum, cepit, paterna haud dubie & celeberrimorum aliorum Virorum exhortatione, proprioque in nitidissimum Poëtam studio concitatus, egregiusque instructus subsidiis, magnoque cum apparatu rem aggressus. Qui licet labori huic, cum eo tantum non defunctus esset, magno summi Parentis cum luctu & literariæ rei detrimento fuerit immortuus; prodiit tamen post fata ejus nuper admodum nova hæc, quam molitus erat, Hymnorum, Epigrammatum & Fragmentorum Callimachi editio, non ipsius tantum Theodori, omniumque præterea, quæ lucem unquam adspexerunt, annotationes complexa, sed & *avendérois* hactenus tum *Pauli Voet*, Antecessoris dum viveret Ultrajectini gravissimi, tum Viri celeberrimi & doctissimi *Richardi Bentleji*, qui Epigrammatibus imprimis & Fragmentis Poëtæ nostri insigne augmentum conciliavit, notis & locupletissimis præterea indicibus superbiens. Jamque non erat, quod circa Callimachum desiderare ulterius aut polliceri sibi posset Respublica literaria: cujus tamen spem omnem & vota vicit Vir illustrissimus, omnisque eruditæ antiquitatis promus condus, *Ezechiël Spanhemius*, qui ad symbolam novæ editioni conferendam invisatus, non stricturas, sed justum commentarium dedit, peculiari eoque grandi satis volumine comprehensum, inque eo non lucem tantum clarissimam affudit Callimacho, difficillimis, quæq; maxime aliorum ingenia exercuerant, locis dexterrime expositis; sed ea occasione fabularis historiæ omnis genuinam originem, abstrusissimisque gentiliùm ritus, ac interiores quasq; elegantis doctrinæ delicias, nummis etiam, aliisque antiquitatis monumentis in subsidium vocatis, explicare sustinuit. Nobis ex tanta copia seligere, quæ huc transcribamus, cum omnia sint egregia, difficile est. Itaque missis, quæ profundior in profana literatura eruditionem spirant, nonnulla nunc tantum ex iis, quæ id genus lucubrationum etiam in sacris usum commostrarant, in transcurso exasciati operis hinc inde a nobis delibata, cum Lectore benevolo communicabimus.

Neminem latet miraculum a Mose patratum, cum ex percussa
pe-

petra aquam elicit Exod. XVII, 6. Occasionem hinc natam Spanhemius arbitratur Callimacho, cui vel ex versione Seniorum recenter Pag. 14. in Bibliotheca Alexandrina, cui præerat, reposita innotescere Mosaica historia potuerit, ut in Hymno in Jovem v. 31, 32 Rheam fingeret percussisse montem sceptro huncque ingentem aquæ copiam effudisse. Cui simile miraculum, ab eadem Rhea in Cyziceno solo patratum, coævus & Alexandrinus itidem Poeta Apollonius l. I. v. 1146. seqq. memoret: & Strabo etiã l. III. p. 209. de venante Atalanta prædicet. Sed & augurii ex volatu certarum avium disciplinam, primamque au- 630. spiciorum inter gentiles originem, cum Ludovico Capella, ex Noæ corvum & columbam ex arca ad explorandum terræ statum emittentis historia arcessit, confirmatque sententiam ex eo, quod Deucalion columbam ex arca eundem in finem emisisse apud Plutarchum de Solert. Animal. p. 968 dicatur, & Argonautæ etiã, ut de felici per Symplegadas transitu periculum facerent, auguralem columbam e navi Argo emisisse ab Apollonio Rhodio l. II. v. 328. memorentur. Uti- que antiquissimã fuisse apud alias gentes, usitatã & diu ante quã eadem apud Græcos Romanosque invaluisse, augurii disciplinã, vel ex eo liquere monet, quod de Balaamo Madianitarum augure Num. XXIV. v. 1. dicitur; *non vivit sicut consuetum illi erat* ϠΥΠΗΝ ΤΑΡΗΛ, (juxta Septuaginta Seniores, *ἐἰς συνάντησιν τοῖς δαιμόνις*) *in occursum auspicis*. Quin & ipsum interdictum divinum Levit. XIX. v. 26. *non augurabimini nec auspicabimini*, de more augurandi apud vicinas gentes recepto testari. Qua occasione Julianum notat, qui, ut refert Cyrillus adversus Julianum l. X. p. 356, 358 Abrahamum ipsum auguriis impense fuisse deditum, cavillabatur, loco Geneseos XV. v. 9, 10, π eum in sensum detorto. Non dissimili ratione chorearum, quæ in gentilium festis circa aram agi solebant, vestigia in veteri Fœdere, tum 312. alibi, tum imprimis Exod. XXXII, v. 19, ubi Israëlitz circa vitulum aureum choreas duxisse memorantur, deprehendi Spanhemius observat, variaque adducit veterum de χοροῖς illis *κυκλακοῖς*, (unde & *κυκλωδιδάσκαλοι*) apud Aristophanem aliosque, qui modum & rationem eorum edocebat) loca. Porro juxta gentilium Theologiam piaculum censebatur, Deos coram vidisse, aut fana etiã, quibus 592. 603. alioquin vetitum id erat, ingredi; adeo ut in gravissimas pœnas & omnis generis calamitates passim dicantur incidisse, quibus quocun-

que casu etiam invitis aut insciis id contigisset: nimirum quod Numinum suorum puritatem & sanctitatem profanis oculis seu illicito aspectu lædi ac temerari crederent. Et hoc ex sacra veteris Fæderis historia haustum Vir doctissimus arbitratur, tum ex eo quod Deus per Moysen Exod. XIX. 21. 24. & XX. v. 19. prohibuisse dicitur, ne Sacerdotes & Populus ad conspectum Domini ascenderent, nisi ab eo continuo interficere velint; tum ex cladibus, quibus vel Philistæi 1. Sam. V. 6, vel Bethsemetes incolæ 1. Sam. VI. v. 19, vel Huzza 2. Sam. VI. v. 6. 7. ob inspectam intus ab iis aut attritam Arcam affecti fuerunt. Sacerdotia apud Hebræos hæreditaria ac gentilitia fuisse, ignorat nemo. Sed & Argis insignem tribum extitisse, e qua Argivæ illæ virgines, quæ in annuo Palladis lavacro, ut statæ ejus comites ac ministræ, solennia ejusdem sacra obirent, oriundæ fuerint, ex Græco Callimachi Interprete notat Spanhemius; exemplisque pluribus adductis comprobatur, apud Athenienses quoque & Græcos alios penes certas tribus vel familias sacra patriorum Numinum rite procurandi munus fuisse. Sicut & in eo legi divinæ, qua inter Hebræos aliqua corporis parte mutili a sacerdotio arcebantur, conformes Atheniensium leges fuere, quibus cautum itidem, ut non nisi corpore integer sacerdotium consequeretur. Et inter tot alia Græcorum *Θεολογέμενα*, templorum etiam penetralia apud gentiles & occulta sacraria, in quibus Deorum recondita erant simulacra, solis etiam quibus id licitum erat Sacerdotibus & subinde semel tantum in anno conspicua, e sacris Hebræorum ritibus, de ingressu nempe solius Pontificis, idque semel in anno, in Sanctuarium, deque Arca & Cherubinis ibidem reconditis, petita, quis inficietur? Nec aliunde, quam ex notissima Davidis & Bathsabæ historia 11. Sam. XI. haustum verosimile est, quod de Jove ob visam lavantem in fontanis aquis nudam Proserpinam libidine accenso, indeque clandestino ejus cum ea concubitu, ad veteris ea de re fabulæ fidem Nonnus Dionys. l. V. p. 177. & l. VI. p. 187. narrat. Etiam illud, quod Callimachus Hymno in Dianam v. 181. seq. fingit, Solem nimirum voluptate captum diutius inspiciendi Nympharum chorum, cursum stitisse, diesque inde protractos, ex veri utique & singularis miraculi, quo Sol & Luna sterisse dicuntur Josuæ X. v. 13, aut alterius, quo tempore Regis Ezechix retro cessisse Sol traditur 2. Reg. XX. v. 11. historia haustum est. Sed ne his talibus immoremur diutius, unicum adjice-

adjicere lubet de phrasi, *sedete ad dextram*. Eam enim non honoris solum prærogativam aut mansionem augustam, sed *potestatem* etiam denotare, aperte Callimachi locum Hymno in Apollinem v. 30. probare, cum Dacera Spanhemius observat. Cum enim Callimachus cœtum, si ex sententia Apollinis cecinerit, honore ab eo affectum iri innuisset, statim subdit: *divarais γὰρ, ἐκεί Διὶ δεξιῶς ἦσαν*, i. e. *potest enim, cum a Jovis dextra sit collocatus*. Ut adeo in sacro etiam Fœdere, ac inde in Apostolico Symbolo, ubi ad dextram Dei Patris sedere Servator noster dicitur, non honorem solum, sed & potestatem innui, præsci jam Ecclesiæ Doctores, Augustinus, Hieronymus aliique recte agnoverint. Nec inelegans Spanhemii excellentissimi conjectura est, Callimachum in lectione veteris Fœderis in Græcæ tum linguam a Senioribus conversi, ex Psalmo CX. v. 1, phrasin hanc fuisse mutuatum. Sed specimen loco hæc sufficiant.

*NOVISSIMA SINICA, HISTORIAM NOSTRI TEMPORIS
illustratura. Edente G. G. L.*

Anno 1697. in 8. plag. 14.

Nihil ab aliquo tempore Orbi Christiano fructuosum magis lætūque accidit, quam Religionis Divinæ libertas in amplissimo Sinarum Imperio ante hos quinque annos publico decreto stabilita. Primus, quātum quidem nobis constat, rei gratissimæ nuncium ad Europæos nūsit P. *Josephus Suarius*, Lusitanus, Societatis Jesu Missionarius Sinensis, Pekinensisque Collegii Aulici Rector, edito libello, quo & Missionariorum in annuncianda per Sinam Christiana Fide studium, & objectas iis arduo in negotio difficultates, & felicem tandem, impetrato anno 1692, d. 22 Martii solenni pro libertate Christianismi edito, conatum eventum studiose enarravit: quem, ut fama tantæ felicitatis latius propagaretur, recudi non ita pridem, luculenta elegantissimaque præfatione ac opusculis aliis auctum, sub *Novissimorum Sinarum* titulo curavit Vir illustris, *Geobofredus Guilielmus Leibnitius*. Equidem seculum jam, & quod excedit, lapsum est, ex quo post tentatum frustra tum a *Francisco Xaverio* e primis Societatis Jesu Patribus, tum ab aliorum religiosorum Ordinum Sociis nonnullis in Sinam ingressum, utpote quo exteri omnes lege publica prohibebantur, P. *Matthæo Riccio* ejusque commilitonibus tam felicibus esse licuit, ut

comparata sibi Sinensis linguæ peritia, & Proceribus nonnullis perinsignem Matheseos & Astronomiæ inprimis, qua pollebant, scientiam conciliatis, clam sensimque, his conniventibus, in diversas Sinici Imperii provincias ad spargendum Evangelii semen penetrarint, stationemque passim ac denique in ipsa Pekinensi aula fixerint. Quorum progressuum historiam ex ipsis P. Riccii commentariis P. *Nicolaus Trigantius*, editis A. 1616 de Christiana expeditione apud Sinas suscepta ab Societate Jesu libris V, curate descripsit. Ast plurimum & augmenti & decoris nascenti in Sinis Christianismo P. *Joannes Adamus Schalle* Societate eisdem Jesu addidit, qui cum iam anno 1621, rerum adhuc potente familia Taiminga, in Sinam pervenisset, post infecutam rerum conversionem Sinamque a Tartaris subjugatam, eum gratiæ locum Astronomica scientia sua apud novum Imperatorem *Xunchium* adeptus est, ut supremus Tribunalis Mathematicæ Præses constitueretur, *præstantis & arcana Legis Doctor* honorifico cognomento dictus: cui adeo in proclivi fuit, *Xunchio* superstite, & promovere Evangelii cursum, & siquæ hic proderent, persecutiones auctoritate sua comprimere. Sed ea quidem felicitas cum ipso *Xunchio* extincta est, administratione Imperii, dum filius illius *Kbambius* ea tempestate minor adolesceret, ad Quatuorviros & Proceribus, eosque Jesuitis infensissimos delata: quando passim in Christianos sævitum fuit, Schallio ipso in præsentissimum vitæ periculum adducto, plurimis actis in exilium, fide Christiana ex universo Imperio proscripta; tribus tantum cum Schallio, qui non multo post obiit, Patribus Societatis Pekini remanere jussis. Ex quibus tamen angustiis emergere res Christiana cœpit, simul ac regno maturus *Kbambius* anno 1667 imperii habenas capeffivit. Nec enim difficile Jesuitis fuit, Principis scientiarum omnium & Mathematicarum inprimis cupidissimi, probata ipsi Astronomicarum rerum insigni, qua instructi erant, peritia, graphicis etiam ac artificiosis operibus oblati, gratiam sibi conciliare: ut non solum paulo post P. *Ferdinandus Verbieft* Matheseos Tribunali fuerit præfectus, sed tandem omnibus, sine discrimine, Christiana sacra amplectendi licentia impetrata. Id quo pacto & per quas ambages perfectum fuerit: ut nulli occasione, qua consulere Christianæ religionis libertati & incrementis possent, defuerint Patres; ut Imperator iis faventissimus, nec sui tamen unius auspiciis rem publice

blice invifam promovere aufus, jam cum Tribunali Rituum, jam cum Imperii Comitibus, jam cum Tribunali operarum publicarum, de Chriftianifmo feu opprimendo, feu fuffentando firmandove egerit; ut promulgata ifthoc de negotio mandata publica fuerint, quorum alius Chriftiana fides prohibita plane, aliis permiffa quidem, fed licentia ad folos ex Europa advenas, indigenis exclusis, reftrieta; ut denique Imperator auctoritate fua Tribunalium pervicaciam vicerit, cunctisque adeo, nemine excepto, folenni decreto permiffum fuerit, inter Chriftianos nomen profiteri: hæc funt, quæ eleganter fatis a Suario in brevi hoc libello expofita legi ab unoquoque merentur. Subjunguntur illi ab illuftri Editore opufcula alia (quæ inter & Epiftola ad eum a viro celeberrimo P. Claudio Philippo Grimaldi S. J. percripta comparet) ad Sinenfem Hiftoriam fpectantia. Faxit modo Numerus, ut ea felicitas rei Chriftianæ fit perpetua, nec unquam a Sinenfium Imperatoribus Edictum in eam fatis benignum revocetur. Certe ab omni metu immunes nos non funt; Imperatoris ipfius ad Jefuitas apud Suarium noftrum pag. 158. monitum: *ut ad beneficis (non æternitatem fed) diuturnitatem caute eo uterentur, opus effe Chriftianos, imprudenti agendi modo obnoxios in officio & quietos continere.* Sicut & alterum ejufdem monitum ibidem expendi meretur: *ut Religio Chriftiana fe, quantum fieri poffit, accommodaret Imperii confuetudinibus.*

LATITUDINARIUS ORTHODOXUS.

Londini, impenfis Samuelis Buckley, 1697. in 12. plag. 10 $\frac{1}{2}$.

Latitudinariorum aliquam delineationem, ad ductum Viri clariffimi *Petri Jurii* conceptam, in Actis hujus anni p. 57. 58. dedimus, quæ utrum iftorum faciem exacte ubivis referat, judicandum omnibus relinquitur ex hoc opufculo, quod pro Syftemate omnes ad religionem Latitudinariam fpectantes articulos comprehendente postulat haberi ipfe Auctor, qui fuum nomen reticere confulto voluit. Paucis autem id absolvitur, in duas partes, generalem alteram alteramque fpecialem divifum. Generalem aufpicatur ille a quibusdam religionis naturalis axiomatibus, fimpliciffima, ut ait, illius elementa fiftentibus, quæ potiffimum huc redeunt: id in quoque genere effe perfectiffimum, cui cum propria fua natura perfectiffime conveniat; naturæ & felici-

felicitatis humanæ summum esse apicem, cum Deo communionem habere; eam optimam audire posse religionem, quæ perfectissimam cum Deo communionem doceat; communionem cum Patre habere omnes, qui Deum mundi creatorem agnoscant, aut cum Filio non habere, nisi Christianos; cum Deus sit absolute perfectissimus, hinc optima quæque de eo credenda; eadem intentione Deum leges creatis dedisse, qua vitam, & cuilibet mandato voluptatem propriam annexuisse; spiritum lumine naturali credenda & agenda cognoscere. His positis ad religionem Christianam procedit, quæ, cum nequaquam lumine naturali solum, sed & revelato maxime nitatur, ex Evangelio cognosci debeat. In hoc vero istam ad duo capita reductam deprehendi, ad fidem puta & ad resipiscentiam, quæ partes distinctæ quidem sint, sed inseparabiles, ac explicatæ duæ appareant, ita tamen, ut in unam reducantur. Et fidem sane etiam in religione naturali locum cardinalem obtinere ait, quippe quæ sit summa erga Deum justitia, ejusque perfectionibus omnibus debitum honorem persolvat; veritati, dum dicat, Deus absolute verax est; omnipotentis, dum dicat, Deus omnipotens est, atque sic deinceps. Eam in religione, quam vocat, Enochica, Abrahamitica, Mosaica locum fundamenti obtinuisse, unde & increduli puniti toties legantur. Sub Evangelio autem fidem eminere ait super omnes virtutes, eamque, si lege non sanciantur, præmiis certe amplissimis incitari, & legis operibus ita opponi, ut præponatur, observat. Ac illo quidem tempore, quo eam Christus cum Apostolis flagitarit, egregia ejus merita fuisse, quæ regnante tamen jam religione Christiana tanta non sint. Maximam enim credendi difficultatem, quæ tunc emerferit, allegat, ac profitendi periculum urget, & circa hoc non minus atque illam inevitabilem occurrisse necessitatem superaddit. Cessantibus interim hodie his partibus, fidei quidem meritis simpliciter sumtis non nihil detrahi, sed ita tamen, ut ea perpetuum nihilofecius ad promissam mercedem jus retineat, cum adhuc optimis virtutibus vel annumerari vel præferri mereatur. Quemlibet enim ea instructum cum omnibus Christi hostibus, sine periculo forsân, at non sine labore belligerare, & quicquid imperaverit obsequium Deo debitum, facere ac pati. Non carere porro eam queritur infelici illa virtutis proprietate, quod vitis utrinque stipari soleat, hinc defectu, inde excessu peccantibus. De incredulitate rem
cla-

claram esse autumat. Credulitatem vero dupliciter in vitium degenerare posse monet, semel respectu personæ, si quæ soli Deo debetur fides, homini præbeatur; iterumque ratione effati, si illud credamus a Deo dictum esse, quod revera dictum ab eo non sit. Pro fidei igitur mensura, facti inter alia constituit evidentiam, qua appareat, illud, cui fides nostra deposcatur, verbum Dei revera esse. Respectu tamen effati Dei nomine credendi periculum peccandi iterum duplex imminere ait. Primo, si ea credamus necessario credenda, quæ reapse (vera licet) necessaria non sint; ubi dogmata fidei fundamentalia distinguit a simpliciter veris, & de istis affirmat, quod esse debeant simplicia, quod effato divino expresso constare, quod non aperte tantum revelari, sed & promisso æternæ vitæ palam insigniri debeant. Quibus præsuppositis, tria hæc corollaria exinde elicit: controversiarum iudice nil esse opus; Sacram Scripturam, utcunque librorum longævorum fato, scribarum negligentia, hæreticorum fraudibus, aliisque temporum injuriis obnoxia, forsân & mutilata fuerit, salutem tamen sufficere; tandemque, fundamentalium catalogo nos optime carere posse. Secundum peccatum tunc committi iam credulitate docet, si ea, quæ vera credamus, majore, quam oportet, zelo propugnemus. Quo loco in eos invehitur, qui dissentientes quosvis crimine confestim hæreseos notare parum dubitent, cum tamen hæresis vix aliter reprehensionem, Scriptura prævia, mereatur, quam si in vitilitigationem degeneret. Cæterum ut omnes norint, quænam sint fidei Evangelicæ capita, præcipue hoc exigit, ut in Christum credamus, ejusque non personæ solum, sed promissis quoque fidem adhibeamus. Id enim qui præstet, ei vitam promitti æternam Joh. III. 16. Rom. X, 9: unde colligit, eum, qui fide indubia hæc credat, utique nihil obstantibus erroribus aliis salvandum; talem enim damnandum qui dixerit, hunc Christo & ejus Apostolo in os contradicere. Ac circa Christum quidem quoad personam consideratum requirit, ut credamus, Deum illum esse & hominem. Scripturæ vero sacræ utraque pagina, lumen item rationis clarissimum, omnium ubique gentium consensus unanimi voce cum clamitent, Deum non esse nisi unum, & tamen Apostoli Christum non tantum hominem esse divinum, sed ipsum etiam Deum enunciant, ideo de mysterio Trinitatis in unitate Auctor agit, & ab isthoc capite secundam partem, quæ paulo specialior est, auspicatur.

Negat personarum in uno Deo trinitatem, rite explicatam, esse proprie sic dictum mysterium, cum veritas potius sit religioni universali, Mosaicæ & Christianæ communis. Hinc quid de ea Gentiles tradiderint, quid Galenus, quid Platonici, quid in Scripturis istuc pertinens legatur, indicat, omniumque optime doctrinam hanc in suis Confessionibus exposuisse censet Reformatos, quos docere ait, personæ vocabulum in hoc articulo frequentissimum nihil aliud quam Proprietatem innuere; in quorum mente proin acquiescere se dicit, ac parum curare rixas & contentiones, quas alii æque super hoc ac reliquis vocabulis communiter agitent. Postmodum ad Christi divinitatem ascendit, eamque velut religionis universalis partem nunquam non fuisse creditam existimat, quam Johannes sub adhibito ἡ Λόγος nomine adstruxerit, non aliud hoc pacto referens, nisi quod dudum ejusdem vocabuli ope Platonici proposuerint. Incarnationis econtra doctrinam adeo proprie Christianam vocat, ut sine illa fide æque impossibile sit esse Christianum, ac hominem sine anima rationali. Hanc autem probari sufficienter posse e verbis Johannis: ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, contra Unitarios asserere satagit. Rationem insuper, qua ostendiqueat commodissime totum Incarnationis negotium, peculiarem atque novam abs se inventam gloriatur. Præsupponit nempe, sapientiam Dei in Deo æternam esse, cumque Deus sine sapientia esse non possit, æque illi necessariam esse sapientiam ac Deitatem suam. Hinc, qui proprietates divinas a Deo & ab invicem inseparabiles esse credit, eum tamen istas a se invicem mente ita distinguere posse infert, ut unam sine aliis contempletur, & nunc Patris bonitatem, nunc Filii sapientiam, nunc Spiritus Sancti potentiam respiciat. Porro Deum esse ait ens perfectissimum, ens perfectissimum esse spiritum, spiritus primam actionem esse cogitationem, cogitationem formatam verbum esse, verbum sive interne conceptum, sive ad extra prolatum cogitationis esse imaginem, eoque verbum sive sapientiam Dei Patris primogenitum seu imaginem dici mereri. Deus porro cum per diversas mensuras proprietates suas communicet, nonnullis puram substantiam, ut elementis, aliis ultra substantiam etiam vitam, ut plantis, aliis præter vitam etiam sensum, ut animalibus, aliis præter sensum etiam rationem, ut hominibus, ex his autem aliis majorem, aliis minorem rationis mensuram; hinc nemini licere potentiae divinæ limites ita ponere, ut dicat, non

po-

potuisse Deum eo modo & ea immensitate sapientiae Christum hominem perficere, ut ipsius etiam sapientiae caractere dignus fieret. Cæterum cum Paulus Col. II, 9. doceat, in Christo habitare plenitudinem Deitatis corporaliter, plenitudinem illam corpus, in quo habitet, sic respicere, ut illud Deitate plenum sit, non ipsa Deitas, quasi ea tota in corpore contineretur; unde Christi natura humana, utcumque Deitate plena, totam tamen in se non continuerit, sicut & non tota Deitas, sed sola Dei sapientia incarnata fuerit. Has hypotheses multis verbis celebrat, easque retundendis Unitariorum objectionibus, sacrarum literarum dubiis solvendis, incarnationisque mysterio cum ratione conciliando plurimum prodesse, exemplo non uno declarare nititur. Juxta ea tamen, quæ de Christo credenda hactenus retulerit, credendam quoque ait ejus resurrectionem, a qua cum nostra resurrectio dependeat, pari & hanc fide amplectendam esse colligit, & in hujus certitudine demonstranda aliquantum occupatur, expresse de cætero negans, idem corpus, quod quisque in hac vita habeat, aliquando resurrecturum. Duo igitur hæc fidei Christianæ objecta necessaria & sufficientia pronunciat, credere Christum & credere resurrectionem. Præter hæc vero, inter, imo supra alia fidei fundamentalia acerrime propugnari & acerbissime imperari notat Cœnæ Domini-cæ mysterium, de quo tamen credendo nulla occurrat verbi divini syllaba. Quamobrem in eo totus est, ut ex historia temporum se mutuo excipientium ostendat, mutatum esse in mysterium id, quod pro tali Christus nunquam agnoscendum voluerit: quippe qui in Cœnæ suæ institutione hoc solum jusserit, ut traditio illa, quæ alias convivia omnia pane & vino consecranda, ad commemorationem benignitatis divinæ corpora donis suis fovendis præceperit, perpetuo observaretur, sed altius eversa in corporis & sanguinis Christi animas spiritualibus beneficiis enutrientium commemorationem. Hoc innuere ipsa institutionis verba, huc & respicere. Cor. XI Apostolum contendit, a quibus quod in alia omnia circa hoc negotium tam multi abierint, rem maxime dolendam asserit. Atque hoc est Auctoris nostri, quod vocavit, Latitudinariorum Systema, cui quædam adhuc appendix subnectitur, contra Petrum Jurium composita, quem, ut ex omni parte Latitudinismo odium conflaret, ad impingendas ei terribiles valde consequentias fatis quoque adversis Arthuri Bury, Collegii

Exoniensis antehac in Univerſitate Oxoniensi Reſtoris & S. Theologiae Profeſſoris, (quæ latius deſignat Auctor,) abuſum fuiſſe innuit; iſtis tamen Latitudinarios minime gravari, eviſtum dare allaborat. Nobis ſummam operis exhibuiſſe pro inſtituti ratione ſufficit, accurato ſingulorum dogmatum examine Theologiſ relicto. A quibus quam primum quid profeſtum & ad nos delatum fuerit, quod ad cenſuram libri ſpectet, ejus in Actis hiſce epitomen juſto ſtudio datur ſumus.

ELLE BENOIST IN PRIORES OCTODECIM PRIMI CAPITULI

Evangelii ſecundum Johannem verſiculos Diſſertationes

Epistoſica tres.

Roterodami, e typographia Leerſiana, 1697. in 8.

Conſtant plag. 16.

Petit hoc opus celeberrimi Viri, Joannis Clerici, paraphraſin atque animadverſiones, quibus octodecim priora capituli, quod in Evangelio Johannis primum habetur, commata illuſtrare ſtudit, ad eum modum, quem nos jam A. 1695, p. 345 in his Actis delineatum dedimus. Cum enim in quamplurimis cum iſto facere ſe non poſſe intelligeret hic Auctor doctiſſimus, verbi divini in Gallicana Deſenſi Eccleſia Miniſter, diſſenſum ſuum palam expoſuit, epistoſica, eaque ad Virum ampliſſimum, Henricum a Bleyſwick, directa ſcriptione uſus, ac tribus Diſſertationibus negotium complexus.

Prima earum examinat, quæ de auctore Evangelii, Johanne, deque hujus in concinnanda nova hac Chriſti hiſtoria, poſt trium Evangelistarum jam editos commentarios, conſilio Clericus ibi adſtruxerat. Duos nempe ultimos capituli vigefimi primi verſiculos pro Epheliſinæ Eccleſiæ teſtimonio, quod illa hoc eſſe genuinum Johannis opus confirmari, haberi poſſe equidem haud proſus abnuit, aſt fere tamen inutilem de auctore diſceptationem pronunciat, cum eo potius annitendum ſit, ut ipſa libri divinitas cuius manifeſte ponatur ob oculos; id quod ſane non argumentis fiat ejusmodi, quæ veri ſolum ſimilitudine delectent, errandi autem vel ſuſpicionem vel metum tolerantem certitudinem haud pariant; quin talia potius adhibenda poſtulat, quæ interna omnique exceptione majora dici mereantur. Inter ea vero locum præcipuum heic obtinere monſtrat rerum traditarum

con-

constantem analyfin, & summum Johannis cum reliquis scriptoribus *Ἰστοριῶν* in asserenda Christi gloria consensum, satis abundeque confirmantem, ab eodem Spiritu, qui afflatu suo ceteros novi Foederis auctores ad scribendum impulerit, opus hoc similiter profectum fuisse. Isto interim argumento pertinaciam Alogorum haud satis fractum iri si quis exceperit, respondet, multo minus sperandum, fore, ut eam ulla probabilis ex testimonio humano petita conjectura superet. Hinc ad consilium Scriptoris sacri properans, in eo totus est; ut evincat, neutiquam, ceu Lectori persuadere allaboret Clericus, in confutando Philone eum occupatum, & consulto usum fuisse sub Evangelii sui initium iis vocabulis, quæ hætenus forsan incautis fraudi esse potuerint. Parum namque Johannæ dignitati congruum autumat, asserere, actum singulari Dei virtute Scriptorem hunc, solumque ex Apostolis eo ævo superstitem, Platonicas Philonis, vita insuper tum temporis jam fortassis functi, argutias confutasse, bacchantesque contra in Ecclesiam, ac præcipuum fidei caput ingenti mole oppugnantes hæreticos neglexisse. Exotericus certe cum fuerit Philo, (nam quod de propenso ejus ad religionem Christianam animo referre soleant alii, id omne dubium adhuc esse latius ostendit,) nihil eum Apostolico more curatum a Johanne innuit. Imo tametsi Judæos aliquando Platonice verbis locutos minime diffiteatur, hos sensus tamen suos ab iis accepisse negat, credendumque negat, aut Johannem aut Judæorum plurimos Platonica scripta unquam evoluisse, nedum familiaria sibi eadem tantopere reddidisse. Platonice etenim Philosophiæ errores cum & Johanne in vivis adhuc agente infelici jam tum germine pullularint, haud difficulter posse colligi, eum, si aut Philosophica dogmata perspecta habuisset, aut externos Evangelii hostes scriptis refellere voluisset, multo digniorem curis suis integram Platonis Academiam fuisse delecturum, quam unum ejus discipulum Philonem, suis forte Alexandrinis notissimum, sparsis vero per totum terrarum orbem Christianis & Judæis aut ignotum aut invisum. Quamobrem errores potius tunc frequentissimos examinat, ad duas hæc classes potissimum revocatos, quod nimirum plures Dei primæque omnium causa attributa male fuerint interpretati, ac deinceps sibi persuaserint, nihil posse fieri, nisi ex duplici principio, quorum unum tanquam agens, alterum tanquam patiens animo conceperint,

aut, si minus duplex principium admiserint, saltem unicum illum re-
rum omnium fontem duplici virtute quasi prægnantem, activa pariter
& passiva, sinxerint. Hæc principia latius deducit & illustrat, ac iis-
dem veluti fundamentis incubuisse censet illam maxime *ἑσθῆτος* stru-
cturam, qualis a Simonianis primum delineata, mox a prioribus Gno-
sticis interpolata, & denique a Valentino & illius sequacibus in firum
characterem transformata doceatur. Horum errorum semina, tem-
pore Apostoli Johannis, non solum per totum terrarum orbem, quo-
cunque se vel Romanum Imperium, vel Græcorum Philosophia, vel
Ægyptiorum portentosa Theologia extenderit, sed & intra ipsa na-
scentis Ecclesiæ pomœria, sparsa passim fuisse tradit. Exinde vero
cum duo hæc fidei Christianæ fundamenta, primævæ puta rerum ori-
gines, ac parandæ salutis ratio, non potuerint non varie conquassari,
hinc id egisse ait Johannem, ut utrumque hoc caput adversus hæreti-
corum istis principis innutritorum præstigias vindicaret; unde primo,
quæ sint rerum initia & incunabula, dein quæ salutis veræ causæ sint,
luculenter edisseruerit, ostenderitque, utrumque opus ab una & ea-
dem causâ pendere, unum eundemque summum omnium Deum &
mundum fecisse, & eum per peccatum hominis concussum ac labefa-
ctatum restituisse. Utrumque autem opus per *τὸν Λόγον* perfectum
cum fuerit, inde quam convenientissimum existimasse Johannem, ut
æternam Filii Dei divinitatem sub *τῷ Λόγῳ* nomine (cujus loco No-
ster ubivis *Sermonis* adhibet vocabulum,) assereret. Quod ut præ-
staret, scripssisse ipsum quartum Evangelium, cumque priores Evange-
listæ mediatoria Jesu Christi opera originemque secundum carnem
fusus exposuissent, divinum Christi Numen ac æternos egressus i-
psum sigillatim explanare voluisse; ideoque non eo consilio Johannem
scripssisse, ut hunc vel illum a recto veritatis tramite deviantem con-
futaret, neque magis Philonem aut quenquam alium sibi ante oculos
posuisset, quem emissa sua manu tela recta ferirent, quam Socinum,
aut eos, qui repudiato mali ominis nomine ejus errores alia larva in-
duant; neque illum vocabula sua o Platonicis lacunis hausisset, ex his
omnibus affatim patere concludit.

Sed hæcenus dicta viam tantum pararunt ad ea, quæ supersunt,
exponenda. Ipsum enim textum sacrum Auctor nunc aggreditur,
& ejus explicationem pariter ac vindicationem *secunda tertique* epi-
stolæ

stolz materiam constituit. Ante omnia vero & commatum illorum fontem Græcum, & Latinam hujus versionem, & textus denique paraphrasin apponit, notasque ac observationes suas postmodum subiungit. Summa torius, quam formavit, exegeseos huc redit. Cum id sit Evangelistæ consilium, ut ostendat, utriusque creationis, veteris nempe, quæ omnia sint edita, & novæ, quæ post violatum & vitiatum primi hominis peccato Dei opus in melius sint restituta, eandem esse causam, & plenissimam analogiam, id exequi ipsum ait oratione in tres partes divisa, quarum secunda transitionis a prima ad postremam locum ita obtineat, ut simul difficultatem aliquam, quæ mentes veritatis cognitione nondum illustratas haud leviter afficere potuisset, aperte discutiat ac removeat; prima vero ac tertia utriusque creationis brevem quandam typum referat. Igitur communem utriusque causam vocare eum τὸν Λόγον, de quo prioris operis respectu in prima orationis parte tria præcipue doceat, primum scilicet, quid ille in seipso sit, (vocari Λόγον, dicique de eo, quod sit Deus, & asseri, quod in principio sit apud Deum; quæ æternam Sermonis divinitatem sic adstruat. ut ejus etiam æternam ab eo, cujus Sermo sit, distinctionem aperte demonstrent;) mox quid sit respectu omnium, (causa puta effectrix non minus atque conservatrix;) ac tandem, quid sit respectu hominum. Homo autem cum dupliciter considerari possit, semel, qualis ante peccatum fuerit, & dehinc, qualis per peccatum factus sit, idcirco Johannem generis humani sortem utramque spectare innuit. Ad priorem illam pertinere, quod, cum Sermo omnium vita esset ac causa conservatrix, similiter respectu hominis natura intelligente præditi talis ille fuerit, ita quidem, ut etiam lucis spiritualement animam perfundentis vim ac rationem haberet. Ad posteriorem, quod amisso per peccatum vitæ, quæ homini ut ratione instructo congrueret, jure tenebris ille peccatimersus atque obrutus, veroque salutaris illius lucis usu destitutus, eandem oculis se quasi ingerentem perspicere non potuerit. Data hac occasione Johannem inquit altera orationis parte ostendere, quod nequaquam agat de illa luce, quam homines quidam singulari Dei beneficio ad id vocati aliquando prætulert, ministri quippe tantum veræ lucis, at non ipsa lux. Ubi diserte Johannem Baptistam non fuisse lucem illam pronunciet, ac veram postea lucem illis verbis describat, quibus eminentissima ejus supra omne hominum

mini-

ministerium dignitas immensum in modum extollatur; quandoquidem omnis generis homines ab illa, quicquid habeant veræ ac salutaris cognitionis, accipere edoceat. Tandem quam diversimode ac veluti per partes illa lux hominibus se patefecerit, postrema orationis parte Apostolum monet declarare, ejusque totam dispensationem ad tres omnino gradus revocare, quorum duo priores hominum culpa scopum haud attigerint, ast tertius victrici pollens efficacia tenebris discussis aternæ lucis gloria omnium oculos illustravit. Primo igitur generalem quandam lucis usum exponi, quæ toti se mundo stiterit, & hunc versiculo decimo comprehendi: deinde strictiorem & angustioribus limitibus conclusam lucis exhibitionem, qua singulari cuidam generis humani parti conspiciendam sese præbuerit, versu undecimo commemorari: utque magis evaderet perspicuum, quam malo consilio plures illam non susceperint, enarrari in duodecimo manifestationis illius beneficia, quorum insigniores proprietates in versu decimo tertio describantur. Postremo ultimum revelationis gradum in versu decimo quarto exponi. Dicta verò hæc de luce ista ratione manifestata confirmari atque illustrari testimonio Johannis Baptistæ, perfectione donorum ex illo fonte manantium, comparatione Moïsi ac Sermonis in carne patefacti, & denique primo tam eminentis dignitatis tamque salutaris efficaciz fundamento, quæ versiculorum a decimo quinto ad ultimum usque contenta sint.

Et sic excerpta breviter cum benevolo Lectore ea communicavimus, ad quæ ceu scopum principalem cuncta in epistolis posterioribus duabus obvia collimant. Singulorum namque verborum prolixam expositionem Auctor eo dirigit, ut ubicunque interpretationi huic adversa nonnulla in medium attulit Clericus, ibi vindicis partes cum cura in se suscipiat. Imprimis verò hæc in eo notat, quod *λόγον* verterit per Rationem; quod neque Johannem ad Moïsen alludere, neque Moïsen Dei Sermonem mundum creatum docere asseruerit; quod verborum: *ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο*, hunc tantum sensum esse dixerit, quod Sermo per carnem factus sit conspicuus; quod per *τὴν δόξαν* miraculorum solum gloriâ intellexerit; quodque verba: *χάριν ἄντι χάριτος*, sic fuerit interpretatus: *χάρις*, id est, Evangelium nobis a Deo confertur *ἄντι χάριτος*, id est, ut ei a nobis obedientia & fides quasi quædam *ἀντιχάρις* & accepti beneficii fructus rependatur.

M. JO.

M. JO. FRID. KOEBERI, ILLUSTRIS QUONDAM
*Ruthenei Reſtoris, Diſſertatiuncula de Sanguine Jeſu Chriſti, quas col-
 legit indicibusque auxit M. Frid. Auguſtus Ferberus.*

Dreſdæ, apud Editorem, 1697. in 8. Alphab. I.

Qui ſub auſpicia ſuperioris anni ſexagenario major placide obiit
 illuſtris, quod ſub Ruthenei nomine floret, Gymnaſii Gerani Re-
 ſtor optime meritus, clariffimus Koeberus, præter alia ingenii ſui
 monumenta, plures quoque Diſſertatiunculas (Programmata vulgo
 nuncupant,) poſt ſe reliquit. Quoties enim inſtituendum a ſuis au-
 ditoribus ſcholæſticum quoddam exercitium publica ſcriptione indi-
 cavit, toties ſimul de argumento aliquo pio, eruditove aut curioſo
 nonnihil in medium præſationis loco attulit. Sicut autem plerum-
 que materias ſingulas ſingulis abſolvit plagulis: ita nonnunquam de
 eodem themate repetitis dixit vicibus, ac imprimis ante annos plus
 quam viginti de ſanguine Chriſti Diſſertationes XXIV ſe invicem di-
 verſis temporibus excipientes composuit, veſtigiis ita inſiſtens B. Mit-
 ternacht, quem inter ſuos antecelſores numerare poterat, quemque
 olim parili ratione de Johanne Evangelifta a nonnullis etiamnum
 ſuperſtite credito, Programmata fere totidem publicaffe conſtat. Et
 in eo quidem occupata fuit B. Koeberi induſtria, ut poſt *αφ' Ἐραſμίου*
 ſanguinis Chriſti adverſus Minoritas ſive Franciſcanos latiffime vin-
 dicatam, de ejus, quas paſſim exhibeant Pontificii, reliquiis potiſſimum
 diſſeruerit. Cumque has aut naturales illi faciant, aut prodigioſas,
 non prætermiſit ullam occaſionem Noſter, qua excurrere licuit ad
 variarum rerum, ſanguine iſto ex quorundam traditione notatarum
 deſcriptionem. Modo enim de ſudario Veronicæ, modo de aliis, &
 linteis quammaxime Chriſti ſepulcralibus, modo de corona ejus ſpi-
 nea, modo de cruce ſacro hoc cruore conſperſa commentatur. Jam
 de eo, qui ex hoſtia effluxiſſe aut in eadem apparuiſſe creditur; jam de
αιματοφάνεια, quæ in vino euchariftico contigiſſe perhibetur; jam
 de ſanguine ex Crucifixi imaginibus prorumpente; jam de aliis ſimili-
 bus erudita quædam lemmata cum Lectore ſuo communicavit. In-
 terdum quoque digreſſionibus haud ineptis uſus eſt, velut ubi de ſan-
 guinis Chriſti cum lacte Mariano comparatione, a Pontificiis inſtitui
 ſolita, peculiarem Diſſertatiunculam inſeruit. Ubivis vero larga ſatis

S ff

manu

manu exhibuit, quod prodesse non minus ac delectare queat. Non male proin meritum de beati Viri Manibus censemus doctissimum Virum, qui chartas has separatim olim vulgatas ab interitu vindicare studuit, utque perennarent eo felicius, in unum quasi fasciculum colligavit. Quam quidem operam ubi in se suscepit, additam olim cuius Dissertationi publicorum exercitiorum designationem, directamque ad Inspectores & viros doctos Geræ commorantes alios, ut iis interessent, invitationem omittere, inque locum talium indices potius & allegatorum Scripturæ dictorum ac rerum præcipuarum, opusculo absoluto subjungere consultum ratus est.

JUDICIUM ECCLESIAE CATHOLICAE TRIUM
*primorum seculorum de necessitate credendi, quod D. N. JESUS
 CHRISTUS sit verus Deus, assertum contra Sim. Episcopium alios-
 que: auctore* GEORGIO BULLO SS. T. P. Presbytero
Anglicano.

Amstelodami apud Georg. Gallet, 1697. in 8. Plag. 15.

Est hæc veluti coronis, ut ipsemet reverendus Auctor in Præfatione indicat, *Defensionis Fidei Nicenæ*, exquisiti illius operis, quo principem fidei Christianæ articulum, de æterna Jesu Domini ac Servatoris nostri Divinitate inde a primo Ecclesiæ natali creditum fuisse, luculenter jam olim Bullus e Patrum ante-Nicænorum scriptis ostenderat, fulseratque adversus Neo-Arianos Nicænam fidem: cujus anathematismos defendere præsentis opusculo non minus erudito nititur, atque adeo necessitatem credendi ejusdem articuli, ex eadem trium primorum seculorum antiquitate demonstrat. Nam sicuti quamplurimos libellos Arianam & Samosatēnianam impietatem propugnantes hic illic per Angliam, cum notabili Ecclesiæ detrimento spargi, quam ægerrime fert: ita non minus indignatur novo hominum generi, qui se mediatores, pacisq; in hac controversia sequestratos gerunt, externa quidem professione Ecclesiæ orthodoxæ consentientes, Christumq; Deum credentes, sed tamen necessitatem credendi ejus articuli minime admittentes, sufficere ad salutem rati, si quis Jesum Christum Filium Dei mundi Salvatorem quoquo modo credat. Hos cum inprimis ex Episcopio sua haurire animadvertisset Bullus, nihilque fere proferre, quod non illi jam dictum sit, Viro cetera quidem erudito, sed in lectione Patrum

trum non minus hospiti, quam eorundem præcipiti contemptori: hinc & Episcopium præcipue sibi confutandum sumit, non omnia ejus argumenta discutiens, quibus necessitatem credendi tanti mysterii impugnat, (hoc nempe jam ab aliis factum, vel certe faciendum existimat) sed id solum aperte falsum demonstraturus, quod ille statuerat, primis tribus Christianismi seculis nullam fuisse Christianis impositam credendæ Divinitatis Filii Dei necessitatem. Hanc igitur temerariam, ut vocat, Episcopii assertionem non solum testimonii ante-Nicænorum Patrum bene multis obruit, sed & ex historia ecclesiastica ostendit, neminem unquam Divinitatem Christi negasse, qui non hæreticis fuerit eo ipso nomine accensus: quibus monstratis, etiam ad objecta ab Episcopo argumenta respondet. Testimonia capite primo magna industria colligit ex Ignatio, Irenæo, Justino Martyre, Dionysio Romano, Origene, Novatiano, atque Tertulliano, ut ostendat, hanc de Divinitate Christi controversiam præcipue semper tribus primis seculis inter Christianos Judæosque agitatam fuisse, ut inde nosceres statim Judæum aut Judaizantem hæreticum, si de æterna Divinitate Filii sequius sentientem audires. Atque ut id eo uberius patefaciat Auctor, cap. II. Cerinthianos & Ebionitas producit, quorum utrorumque hæresis in eo conspiravit, quod Jesum non esse Deum dicerent; in eo tamen a se iterum diverſi, quod Cerinthus cum suis Jesum a Christo separaret, illum Josephi & Mariæ filium statuens, cui deinde accesserit post baptismum descendens e cœlo Christus, qui instante passione ab ipso iterum recesserit: Ebionitis contra unus atque idem simpliciter esset homo Jesus Christus, peculiaribus a Deo dotibus instructus, isque vel ordinario generandi modo ex Maria & Josepho, ut aliqui Ebionitarum docebant, vel ut alii, ex Maria Virgine miraculose prognatus. Præterea Cerinthiani non a primo Deo, seu, ut Irenæi vetus interpres loquitur, a summa Principalitate, quæ est super universa, mundum conditum asseverabant, sed a Virtute quadam separata, & distante ab illa summa, cum contra Ebionitæ mundum a Deo factum non negarent. Hæc cum ita paulo uberius Auctor deduxisset, monstrat, quam fuerint hæretici isti perpetuo in scriptis Apostolorum strenue uniceque propemodum confutati, quamque graviter Johannes in eos invecus fuerit, Antichristi nomine illos velut proprio perstringens. Affert & alia, tum ad illustrationem S,

Scripturæ facientia, tum ad refellendam Dan. Zwickeri temeritatem, qui sueto Socinianis dogmate Ebionitas primos & antiquissimos, adeoque omnium maxime orthodoxos fuisse Christianos, tradere non veretur. Ebionem vero revera aliquando extitisse auctorem hæreseos, nec Ebionitarum nomen solum esse ab orthodoxis contumeliæ causa excogitatum, auctoritate Tertulliani, Hieronymi, Philastrii, Epiphaniique contendit; ex etymologia nominis non magis valide contra eam opinionem pugnari ratus, quam si quis simili argumento nec Manetem, nec Ariam unquam extitisse, ex nominum etymologia apud Eusebium & Nazianzenum obvia probaret. Ceterum ab Ebionitis probe distingui debere Nazaræos monet, quos male propterea in articulo de Divinitate Christi illis *ὁμοψήφους* esse iudicatos animadvertit, quod in observatione legis Mosaicæ tanquam omnino necessaria plane idem senserant: & quanquam vulgo pro sententia ista allegari Theodorus soleat, longe tamen imparem eum iudicat Auctor noster Justino Martyri, Auctori Constitutionum Apostolicarum (e quorum utroque loca de Nazaræis agentia colligit) Hieronymo, Augustino aliusque, Nazaræos in Christum Filium Dei credidisse testantibus. Capite III ab Ebione ad Theodotum Coriariæ, Artemonem, Beryllum Bostrensem, Paulumque Samosatenum pergit, ob negatam Christi Divinitatem damnatos omnes: & in his non Socinianam solum hæresin, quæ Filii præexistentiam ante Mariam negat, sed & Arianam fuisse anathemate percussam notat. His ita prolixius comprobatis, Bullus ad Episcopi argumenta in contrarium adducta progreditur: & cum e Symbolis ante-Nicænis ille necessitatem credendi articuli de Christo Deo præcipue impugnasset, Noster contrarium ostendit. Et primo statim observat, haudquaquam sequi, articulum hunc, si in primis Symbolis non satis expresse positus conspiciatur, propterea neque necessarium ad salutem antiquis creditum fuisse: quandoquidem iis Patribus potuerit videri sat claris verbis expressus, licet postmodum hæreticorum protervia Ecclesiæ specialiores fidem suam declarandi loquendique modos extorserit. Tum vero monet, in verbis, *Credo in Deum Patrem, Filium & Spiritum Sanctum* (quæ in primitivâ Ecclesiâ ex Matth. XXVIII, 19 a baptizandis in vicem brevicultæ confessionis requirebantur) satis aperte SS. Trinitatis confessionem expressam fuisse, idque Irenæi etiam atque Tertulliani testimoniis, quæ

quæ falso pro se Episcopus allegaverat, collatis pluribus eorundem locis, confirmat. Exinde cap. V fuse de Symbolo, quod vocatur Apostolicum, agit, atque illud nequaquam totum, & quale hodie legitur, ab Apostolis ipsis conditum, sed Romanæ Ecclesiæ a tot hæresibus tum liberæ fuisse Symbolum privatum putat, quod demum post annum Christi quadringentesimum in illa Ecclesia complementum summa acceperit: & illud tamen sub vocibus, *Filium ejus unigenitum*, modè illius specialis Filiationis professionem revera continere, latius demonstrat. Insimul vero eodem capite Auctor quatuor Filiationis Divinæ modos alios ab Episcopo excogitados examinat, eosque adeo non semper aut solum in allegatis ab illo Scripturæ locis fundari animadvertit, ut sublimius quid haud raro, ipsaque adeo Servatoris Divinitas ibi innui deprehendatur. Ut autem Symbolum aliquod tandem etiam proferat, quod disertam mentionem Divinitatis Filii Dei faciat, capite VI Ecclesiæ Hierosolymitanæ antiquissimum Symbolum producit, quod in Cyrilli Hierosol. Catechesibus sexta & sequentibus explicatur. Cum vero sibi plurimas animadverteret obstare rationes eorum; qui vel a Cyrillo confectas Catecheses omnino negant, easque potius Johanni cuidam tribuunt; vel Symbolum illud, quod in Catechesibus reperitur, non solum post Nicænum, sed demum e CPolitano Symbolo formatum persuasi sunt: hinc omnes insignis suæ eruditionis nervos intendit Noster, ut contrariis rationibus discussis, & Cyrillo librum vindicet, & Symbolo Hierosolymitano debitam antiquitatem. Non minus operosus est in enodando difficili Justinæ Martyris loco cap. VII Bullus, cum eum ab Episcopo in primis pro sua opinione prolatum e Dialogo cum Tryphone nosset. Dicit ibi Justinus, non propterea falsum fore, quod Jesus sit Christus ille Dei, etiamsi probare non posset, hunc Jesum ante creaturas præextitisse Filium Creatoris, in tempore e virgine natū; cum potuisset etiam sola Dei Patris electione Christus fieri. Fateretur insuper Justinus, esse quosdam e gente Christianorum (*ἀπὸ τῶ ἡμετέρῃ γένεος,*) qui quidem fateantur, Jesum esse Christum, sed hominem ex hominibus genitum asserunt. Magnum argumentum, quod hinc in orthodoxos valide stringi posse Episcopus opinatur, Auctor noster ita discutit, ut prioris loci allati parte Justinum nequaquam e sententia sua, sed tantummodo κατ' ἀνθρώπων ad Judæum argumentari ostendat: posteriore ve-

ro iterum non de orthodoxis & in Catholicam receptis Ecclesiam S. Patreni loqui animadvertat, sed de Ebionitis: quam ob rem emendat etiam Justinum textum, & pro ἡμετέρας, ὑμετέρας reponit, hoc sensu, ut Justinus Tryphonem Judæum collocutorem habens, ex ejus gente dicat subintrasse Ecclesiam pseudo-Christianos Ebionitas, qui non nisi nudum hominem Christum admittere voluerint: quibus tamen, ut in verbis immediate sequentibus & ab Episcopo male omissis addit, neque ipse assentiatur, neque ii omnes, quotquot Prophetarum & Christi dogmata humanis traditionibus præferenda sciunt. Atque ita tum explicandum, tum emendandum vindicandumque esse Justinum, Bullus toto capite, conquistis e Justino ipsomet locis plurimis demonstrat. In subjecta vero Appendice, novas Episcopi exceptiones omnes dissolvit, quas cum secundo ejus operum tomo demum, post absolutum jam penitus tractatum hunc suum, nactus erat. Verbo adhuc, priusquam finiamus, monendum, jam ante triennium circiter primam doctissimi hujus opusculi editionem Oxonii produisse, sed quæ nobis sese non obtulit.

MARCELLI MALPIGHII, PHILOSOPHI ET MEDICI Bononiensis, e Regia Societate Londinensi, *OPERA POSTHUMA*, Figuris æneis illustrata. Quibus præfixa est ejusdem Vita ab ipsomet scripta.

Londini, impensis A. & J. Churchill, 1697. in Fol.

Alph. 3. plagul. 8. Fig. 2n. Tab. 19.

Quanta incrementa seculo præfenti Anatome cum animalium, tum vegetabilium, ex assiduo celeberrimi *Malpighii* feliciter ceperit studio, plura hujus opuscula, conjunctim & Londini, & Lugduni Batavorum nitidissime edita, atque in *Actis A. 1687. p. 16.* a nobis recensita, satis superque testantur. Neque Adversariorum conamina, vel in laude inventionis ipsi detrahenda, vel in ejus industria artificii aliis extenuanda, quicquam hæcenus valuisse, opera pariter ejusdem posthuma, nunc commemoranda, perspicue loquuntur. Horum namque potiorem partem Epistola constituit præfixa, in qua *Autor* noster ingeniosissimus omnem studiorum suorum rationem, coram Magna Societate Regia Anglicana, a principio ad terminum usque

usque vitæ, quem ante triennium, mensis Novembris die 29, ætatis 67 anno, ex apoplexia in Palatio Quirinali habuit Romæ, sincere non minus exponere, atque ab Adversariorum telis strenue vindicare deprehenditur. Ut fileamus autem Præceptores ejus, quos inter Franciscum Natalem in Philosophia Peripatetica, in Philosophia libera Johannem Alphonsum Borellum, ac Bartholomæum Massariam & Andream Marianum in Medicina laudat: ut taceamus itidem honores, prolixè qui ipsi obtigerunt, cum laurea Medicinæ & Philosophiæ in patria, Bononiæ nempe, ornatus, primum Bononiæ, hinc Pisis, tum Messanæ, rursus in patria, Professoris Publici munere fungeretur, Societati Regiæ Anglicanæ A. 1669 per transmissum diploma adscriberetur, ac summi deniq; Pontificis Innocentii XII Medicus secretior & Cubicularius A. 1691 designareretur: ex immenso potius Observationum numero, quas diversis quondam scriptis Autor divulgavit, ac in præsentia ab Adversariorum objectionibus non modo liberavit, sed & multum, v. g. circa structuram Viscerum, Ossium & Dentium conformationem, Plantarum vegetationem, ortum Gallarum, ac Pilorum & Unguium generationem, dilucidavit, speciminis ergo eas solum, quæ Anatomicam piscis Xiphie sectionem, demonstrationem Succis nervei, Musci femina, Aquilæ anatomen, Vasis novi Uterini descriptionem, atque Glandularum structuram concernunt, ipsismet Autoris verbis lubet exhibere.

Alia insuper (præter complicatas videlicet nervi optici membranas) in *Xiphia* observavi, & amicis communicavi, circa oculi præcipue structuram. Hic elegantissimis sex musculis movetur. Humores ossè muniuntur cribroso, quod depressam spheram æmulatur. Hoc antè, ubi pupilla locatur, hiat, & in postica parte patens est pro nervi optici ingressu, ibique copiosa locatur pinguedo. Uvea exterius eleganti vasorum reti irrigatur, & intus mucoso humore coloris ærugini inficitur. Crystallinus humor sphericus est, & a lateribus gemina manubria a membrana crystallini exprorecta habet. Hæc in lepore pariter observavi, quibus vitreo humori continuatur. Humor crystallinus cepæ instar componitur, & interius globulus, quasi gypseus conditur. Vitreus humor totus in aquam igne vertitur, remanente sola tunica. In branchiis observabilis est ipsarum structura: hæc componitur tubulis, seu fistulis quadratis solida quadam substantia specu-
lari

p. 26.





lari lapidi analogæ conflatis; intus obducuntur crusta quadam rubra, quæ fortasse inservit pro separatione. Pervix sunt usque ad imedietatem, unde admissa aqua iterum foras expellitur. (Uberior Xiphiaz descriptio Anatomico-Physica sinitur ab Harzmanno M. A. N. C. Dec. 3. A. 2. App. p. 3.) In *Tbunni* oculo exaratam crystallini figuram observavi, & a latere manubrii glandulam vidi subrubram, quæ vasi continuabatur, quod hinc inde ramulos promebat; excurrebat autem latera vitrei humoris, & tandem erumpebat a centro expansionis nervi optici in retinam, exterius eodem fusco inficiebatur ichore, quo uvea cooperitur.

Pag. 27.

Nervei succi existentia apud plures controversitur, vel saltem ejus natura diversimode exponitur, sicut & usus, ita ut nil fere obscurius occurrat apud Auctores. Illud tamen mihi videtur in hac re maximum habere momentum, quod sectis extremorum nervorum tubulis, ubi in ultimas solvuntur propagines, succus erumpit. In cauda bovis & simulum, hinc inde nervus excurrit tribus vel quatuor fistulis coagmentatus: in his itaque facta extremi digiti ungue compressione, humoris motus intra exaratas fistulas contenti deprehenditur & successiva turgentia, qui tandem per excitatum foramen exit, terebinthinæ instar; fluidus enim est & glutinosus. In nervis immediate a spinali medulla erumpentibus, cum ob molliem compressi lacerentur, non ita facile succus occurrit, ejusque motus manifestatur, quare solidiores extremique nervi lustrandi sunt. Nec obstat, nervum ligatura facta non turgere, cum lateraliter propagines habeat reticulariter propagatas, in quas idem succus impedito ulteriori progressu derivari potest; languidus enim est impetus, quem a cerebro recipit nervus succus, unde ex quocunque impedimento comprimente, & vetante ulteriorem insinuationem, retardari, sisti & ad latera derivari potest.

p. 84.

In Anatome Plantarum dubitative proposui, in musco semina adesse. Ex novis tamen & reiteratis observationibus mihi constat, muscorum quam plures species seminibus gaudere. Sæpius enim in musco, qui fungi instar rotundo pollet capitulo, semina erumpentia vidi; eadem pariter in musco, qui reticularibus ramis humi serpit, a quibus hinc inde veluti minima poma pendent, & tandem in pulmonaria arborea a limbo foliorum & a scissuris eorundem delapsa semina
& pro-



& proximis trunci arborei partibus excepta pedetentim vegetare vidi. Semina pariter in musco marino, aliisque analogis plantis sagax ingeniosissimi *Cestonis* diligentia patefecit.

Cum mihi a Præclarissimo Domino *Stephano Lorenzini* humanissime transmissa fuisset Aquila, quæ mihi una cum Amicissimo Domino *Silvestro Bonfiliolo* singularia in hujus animalis sectione obvia fuerint, hic exarabo.

p. 82.

Hujus cerebrum amplum est, facta comparatione cum avibus & piscibus. Dividitur in gemina globosa corpora, quæ meningibus cooperiuntur, & sanguinea vasa ipsas excurrunt, & alte penetrant. In exaratis corporibus gemini ventriculi, anteriores scilicet excavati circumductis candidis fibris constituuntur, quæ corticis arborei fibrarum reticularem plexum æmulantur, & exterius apparent candidæ fibræ, & si totum coquatur, glandulæ corticales manifestantur. Cæterum cerebellum adest & pons *Varolii* cum appendicibus & cruribus, quibus principium spinalis medullæ conflatur.

Binos habet oculos, & quilibet propriis palpebris valde crassis obvelatur, quæ limbo subnigro terminantur, pilisque ditantur. Interiori palpebræ parti necitur placenta quædam A ovalis figuræ, nec multum crassa. Hæc exterius candida est, & pellucida, ut difficulter solvatur, plicabilis tamen, & ea superficie, qua oculum contingit, innumera habet orificia B diaphanum humorem fundentia. In eadem superficie observantur rami vasorum sanguineorum C, qui a profundo emergentes hinc inde horizontaliter furculorum fines promunt, ut in ventriculo interius observatur. Exterius sanguineum vas D circumducitur, a quo erumpentes rami E crassitiem placentulæ subeunt. Hanc igitur placentulam glandulosam censeo pro separatione fluidi celebranda, quo cornea perpolita redditur, cum præcipue manifestas glandulas non viderim, sed tantum minimos globulos extremis vasorum finibus hærentes. Alia quoque membrana diaphana occurrit, quæ a cantho majori oblongo tendine retracta anteriorem oculi faciem tegit. In hac subnigra quasi vasa (ut in ranarum visceribus observatur) occurrunt. Conditus oculus cornea eminet, a qua hærentes mucositates unguibus facile abraduntur. Pupilla flava iride excitatur, & ligamentum ciliare carnis fibris contextum elegantem sphincterem exhibet. Aqueus contentus humor diaphanus est, &

Tab. VIII.

Fig. 1.

Tt

sub

Tab. VIII.

Fig. 2.

N. 1. 2. 3.

subfalsus, igneque evaporat relictis minimis vesiculis, & subtilissima crusta. Vitreus humor ignis calore totus exhalat. Amplus est mole & diaphanus. Contentus crystallinus humor secundum varias inspectiones, & naturalem magnitudinem delineatus occurrit. Est autem in parte exteriori lenticularis A, in interiori B globosior, & sphaeram fere æmulatur. Ejus crassities est C, latitudo autem D. Retina ampla, crassa, & mucosa existit ab expansione fibrarum, quibus compaginatur opticus nervus, orta. Uvea copioso, subnigroque inficitur succo. Inter corneam & uveam visus sum attingere aliam tunicam, quæ componitur, ut videre potui, tubulis seu fistulis horizontaliter situatis, eamque speciem habent, quam in secundinis, seu corticibus seminum plantarum observavi & delineavi. Quapropter si integre constaret de hac fistulosa membrana, dubitari posset, an hæc separationi subnigri succi inserviat. Postremo tunica cornea occurrit sphaeram referens, cui altera minor hæreat. Pars anterior proprie cornea dicta, licet densa sit, plicabilis tamen & diaphana existit, exsiccataque perlucet. Altera pars, quæ adnata vocitur, antèrèr ossæa zona ambitur, cujus structura elegans est; hæc enim pluribus ossæis lamellis E compaginatur, quæ multiples sunt, & quatuordecim in oculo numeravi. Uniuntur invicem quasi per harmoniam, & æmulantur piscium squamas, ita situatæ, ut circularem zonam efforment. Harum limbi graciles sunt, & quasi crenis solvuntur. Duplici constant lamina, & in medio attolluntur in tumorem, unde ut in reliquis ossibus spatiosa F inæqualis figuræ exhibent.

N. 4.

N. 5.

In oris concavitate lingua locatur arcta, longa, & in apice subrotunda; depressa tamen & subnigri coloris. Frænum hæbet, & oblongis hyodes cornibus fulcitur & movetur, quæ post aures curvata oblongis musculis exeruntur, & linguam foras emittunt, ut in pico alias observavi. Non longe a laryngis hiatus suborta lingua conicis papillis subnigris versus laryngem inclinatis ornatur. Hic ingens glandularum cumulus occurrit, quæ excretorio vase pollentes mucosum fundunt humorem. In linguæ lateribus locantur glandulæ, quæ continuatum corpus repræsèntant subrotundum, carnis colorem æmulans; sunt autem viginti quinque glandulæ miliares in recto positæ proprio hiatus gaudentes. Lentum evomunt succum perfimilem ptisanæ hordeacæ. In oris plano hinc inde a lingua glandularum pariter

riter rubrarum ingens copia luxuriat. Gemina quoque congeries glandularum in eodem oris plano inter frænum linguæ et radicem rostri occurrit. Pars quoque superior palati glandularum ingenti numero mucum fundentium cooperitur, ut nihil distinctius conspici possit.

Aperto thorace septum transversum, pellicula scilicet diaphana obvia fit, quæ pervia est, ut in reliquis avibus. Costulæ angulum valde obtusum efformant, & pulmones membranosi consimiles sunt reliquis volatilium. Hærent costis, & insignes ductus habent. Aspera arteria in geminos ramos dividitur, & ipsius annuli integrum circum non constituunt, & tandem progressi obliterantur.

His detractis ventriculus apparet membranofus, qualis in homine, & in rapacibus avibus observatur. Continuatur œsophago, qui sectus copiosas exhibet glandulas lenticulares, & membranofas patentibus oculis in concavitatem hiantibus. Interius cooperitur reticulari quadam substantia, cujus aræ rotundæ & arctæ sunt. Laxatur œsophagus in ventriculum, qui in superiori sui parte lata quadam horizontali zona ambitur, quæ conglobatarum glandularum congerie conflatur sub nervea tunica locata. Hujusmodi copiosissimæ glandulæ contiguæ sunt, subrubræ & fere rotundæ, proprio excretorio hiatu ditatæ. Earum compages persimilis est glandulis observatis in extremo œsophago gallinæ, ventriculo carnosio proximo. Supra hanc partem, & nerveam tunicam rete extenditur, cujus spatia inæqualis figuræ occupantur ab orificiis vasorum hiantium glandularum. Subsequitur reliquum ventriculi, media scilicet portio & fundus, in quibus nullæ apparent glandulæ conglobatæ, sed interior superficies tota mirabili reti cooperitur, quod fasciculis quasi nervosis horizontaliter productis & invicem anastomizatis producitur. A nervea tunica pili quoque erumpunt. Exterius ventriculus sanguineis vasis, nervis, fibrisque carnis ambitur. Hiatus ventriculus in duodenum intestinum & in ejusdem orificio copiosa luxuriat bilis. Intestina interius pilos veluti sericum pannum promunt. Recipiunt bilem a jecore, & a vesica, hiatusque pori biliarii distat a ventriculi fundo mensura brachii Bononiensis. Renes de more hinc inde extremo dorso hærent, a quibus gemini ureteres in cloacam producuntur, cui

cæcum quoddam intestinum adnascitur. Hoc interius mucosa ambitur substantia, & in hoc glandulas non vidi.

Conferri poterit Anatomæ Aquilæ a *Borricchio* *Al.* *Hafniens.* *Vol. 1. Obs. 2. E* apud *Blasium Anat. Anim. p. 136.* atque *Muralto M. A. N. C. Dec. 2. A. 1. Obs. 50.* proposita.

p. 86.

In exercitatione epistolari (ad *Sponium*) peculiare vas, hocque geminum, & insigne, hinc inde vaccæ uterum perreptans, indicavi, cujus figuram hic delineare placuit.

Tab. VIII.

Fig. 3.

Finibus igitur & minimis ramis A cornuum uteri gracilescentibus portionibus hæret, & extremis surculis folliculi subrotundi B glandulosi appenduntur. Ab his exporrigitur vas insigne C percurrens latera cornuum seu tubarum uteri. Ab hoc manifestæ emanant protuberantiæ seu appendices D, ubi autem uteri ori approximatur, cartilaginea quadam vagina E ambitur. Protractum ultra os uteri modo tubulosum F & angustum, modo laxatur in globulos, tandem amplius factum hinc inde supra uteri vaginam elongatur, & apertum valvulas, seu transversales membranas G exhibet. In hujus dilatati vasis portione orificia H patent, & tandem lato sine proprio foramine I non longe ab urethræ hiatu finem sortitur.

Hujus vasis existentiam anno 1684 in vitula imperforata evidenter confirmavi. In hac itaque uterus monstruosa mole turgēbat, turbato quodam ichore refertus; appensa vagina in molem æqualem vesicæ urinariæ suillæ attollebatur. Uteri pariter cornua, & tubæ eodem ichore refertæ, tumida erant, & compressis extremis tubis nil extra per infundibulum prodibat. His de viore appendebantur ovaria, in quibus ovum diaphano humore turgidum continebatur. De tractis involucris occurrēbant exarata vasa eodem turbato humore repleta, quæ exorta ab extremo vaginæ sursum exporrigebantur resecta, & continuata, ita ut immissus stylus libere rotam ipsorum longitudinem feliciter pervaderet. Ichor, quo tumor excitabatur, urina erat; nam igni oppositus non concresecbat, sed tetrum urinæ halitum reddebat. Probabile igitur est, impedito per vulvam urinæ exitu, eandem regurgitando vaginam, uterum, cornua ejusdem, & exarata vasa distendisse, & patenter manifestasse.

p. 101.

Exarata de Glandulis epistola, novis typis *Lugduni Batavorum* excusa, Clarissimum *Nuckium* excitavit, qui edito de glandulis & lym-

lymphaticis libro, (in *Actis A. 1692. p. 97.* exhibito) neglecta mea positione, novam indicare structuram filiis artis adhuc ignotam, conatus est.

Habet itaque conglobatam glandulam membranis ambientibus integrari, interius autem reticulari opere excitari, quod muscosum appellat; ab hoc autem spatia multiplicia variarum figurarum emanare, geminis pariter lymphaticorum furculis ditari præter arteriarum, venarum, & nervorum furculos: quapropter injecto mercurio per superingredientia lymphatica, repletis glandulæ spatiis, ipsam turgere, manifestatis in superficie subrotundis tumoribus. Prosequitur autem exercitationem, & supposita divisione glandularum in vesiculis & vasatas, censet, conglomeratas glandulas vasatas esse, ita ut pancreas exempli gratia solis venis, & arteriis ita attenuatis & gracilescens tibus coagmentetur, a quibus excretorium suboritur vas, quod separatum peculiarem succum derivat.

Hæc & similia Clarissimus Vir exponit, quæ si leviter etiam examinentur, Naturæ non consonare, & diminutam exponere structuram abunde patebit. Negari igitur non potest, in glandula conglobata reticularis plexus, a quo aræ designantur diversarum figurarum, quam positionem ego fuscè exposui; cujus autem naturæ sit, licet nomine musci insigniat, non tamen indicat Clarissimus Vir, & ex substantiæ modo, & connexionione cum ambiente membrana patet, propaginem esse investientis tunicæ, & productarum carnearum fibrarum, supra quas vasa propagantur. Quoniam autem exarata a me methodo in sanis & morbois glandulis manifestantur membranosi loculi exposita spatia muscoli corporis occupantes, quæ ab extremis sanguineorum vasculorum furculis irrigantur, & in quos hiant subintrantia lymphatica, & ab his elongantur exuntia pariter lymphatica, ideo miror a Doctissimo Viro hæc omissa & neglecta fuisse, & ex experimento injectionis mercurii analogo tentamini a me atramento facti, quo exterius subrotundi tumores apparent, & interius spatia replentur injecto fluido, illationem deduxisse, glandulas solis spatiis integraliter componi, cum ultra sensum ratio etiam indicet, sacculos necessarios esse, in quibus receptum fluidum exteriores protuberantes promat tumores, & interiora spatia repleat, & distendat. Et quia simplices glandulæ hoc folliculo, veluti parte principe integrantur, ideo in con-

globatis hæc non omittenda erat, & consequenter descriptio hæc manca videtur, & solum nominis *Mascoli* novitatem conjunct. Folliculorum existentia in morboris constitutionibus patentior elucescit, in quibus intercepto & concreto succo turgent, & crassescunt, ut in singulis glandulosis folliculis abscessu tentatis, vel tartarea morbosaque contenta materia ad auctis passim observamus. In sanis pariter conglobatis glandulis longa aquæ maceratione præparatis reticularis plexus occurrit, cujus areas gemini, & interdum plures subalbi occupant folliculi, quibus factis concava membrana patenter apparet.

Conglobatarum (conglomeratarum) exposita structura a Clarissimo Viro proposita suis quoque premittitur difficultatibus; sensus enim abunde indicat, in pancreate, hepate, & renibus miliares, vel ovales folliculos reperiri, quos arteriæ & vanae multiplicibus ramis, capreolorum instar, ambiunt; quod evidenter injecto per arteriam emulgentem atramento in miliaribus renum glandulis ope microscopii manifestatur, a quibus renales tubuli sub specie fibrarum exorti separatam urinam derivant, & in pelvim deducunt. Hoc manifestius elucescit in monstruosis & morboris renibus, in quibus, ut alias indicavi, interdum folliculi glandulosi ita turgent, ut acinos uræ magnitudine æquent, circa quos vasorum extremi rami iudunt. Idem in morboso hepate, & pancreate observatur. Quapropter cum sensibus constet, glandulosum folliculum membranosa vesicula integrari, supra quam multiplices fines vasorum sanguineorum propagantur, ut in ventriculo, pleura, pericardio succedit, non licet asserere, arteriæ extremum tubulum angustatum in vas excretorium desinere, sed sensu comprobatur, glandulæ folliculum peculiare esse corpus membranosum, circa quod extremi fines vasorum propagantur, & a quo exortum excretorium vas separatam materiam derivat.

Quemadmodum vero Epistola hæc recensita aliquot itidem literas idiomate Italico ultrò citroque exaratas complectitur, ita versio pariter harum in Latinum sermonem sub calcem adjicitur. Reliquam Operum posthumorum molem quatuor vel quinque complectitur Opuscula: primum namque *Job. Alphonsi Borelli* occurrit Scriptum, compagem nervi optici membranosa in piscibus *Xiphia*, *Thunnâ* & *Pagro* a *Malpighio* primum observatam, adversus nonnullorum oppositiones defendens. Responso dein habetur, qua *Galenistarum Tri-*
um-

umibus, in Recentiores Anatomicos a *Michaeli Liparo Messanenfi* paratus, a *Malpighio* sub nomine *D. Placidi Papadopoli Messanensis*, Auditoris sui, evertitur. Tum Dissertatio Epistolaris ad Amicum de Recentiorum Medicorum Studio, subtiliorem cum primis horum Anatomem, Dendranatomen, & Anatomen comparatam sugillans, sistitur una cum proluxa & solida *Malpighii* ad eandem Responsione. Autorem vero Dissertationis dictæ ipsum esse *Job. Hieronymum Sbaraleam*, Primum Lycei Bononiensis Lectorem, cui Medica aliqua Historia, Responso Malpighiano præmissa, a *Job. Baptista Gyraldo* inscribitur, aliunde nobis constat. Tandem additur *Malpighii* de Structura Glandularum conglobatarum consimiliumque partium Epistola, Lugduni Batavorum jamjam A. 1690. typis exscripta.

EUTROPII BREVIARIUM ROMANÆ HISTORIÆ,
cum Metaphrasi Græca Pæanii, recensente CHRISTOPHORO
CELLARIO.

Jenæ, sumtu Jo. Bielkii, 1697. in 8. l. Alph. Plag. 3.

Historiam Romanam ab Urbe condita ad Flavium usque Valentem compendiose contexuit, istudque Breviarium Imperatori isti, cuius jussu fuerat conscriptum, dicavit Eutropius; dignus qui reliquis epitomarum scriptoribus, Floro, Justino, Xiphilino, jungatur. Operæ igitur pretium se facturum credidit clarissimus Editor, si post Vinerum, Schonhovium, Sylburgium, Merulam, Gruterum & alios, huic Breviario industriam adhiberet, qualem linguæ Latinæ scriptoribus aliis impenderat. In publicam proinde lucem, cum annotationibus & Pæanii metaphrasi Græca, istud anno 1678 emisit: nunc vero emendatum denuo, locupletioribusque annotationibus, quas tum singulis pagellis substravit, tum Indicibus præmisit, illustratum edidit, Pæanio non ut antea lateri adjecto, sed Latinis verbis subtexto, accurate autem recensito: unde non minus hæc metaphrasis, quam ipse Eutropius, exactis & admodum utilibus gaudet indicibus, quos diligentæ industriæ Editoris grati debemus in auctoribus, quos publici juris facit. Geminos enim adjicere suevit, rerum unum, Latinitatis alterum: quibus in Eutropio accessit tertius, in quo Græci metaphrastæ Pæanii verba, quæ in animadversionibus p. 316. seqq. expenderat, meliorisque ordinis, in quem nonnulla redegit, aut propria virorum pro-

vinciarumque nomina correxit verioraque substituit, rationem reddiderat, fideliter annotata reperiuntur. Latinitatem quod attinet, cui secundus index destinatus est, etsi oratio non admodum Romana fluere Vineto & aliis censetur, augendæ tamen eruditioni idoneam existimat Editor, neque aures vel doctissimas offendere; quum nihil ostendi forte possit, quod non idem ex Trajani ævo meliori comprobetur.

JOHANNIS MUNNICKS, MEDICINÆ DOCTORIS & Professoris Ultrajectini, de Re Anatomicâ Liber.

Trajecti ad Rhenum, apud Antonium Schouten, 1697. in octavo.

Constat plagulis 17 $\frac{1}{4}$.

UT nobilissimus *Autor* Professioni Anatomicæ, quæ in celeberrima Academia Ultrajectina octodecim ultra annos hucusque fuit functus, satisfaceret, haud contentus *Praxin Chirurgicam*, in Actis A. 1689. p. 563. a nobis recensitam, emisisse in lucem, in præsentis *de Re Anatomicâ* libro integram corporis humani structuram non modo ex Autorum commentariis, sed autopsia quoque propria strictim, plane tamen, voluit evolvere. Autoribus præcipuis siquidem, quorum sedulitate utilissima artium Anatome ab Hippocratis & Galeni ad hæc usque tempora mire increvit, prælibatis, conformationem solidarum corporis nostri partium, juxta ductum *Veslingii*, quem præcipue in deliciis habet ac in plerisque sequitur, ab infimo ventre sive abdomine usque ad supremum sive caput atque artus seu manus pedesque, compta declarat oratione, prout vel pauciores a nobis nunc memorandæ observationes satis comprobabunt. Cuticulæ videlicet, cute ipsa densiori atque compactiori, duplex a *Nostro* assignatur lamina: interior, cuticula proprie dicenda, membranosum & fibrillosum veræ cutis operimentum est, ipso in utero ex semine parentum cum aliis corporis partibus generatum; exterior autem pars, ex vaporibus e corpore exhalantibus & in superficie ipsius cuticulæ condensatis extra uterum producta, ex tenuibus squamulis, piscium squamis haud absimilibus, compingitur. Nervi per periostium expandi dicuntur copiosissimi, qui, postquam ossa prope illorum extremitates perforarunt, per membranam ea inus obducentem haud minus dense ramifescunt; id quod tam ex dolore, interius pariter atque exterius

Pref.

p. 3.

p. 10.

rius sæpe affligente, quam ex inveterato topho colligitur Venereo, ut pote qui non curetur, nisi trepano exfoliatio affectum os penitus excindatur, atque interna ossis membrana, sectione in ipsam medullam ducta, speriat; tunc demum, effusis aliquot virulenti humoris guttis, cessare dolorem. Circulus pylori carneus hunc in pueris tam arcto sigillo munire notatur, ut si infletur ventriculus, sicari is possit, quamvis inferne non occludatur. Ab intestinis non solum vasa lactea, sed & lymphæ ductus per mesenterium ad hujus glandulas, & hinc in chyli receptaculum, perhibentur tendere. Quamvis ordinarie duo tantum, in quovis latere unus, ad vesicam abeant ureteres, *Autor* tamen in cadavere virili ureteres utrinque binos, in vesicam quatuor finibus insertos, in amphitheatro publico semel demonstravit. Albicantia vascula, e quibus testiculorum compages resultat, ex minutissimis albugineæ tunicæ derivantur glandulis. Urinaria focus membrana, tenuissima simul ac pellucida vasorumque conspicuorum expers, inter amnium & chorion locata, & in humano partu a multis hætenus negata, in xenodochio a Nostro pluribus Medicinæ Doctoribus & Studiosis A. 1693 in cadavere mulieris, quæ quatuor præterpropter menses uterum gesserat, fuit ostensa. Musculus subclavius, principium duçens a prima costa, totique claviculæ inferius adhærens, in scapulæ acromium excurrere, adeoque musculo pectorali & serrato antico minori opitulari traditur. Glandula pinealis, cum iasuper plexui choroidi velut capsulæ includatur, hujus ipsius plexus choroidis gratia imprimis conjicitur extracta. Quem in tympani membrana hiatus multis abhinc annis Clarissimus noster *Rivinus* in captibus brutorum deprehendit, *Autor* superiori anno in capite humano, post styliformem processum cum ea ossis petrosi portione prudenter ablatum, demonstravit, eumque nihil aliud esse, quam membranæ ejusdem duplicaturam, simul observavit.

P. 30.
P. 42.
P. 68.
P. 69.
P. 86.
P. 93.
P. 159.
P. 195.

EVANGELIUM INFANTIÆ, VEL LIBER APOCRYPHUS de Infantia Servatoris, Ex manuscripto edidis ac Latina versione & notis illustravit Henricus Siko Bremensis.

Traj. ad Rhèn. apud Franc. Halmam & Guil. vande Water. 1697. 8. plag. 18.

Quamquam omni ævo ac tempore extiterint, qui infidelium & hæreticorum

reticorum libros e tenebris in lucem protrahere, factum indecens & Christianæ Reip. periculosum esse existimarunt, decretis etiam publicis, ut hujusmodi scripta per combustionem aut alia media ab hominum usu removerentur, sancitis: non tamen defuerunt alii viri docti pique, qui non legere tantum hæreticorum scripta, sed & opiniones illorum manifestare, librorumque ab iis compositorum sive fragmenta aut compendia, (quemadmodum in T IV operum Cyrilli Alex. ex Nestorii libris aliqua blasphema excerpta habentur,) sive integrum contextum, additis quidem plerumque confutationibus, (uti T. VI operum S. Augustini integer nec usquam interruptus sermo Arianorum est insertus, ita ut mox addatur responsio,) aliquando tamen etiam sine iis, publice edere, olim & nunc fas esse arbitrati sunt. Quorum vestigia sequens præsentis libri Editor, etsi non dubitet, fore plerisque, qui hoc genus scriptionis, quo libellum apocryphum, & vel ab impiis hæreticis, vel saltem a nefariis & superstitiosis hominibus, revera Ecclesiæ Christi carcinomatibus, profectum in lucem protrahat, non leve tantum & contemnendum, sed damnandum quoque & sufflaminandum, neque satis dignum Christiani Viri studio judicent: remotis illis accusationibus, ab antiquitatis ecclesiasticæ ignaris, & verum harum scriptionum scopum non perspicientibus, profectis, talia scripta edere, non modo Scripturæ S. & priscorum scriptorum autoritate niti, sed maximam insuper Ecclesiæ Christi utilitatem afferre ostendit. Et præprimis quidem ad agnoscendam Scripturæ S. divinitatem & *divinitatem*, quæ primario ex infitis notis & impressis quasi Dei digito menti humanæ criteriis constat, ubi ab ista Scripturæ divinitatem probandi ratione discesseris, nihil prius, nihil antiquius se offerre, quodve magis agnitam veritatem in mente humana confirmare possit, quam collationem eorum scriptorum, quæ vel priscis temporibus, vel nostra etiamnum hæc ætate pro divinis ac *Sermonibus* fuerunt venditata. Talia esse Judæorum Kabbalam & Talmud, Mohammedanorum Alcoranum & Sunnam, itemque priscorum hæreticorum libros & fragmenta, quæ non eliminare, sed fideliter posteritati exponere conducatur, ut perpetua Ecclesiæ certamina contra externos & intestinos hostes ex iis pateant. Hinc etiam Spiritum S. Nicolaitarum, Phileti & Hymenæi hæresiarcharum insana & absurda dogmata nos latere noluisse, & SS. Patres Irenæum, Tertullianum, Epiphanium, Phi-

Philastrium, Augustinum, Theodoretum ac alios, hæresium nefanda dogmata & opera sui ævi hominibus propalasse, & scriptis ad feram posteritatem transmisisse. Speciatim vero alium maxime insignem usum talia scripta Protestantibus præstare, nempe ut os obturare Pontificiis possint, qui perfricta fronte (uti v. gr. Dionysius Petavius in Præfat. operibus Epiphani præfixa fecerit,) mentiri & calumniari audeant, Sectam Calvinianam sentinam esse, in quam veterum & recentium sectarum errorumque colluvies confluerit, ac quicquid hærese non hactenus extitit, de quo legi aliquid vel audiri potuerit, ex eo libatum aliquid esse & in eandem derivatum: cum econtra ex illis scriptis probatu sit facillimum, plurimas antiquarum hæresium particulam sui veneni Ecclesiæ Pontificiæ afflasse, & aliquid saltem suarum sordium eidem affricuisse; quemadmodum v. gr. *de Christo in spelunca nato, assertato ejusdem præputio, fonte & balsami horto in Matarae productis*, communium Ecclesiæ Pontificiæ traditionum, etiam in hoc Evangelio Infantiz vestigia compareant. Illius Evangelii mentionem jam in Gelasi Papæ decreto, quod in Concilio Romæ sub finem seculi V habito conditum fuit, itemque apud Irenæum, Epiphanium, Chrysostomum & Theophylactum occurrere, in præfatione ad Lectorem Auctor monet: atque ideo dubium non esse, quin longe ante Mohammedi tempora (siquidem & ipsum ex eodem plurima suo Alcorano inseruisse, in notis passim demonstrat) jam extiterit, vel Græca, vel Syriaca, vel alia lingua a quodam hæretico compilatum; quanquam textus Arabicus ab Auctore primum ex manuscripto, quod inter Golianos codices Lugduni Batav. latuit, editus, longe minorem antiquitatem præ se ferat, & ejus stylus ei, quo Novum Testamentum Arabice versum & ab Erpenio editum habemus, haud multum dissimilis sit. Evangelium ipsum Arabicum, cui ab altera parte Latina versio ab Auctore adjuncta est, intergrum ex nugacissimis narrationibus, variisque hæreticorum ejus temporis pravis opinionibus compositum sequitur. In fine notas adjecit Auctor, in quibus aliorum autorum similibus fabulosis narrationibus Evangelium hoc illustrat: imprimis autem ex Alcorano ejusdemque Commentatoribus, maxime utroque Gialaloddino (quorum scholia cum textu Arabico Alcorani & versione sua propediem se editurum pollicetur,) & præterea ex Abu-Mohammed Abd-Alla, Kessai nomine eruditus noto (qui vitas Patriarcharum & Prophetarum

ex sententia Mohammedanorum descripsit, hactenus inedita,) interdum ex Prot-Evangelio Jacobi (quod ex Arabica lingua, saltem Orientalium aliqua, in Græcam fuisse translatum existimat.) & Hier. Xaverii historia Christi Persice scripta, nonnulla loca adducit, quæ cum Pseudo-Evangelio suo convenientiam habent. Ex illis notis insigniores quasdam speciminis loco Lectorum oculis subjiciemus. Et quidem in limine statim Hinkelmannum reprehendit, qui in præfatione nuperæ Alcorani editioni præfixa, ex eodem Evangelio (quod manuscriptum penes se servavit, cujus editionem etiam cum aliis Pseudo-Evangeliis, in Specimine Sapientiæ Indorum veterum promiserat Starkius,) verba de Josepho Pontifice citans, eadem de Josepho Historiographo intellexit, cum necessario Josephus Cajaphas, de quo ipse Josephus Antiqu. Jud. XVIII. 3. videndus est, ibi indigetur; id quod ex proxime sequentibus hujus Evangelii verbis etiam planum est. Quando etiam in Evangelio (p. 25.) de fictitio illo Apollinis oraculo Augusti tempore lapsa, mentio injicitur, reliqua simul idola eo tempore interuisse, ex insigni Eusebii (pro quo falso ibi Epiphaniî nomen legitur,) loco Dem. Ev. VI. 20. constare monet. Occasione autem, quod in Evangelio (p. 115.) asseritur, *Christum tinctoriam officinam præterisse, ex Angelide la Brosse Lexico Persico ad vocem, Tinctoria ars, observat, in apocrypho Persarum libro de Infantia Christi referri, quod Salvator tinctoriam artem exercuerit, item quod unica tinctura pannos cujuslibet coloris exhibuerit; quapropter eum tinctores Persæ pro patrono venerentur, & tinctoriam domum officinam Christi appellent. Denique cum in notis affirmasset, Muhammedem, Christum crucifixum esse, asserere, in posterioribus notis proprium errorem corrigi, siquidem in Alcorano, non tantum Christum crucifixum esse negetur, sed vehementer etiam Muhammed in Judæos invehatur, & nec interfecisse illum nec cruci affixisse Judæos, sed ita illis visum fuisse, ibi asseratur: quorum quidem verborum cum diversum sensum tradant Alcorani Commentatores, aliis Christi loco alium quempiam substitutum esse existimantibus, aliis vero Simonem Cyrenæum crucifixum esse somniantibus, ex Golianis scholiis Alcorani Mftis, quæ inter cimelia sua servat, in caput tertium Alcorani, aliam quorundam Theologorum Mohammedanorum sententiam allegat, qui Christi animam & corpus exemptam & in coelos sublata fuisse docent, descendisse*

vcrø

vero deinceps Angelum in ejus corpus, atque ita crucifixum esse. Reliqua lectu non injucunda pro otio suo B. L. facile evolvat.

DE CANONIBUS APOSTOLORUM DISSERTATIO,
Auctore P. ANTONIO CONSTANTINO a Castrovillare, Ord. Mi-
nimorum S. Francisci de Paula Ex-Provinciali.

Romæ, typis Jo. Jacobi Komarek, 1697. in 4. Alphas. 2. plag. 2.

Natali imprimis Alexandro ejusdemque argumentis adversus Canones, quos alii Apostolis auctoribus tribuere siveverunt, opposita est hæc Dissertatio, tamen si istud nomen nusquam in ea expressum reperiat. Dum vero contrariam sententiam tueri modis Auctor clarissimus omnibus annitur, sub ipsum ejus initium admodum in eo operosus est, ut Apostolos consulto tam pauca literis consignasse evincat, quippe qui non nisi summa ut plurimum necessitate adacti scribendum quid existimarint; voce autem eos regulas plurimas, ad fidem moresque pertinentes tradidisse, istoque pacto monita sua non membranarum credere, sed cordibus imprimere voluisse comprobet. Huc ergo referendos quoque esse statuit quinquaginta illos Apostolorum Canones, quos e Dionysii Exigui Latina versione recenset. Esti vero isti etiam triginta quinque alios, quos Græci insuper recipiant, & novem illos, quos Turrianus e Græco codice Pamphili Martyris descripsisse se testetur, subjungat: hos tamen æque ac illos parum se hæc vice curaturum ait, & ad quinquaginta potius priores studium suum restringit. Hos vero a Clemente collectos, ac in posterorum gratiam literis mandatos omnino existimat, magnum huic asserto robur conciliari posse ratus ex Irenæi de Clemente testimonio, quo Apostolorum traditiones prope in conspectu & ante oculos Clementem habuisse edoceamur; per istas enim traditiones ipsas hæc constitutiones seu Canones intelligit, nulloque ita fundamento negati posse censet, quod Clemens eos literis consignaverit. Quid? quod Canones istos ab Apostolis conditos, & a Clemente scriptos fuisse, ex Ecclesiæ, quæ nec decipere queat, nec decipi, consensu, & Conciliorum, generalium æque ac particularium, plurimorumque Pontificum testimoniis abunde constat. Tradere quidem hæc observat nonneminem e Criticis (hoc nomine suum Adversarium perpetuo designans,) citatos haberi a Conciliis & Pontificibus hos Canones sub nomine A-

C. L

ll u u j

post-

- postolorum, citra definitionem expressam, an vere an falso iis inscribantur, solum quia, ut sic citarentur, usus inoleverit. Ast nihilominus hinc consecuturum ait, Ecclesiam deceptam fuisse, Canones illos pro
- C II. Apostolicis venditando. Occasionem vero condendis his Canonibus dedisse ait Cerinthum, populum adversus Apostolos velut Mosaicarum legum contemtores concitantem: unde ad mulcendos Judæos, recens ad Christum conversos, Mosenque aboleri penitus haudquam passuros, Apostoli in Synodum Hierosolymis coierint, utque ostenderent, Mosaicæ legis zelatores se, non destructores esse, Canones hos juxta præcepta Mosaica construxerint. Insignem enim illorum cum his convenientiam exemplis non unis probare, insuperque passim in Epistolis suis Paulum ad eos respicere, e locis inter se collatis evictum dare nititur. Post ad Criticum suum iterum se confert, qui Orientalis & Occidentalis Ecclesiæ circa Canonum horum numerum discrepantiam adversus eos allegaverat. Sed hanc ipsorum auctoritati nihil posse officere respondet, cum & in variis, quorum nonnullos recenset, ritibus Ecclesia illa ab hac impune abeat. Dehinc ante sextum seculum receptos in Ecclesia Orientali Canones fuisse negat ille; sed nec probari satis posse hanc sententiam respondet Noster, nec, si probari posset, actum fore de Apostolorum Canonibus admittit: nam & libros quosdam Biblicos serius receptos fuisse ait, quorum tamen ideo auctoritatem impugnare nemo facile sustineat. Ut tamen & ante sextum seculum obtinuisse eos præbet, agitatum primo de Paschatis celebrandi tempore controversiam in subsidium vocat, ac non alia de causa Quartadecimanos tantopere impugnatos monet, quam quia Canonem, qui inter Apostolicos octavus sit, manifeste violarint. Equidem tamen concedatur, Philippum quoque & Johannem aliquando cum Judæis Paschatis mysterium celebrasse, non eum tamen id in finem factum esse regerit, ut Canoni isti adversos sese gererent, sed ut ingeniis diversorum se accommodantes, omnes lucrifacerent. Si quis instet, in controversia illa a nemine tunc citatum reperiri hunc Apostolorum Canonem, respondet, litem hoc pacto moveri de solo nomine, cum traditio Apostolica, quam omnes in ore habuerint, ipse utique hic Canon sit. Similia fere repetit in altera de hæreticorum baptismo controversia, ubi certe Romanus Pontifex sola illa regula, quæ inter Apostolorum Canones quadragesimum septimum lo-
- eum

eum obtinuerit, fretus tot Orientalium Africanorumque conatus quassarit, & in nihilum tandem redegerit. Imo & Africanis Canonem illum haud ignotum fuisse statuit. Ut ut enim in aliam fortassis opinionem deduci posset quispiam, ex eo imprimis, quod Canone 46 hæreticorum baptisma penitus damnatur, istum vero allegare omiserint Orientales & Afri, etiamsi eorum causæ adversus Romanum Pontificem haud parum profuisset; unde ignotos ea ætate Orientalibus & Africanis Apostolorum Canones fuisse conjicias: observat tamen, Apostolos damnasse istud solum hæreticorum baptisma, quod non juxta formam a Christo traditâ peractum fuerit; unde Orientales & Afri eos etiam rebaptizantes, qui forma integre servata olim baptismum acceperant, pro sua illum sententia allegare nequiverint. Patres Concilii Nicæni, dum Leontium, Ecclesiæ Antiochenæ Presbyterum, quod semetipsum castrasset, ut absque suspitione cum Eustolia dormire posset, presbyteratu privarint, ad vigesimum tertium Canonem Apostolicum respexisse & provocasse, indubium existimat; similem enim Eunuchis ullam regulam in Conciliis ante habitis vulgatam extare negat, eamque in Synodis Nicænam antecedentibus, quas enumerat, ostendit. Similem in modum & in sanctionibus aliis, Synodum Nicænam Canones Apostolorum, non morem duntaxat in Ecclesia receptum, ceu opinentur quidam, præ oculis habuisse contendit. In Concilio præterea Gangrensi adversus Eustathianos habito, in Antiocheno A. C. 341 celebrato, in Synodo Carthagenensi A. 348 instituta, in Concilio Constantinopolitano primo, Synodoque Carthagenensi secunda, Canones Apostolorum nunc repetitos, nunc confirmatos asserit. Synodi Nicæne Canonem 13 & Ancyranæ Canonem 21 ad antiquas provocare regulas, nuspiam quidem in vetustioribus monumentis, sed nec in Canonibus quoque Apostolicis reperiundas, innuerat Adversarius, & exinde collegerat, traditiones a Synodis memoratas, at nuspiam alibi extantes, haud necessario pro Apostolorum Canonibus habendas venire. At Noster legem illam, quam citato loco Nicæni laudent Patres, in Concilii Romani, sede vacante a Clero A. 250 aut 253 celebrati Epistola Synodica ad Cyprianum missa reperiri, confirmatamque esse in Synodo Carthagenensi, & in alia Romana sub Cornelio Pontifice: illam vero, ad quam Ancyram Patres provocent, Canone sexagesimo tertio Concilii Illiberitani extare regerit,

C. IV.

- C. V. VI. rit; eademq; methodo Patrum aliorumq; qui quarto & quinto seculo scripserunt, ac Synodorum hoc posteriori coactarum testimonia non nisi ad Apostolorum Canones respicere, probatum dat. Non equidem inficiari se dicit, sexto demum incunte seculo Dionysium Exiguum collectionem illam Canonum Apostolicorum suscepisse; negat autem inde sequi, quod ante illam collectionem haud extiterint; alias enim ceteros Canones, qui ante Dionysianam collectionem in nullo codice simul collecti extabant, eandem passuros difficultatem. Dionysium & Cresconium asserere, quod Canones illi post collectionem non statim recepti fuerint ab omnibus, expresse negat, eorumque loca ab Adversario adducta de eo, quod ante collectionem fuerit actum, testimonium perhibere observat. Argumentum vero a Ferrandi Carthaginensis Ecclesiae Diaconi, & Marini Bracarenis Episcopi alto de his Canonibus silentio depromptum, nimis probare putat. Si enim exliceret inferre, quod Canones isti statim post Dionysianam collectionem ab omnibus Occidentis Ecclesis inter regulas ecclesiasticas admisi non fuerint, futurum, ut omnes etiam alii Canones ab his Scriptoribus omissi e regularum ecclesiasticarum tunc ubique receptorum censu eliminandi venirent. A Gallicanis Episcopis post collectionem Dionysianam Canones Apostolorum receptos non fuisse, tantum abest ut admittat, ut corruptis etiam depravatisque & quasi apostolicis Canonibus eos reverentiam exhibuisse testetur. Hincmaro in memoratis alicubi codicis Gallicani Canonibus, Apostolicos omittenti, Hincmarum eosdem alibi expresse allegantem opponit. Vicissim plura coacervat testimonia eorum, quos & ipso sexto seculo, & aliquot proxime seculis ad Canones Apostolorum provocasse, & progeniis eos agnovisse autumat. E Canone quidem sexto de uxore ab Episcopo religionis praetextu non dimittenda, veluti virorum sacrorum continentiam destruyente, plurimos ait arguere, quod Apostolorum Canones suppositivi sint. At vero, si res ita haberet, multa quoque Concilia idem praecipiente rejici debere respondet, & Apostolos speciali Spiritus S. instinctu Canonem illum condidisse monet, quippe qui matrimonii, quod vocat, Sacramentum a Saturnino aliisque tanquam impium damnatum iri praeviderint; unde istud adeo roborare decreverint, ut ne sacris quidem Ministris sub praetextu religionis licere uxores antea ductas dimittere edixerint. Frustraneum esse ait suum Adversarium,

C. VII.

farium, ubi Canones hos ideo impugnet, quod veteres quatuor priorum seculorum Patres inter sacras Novi Testamenti Scripturas eosdem haud retulerint: in seriem namque librorum Novi Testamenti ea tantum opera, quæ scriptis mandata fuerint, admitti debuisse notas, Eusebium & Hieronymum Apostolorum opera omnia summa cum diligentia recensuisse admittit; sed ad scripta solummodo respectum habuisse addit, unde eorum de his Canonibus silentium facere huc nihil possit. Stylum ab Apostolico loquendi more alias consueto in Canonibus alienum objecerat ille: verum & inde nullam fluere idoneam consequentiam Noster statuit, cum & in scripta ad Hebræos epistola Paulus, & in secunda sua Petrus, & in posterioribus epistolis pariter ac in Apocalypsi Johannes, a semetipsis, si scribendi modum spectes, sæpe abeant. E Canonibus 21, 22, 23, 24, qui de abscissis agunt, argumentatus contra auctoritatem eorundem omnium fuerat Adversarius, cum verosimile non sit, Canones hos ab Apostolis fuisse promulgatos, quandoquidem illis vel proxime consecutis temporibus nulla semet castrantium exempla obvia habeamus. Ast enim vero non ad sua, sed ad futura tempora, Canones hos proferentes Apostolos oculum flectere voluisse, Noster ianuit. Justinum Martyrem exemplum alicujus adolescentuli, a Felice Alexandria Præsule permitti Medico, ut ipsum castraret, postulantis, Gentilibus Christianos nocturnis conventiculis in omni libidinum genere debacchari divulgantibus opponere observat; unde haud mirum ait, quod Canonum Apostolicorum mentionem eo in loco omiserit. Non igitur favere ipsum Adversario, sicut nec allegatum ab eo Origenis seipsum excidentis exemplum huc quadret: hunc etenim accusat, quod nimia temeritate ductus, proprioque nimis ingenio fidens, & Apostolos idcirco parvipendens, facinus illud aggressus fuerit, quod a gravissimis Viris merito in ipso notatum ostendit. Athanasium de Leontio, Episcopo Antiocheno, seipsum abscidente agentem, nullum penitus commemorasse Canonem: unde etiam inferri nequeat, ceu velit Adversarius, quod Nicænum primū canonem potius, quam Apostolicos, in mente habuerit. Epiphanium, ubi mentionem injiciat Valesiorum, in iis confutandis & alia loca, quæ ipsi magno esse potuissent usui, omittere: unde Canonibus Apostolorum nullum nascatur ex hac præteritione detrimentum. Apostolos ipsosmet contra Canonem suum quadragesimum nonum,

aut quinquagesimum ex Dionysiano ordine, egisse Criticus, qui Nostro audit, asseruerat, cum trinam in administrando baptismo immersionem non semper frequentarint, ut pote quæ in tanta hominum multitudine una aliquando die baptizata peragi haudquaquam potuerit. At fieri istud haud difficulter potuisse, & reapse quoque factum, Auctor contra affirmare nullus dubitat. Eodem Canone Apostolos in futurum prospexisse, denuo observat; unde frustra ille urgeat, quod ipsorum tempore nulli adhucdum hæretici, quos redarguere effato suo potuissent, extiterint. Gelasium Pontificem in Synodo Romana, cui A. 494 præfuerit, librum quidem Canonum Apostolicorum ab hæreticis confictum, non genuinos illos Apostolorum Canones, apocryphorum numero accensuisse, nec opus fuisse, ut librum hunc expresse a genuinis Canonibus distingueret, probe gnarus, quod hi non circumferrentur in peculiari libro, sed locum sibi tanquam proprium in appendice ad Constitutiones Apostolicas vindicarent: quo potissimum ex fundamento Bellarminum quoque & Baronium defendit, quorum uterque quinquaginta Canones a Gelasio damnatos itidem pernegaverit. Quid? quod plura etiam opera alia in Gelasiana reprobatione habeantur, quæ tamen Ecclesia haud penitus rejiciat: unde patere putat, quod & spurios solum Canones in illo libro occurrentes, non legitimos, Gelasius apocryphos declararit. Quæ ex Isidoro apud Gratianum citato urgeat Criticus, non ex Hispalensi illo, sed alio, cui Mercatoris cognomentum, deprompta, insuperque verbis Auctoris genuinis, quæ ex Baronio recitat, penitus adversa esse statuit. Hincmarum Remensem quidem asserere largitur, Canones Apostolorum non ab Apostolis conscriptos credi; negat autem, eum aliud his verbis insinuare, quam quod literis consignati ab Apostolis haud credantur: quod sicut omni destituatur dubio, ita Hincmarum a libi palam auctoritatem eorum ad Apostolos retulisse scribit. Tandem confictionem horum Canonum ad Firmilianum ubi referat Adversarius, judicem ipsum ait & partem una evadere, utque sententiam hanc novam tot testimoniis confirmet, quos ipse suam corroborarit. hæctenus, efflagitat.

THE-

Lugduni Batavorum, apud Petrum & Balduinum vander Aa, cælatore
Hildebrando vander Aa, 1697. in Fol.

Constat 52 plagulis, 47 figuris majoribus, 39 minoribus.

OMnia vicibus esse subjecta, nec statum suum perpetuo tueri quicquam, tot urbes, tot templa, tot moles, quibus Græcia olim inclaruit, & in admirationem cunctos rapuit, nos commonefaciunt: quam si hodie perlustramus, incultam, rudem, barbaram, desertam, & degenerantem usque adeo a prisca illa videmus, ut dubitandi relinquatur locus, an unquam talis extiterit, qualem describam: ab auctoribus illius ævi legimus. Quo magis laudanda est eorum industria, qui in antiquitatibus Græciæ scrutandis, aut eorum qui perscrutati istas fuerunt, operibus servandis, quæque reperta ab iisdem, monumentis ab interitu vindicandis, præclaram operam ponunt. Thesaurum hujusmodi illustribus ex omni Græca antiquitate depromptis, & vel in cimeteriis Principum extantibus, vel in collectionibus doctorum hominum, qui ab hoc antiquorum monumentorum colligendorum studio Antiquariorum nomen adepti fuerunt, aut in describenda Græcia operam posuerunt, superstite monumentis referunt congerere, in ordines redigere, & posteris spectandum relinquere satagit celeberrimi viri Jacobi Gronovii industria. Is siquidem postquam multum sibi gloriæ, non magis ex patris nominis extenso decore, quam æditi præclaris operibus, per univèrsam orbem litterarum paravit, cujusvis ætatis Græcos & Latinos auctores veteres non modo familiares sibi, verum etiam ex antiquitate intima intimoque eorum sensu & indole perspectos habens; nunc potiores Græciæ antiquitates, & prisca ævi reliquias, instar dissipatorum & passim sparsorum virgultorum, ut ait, in fascem connexas, & justis voluminibus inclusas, sub Thesauri earum titulo evulgare instituit: exhibiturus effigies virorum ac foeminarum illustrium, quibus in Græcis aut Latinis scriptoribus aliqua memoriæ pars datur, & in quocunque orbis terrarum spatio ob historiam, vel res gestas, vel inventa, vel locis nomina data, ac doctrinam, meruerunt cognosci; item variarum regionum miranda, quæ celebrata apud antiquos saxisque & ære expressa occurrunt, omnia ex veris sincerisque documentis petita, & pro serie temporum disposita.

X x x 2

Pri-

Primum Thesauri hujus volumen hoc anno publici juris fecit; in quo mythici temporis, quod Trojano bello terminari ait, memorabilia complexus, eadem nonaginta septem tabulis æneis affabre designata exhibuit; adjecta cuiusvis imagini expositione; quæ veterem fabulosam *Promethei, Parcarum, Musarum, Nympharum, Endymionis, Beroes, Atys, Ganymedis, Marsya, Tityi, Inus, Agave, Zetbi, Amphionis, Dirca, Niobes, Persei, Andromeda, Minotauri, Leda, Cephalis, Procridis, Oenei, Callirrhoes, Orphei, Hyla, Herculis, Calnidis, Cyzici, Medea, Meleagri, Atalanta, Alcestitis, Admeti, Omphala, Jole, Oedipi, Hesperidum, Stymphalidum, Admeta, Aventini, Eurypyli, Sardi, Aerei, Paridis, Laocoontis, Iphigenia*; & illustrium personarum, *Cyclopi, Cæcropis, Hellenes, Cadmi, Semiramidis, Lacedæmonis, Danaï, Mida, Pergami, Bellerophontis, Minois, Dadali, Ariadna, Hyacinti, Æeti, Jasonis, Euphemi, Thæsei, Phædra, Amazonum, Hylli, Ajacis, Chironis, Machaonis, Hectoris, Andromacha, Arbillis, Diomedis, Æneæ*, cum *Anchise & Julo*; urbium item, regionum, montium, & fluviorum, *Acbeloi, Damasci, Europa, Apollonia, Lacedæmonis, Beryti, Cydonea, Naxi, Teni, Scylla, Corcyra, Tarenti, Abdera, Tomorum, Smyrna, Myrlea, Eubæa, Alabandii, Aibus, Rhodopes, Tmoli, Sipyli, &c.* historiam illustrat. Neque enim sufficere ratus est; imagines nudas exhibuisse; & formarum a veteribus concinnatarum fictarumque dare conspectus; sed rerum ac historiarum explicationibus singulas quasi vestientias & dilucidandas duxit, ut non visus modo suam oblectationem; sed studia etiam trahant emolumentum: dum memorabilis cujusque rei complexus, ex antiquitatis cælatura oculis subjectus, brevi descriptione explicaretur, quæ ad certam claramque rerum prisicarum notitiam multum confert. Varia inde Auctorum loca; quæ ad iconis cujusque illustrationem pertinent, in his explanationibus explicata; quædam emendata; (ut Hygini in *Prometheo*, *Cadmo*, *Marsya*, Stephani in *Semiramide*, Ovidii in *Niobe*) nummos etiam cum imaginibus istis quodammodo cognatos, aut easdem exprimentes, passim ærernimus apposite admixtos, varios recentiores scriptores notatos, & criticum subinde adhibitum acumen. Quæ omnia nos desiderio accendunt reliquorum Thesauri voluminum, qui visibilem, ut doctissimus Auctor loquitur, Græciæ veteritæ historiam complectatur, & in quo repositum, quidquid auri argenteque præfici, vel æris, alteriusve ornata-

ornamenti, ad antiquitates Græcæ pertinens, restet; conspicendorum.

ORIGINES ET SUCCESSIONES COMITUM WETTINENSIS-

am, auctore CHRISTOPHORO Christophori F. CELLARIO.

Halæ Magd. sumtu Jo. Frid. Gleditsch, 1697. in 4. plag. 8.

VWettinensem agrum, in Ducatu Magdeburgensi situm, ea nunc felicitate gaudere cernimus, ut a benignissimo Domino, Illustrissimo *Dn. EBERHARDO BARONE DE DANCKELMAN*, supremo in Aula Electorali Brandenburgica Status Ministro, & Collegiorum omnium Præside ac Rectore consiliorum, cui tractus iste Potentissimi Heri ipsius clementia & grati animi testificatione concessus est, felicitator excolatur, eidemque Gratosissimo Domino ubertatem suam, & in carbonibus fossilibus largiter suppeditandis fertilitatem, abunde prober. Ditionem hanc quum possederint olim Comites Wettinenses, ab hoc castro, quod *Wettin* dictum, nomen sortiti, rerum gestarum & antiquæ nobilitatis ac fortitudinis famam inclyti; non alienum a pietate & obsequio erga Gratosissimum tractus istius Dominum, benignitatis ejus alumnus, doctissimi & eloquentissimi Christophori Cellarii *ὁ μόνυμος* Filius duxit, in primam Comitum horum originem inquirere, eorumque successiones ad Serenissimos usque Saxoniarum Duces, qui ex illis orti sunt, ex antiquis monumentis investigare. Quod quam difficile sit & arduum, ob veterum Germanorum in annotandis rebus suis incuriam, dum a litterarum cultu prorsus essent alieni, §. 1. ostendit. Ad Wittekindum Magnum castri hujus exortum minus ex vero referri §. 2. tradit, rectius (etsi nec hoc satis sit explicatum) ad filium Wittekindum juniorem eum trahi existimat §. 3, cujus ex Ditem grempio filio, & Ditemaro nepote, pronepos Thiedericus I ejusque posteriteri ad Ottónem usque tertium, ultimum Brenensem Comitem, juxta serie Wettinensem Comitatum possederint, anno 1288 Archiepiscopatu Magdeburgensi concessum, cujus donationis diploma §. 20. exhibetur. Thiederici I ex Dedone filio nepos fuit Thiedericus II. (de quibus §. 5. 6. 7.) cujus filii plures, Fridericus, Dedo, Thiemo, Gero, Conradus, Rigdagus, §. 9. n. n. enarrantur. E quibus Thiemo Comitatum Wettinensem ad Conradum Misnæ & Lusatiarum Mar-

chionem transmissit §. 12. qui quum filios quinque haberet, ne litem jis in dividenda hæreditate relinqueret, unicuique suam regendam partem assignavit, & Ottoni Marchiam Misnensem, Thiedericò Lusatam, Henricò Comitatum Wettinensem, Dedoni Rochlicensem, Friderico Brenensem tradidit §. 15. Henricus ad filium Ulricum Wettinensem Comitatu propagavit §. 19, & quum anno 1206 Ulricus decessisset, ac altero anno post filius ejus ætatis anno duodecimo vitam finisset, Comitatus iste in agnatum Fridericum Brenensem Comitem devolutus est, cujus abnepos Otto, anno 1290 mortuus, castrum Wettinense, ut diximus, Archiepiscopatu Magdeburgensi donavit §. 20. Hujus Præful Guntherus arcem istam, cum agris quibusdam circumjacentibus, primum oppignorasse Ammendorfio Nobili, postea eidem & Caspary Winkelio Fridericus Archiepiscopus vendidisse anno 1446 feruntur; unde Nobili familiæ Winkelix jus, quod hodie disceptatur, in has terras fuit datum §. 22. Archiepiscopis autem integrum semper jus aperturæ & sequelæ, nec non metallicarum fodinarum mansisse, e tabulis feudalibus Auctor p. 22. monstrat: quarum fodinarum uberem proventum a Potentissimo Electore Brandenburgico, consiliorum moderatori sapientissimo, quem supra diximus, Eberhardo Dankelmanno esse concessum, in quem castrense etiam aut burgaticum feudum castelli hujus a familia Trottenorum derivatum sit, §. 23. affirmat. De cœnobio S. Petri in Monte Sereno seu Lauterberga, quod Comitibus Wettinensibus sepulcra præbuit, quæ adhuc ex cæso lapide structa ibi conspiciuntur, a Dedone & Conradò fratribus, Thiemonis filiis, anno 1124 jactis fundamentis exstructo §. 12, 13. narrat, simulacris Comitum & eorum conjugum, quæ ibi supersunt, §. 25. recensitis; quæ delineata cernere licet in Chronico Montis Sereni hujus, a Joachimo Johanne Madero A. 1665 edito. Tabula Genealogica, quam Auctor adjecit, a Wittekindo Juniore ad Fridericum usque Bellicosum primum Saxonix Electorem, & Ottonem III. ultimum Wettinensem Comitem deducta, perspicue ostendit, qua serie per Marchiones Misnix, a Comitum Wettinensium stirpe propagati sint Duces Saxonix & Electores.

FLO-

FLORA MALABARICA, SIVE HORTI MALABARICI CATALOGUS, auctore CASPARO COMMELINO.

Lugduni Bat. apud Fred. Haaring, 1696. in fol. & oct. Plag. 19.

Inter opera Botanica, quæ hoc tempore celebrantur, vel maxime Hortus Malabaricus eminet, nobilissimi celeberrimique viri *Henrici van Reede tot Draakenstein* auspiciis in Hollandia editus, ac duodecim in folio, ut loqui solent, voluminibus comprehensus. Et priores quidem quatuor illius partes in *Actis* hifce A. 1684, p. 195 sqq. exhibuimus, totius simul instituti ratione uberius exposita. De parte quinta A. 1685, p. 401, de sexta, septima & octava A. 1688, p. 479 quædam nos dixisse meminimus. Reliquas quo minus speciatim recenseremus, vel ipsa librorum novorum, qui se undique offerunt, copia fuimus prohibiti: tamen si minimè nos latuerit, partem nonam A. 1689, decimam A. 1690, undecimam A. 1692, & duodecimam eamque ultimam A. 1693, cunctas ab eodem Van Reede adornatas, ab *Abrahamo a Poer* in ordinem redactas & Latinitate donatas, a *Jo. Commelino* notis illustratas, typis Amstelodamensium in lucem publicam prodiiisse.

Ad tam splendidum vero opus uti post Reedium *Jo. Commelinus*, Reipublicæ Amstelodamensis, dum viveret, Senator & Horti Medici Præfectus plurimum contulit, singulis præter primum, in quod *Arnoldi Syen* notæ extant, voluminibus commentario ornatis: ita ejusdem ex fratre nepos, qui hoc tempore Horti Medici Amstelodamensis curam gerit, vir clarissimus, *Casparus Commelinus*, id suarum esse partium duxit, ut pretiosum opus plurimum usibus accommodaret, & elegantia illius ac velut majestati utilitatem haud paulo majorem adjungeret. Nimirum cum in opere ipso plantæ Malabaricæ ut plurimum nominibus designentur, quas aliis & sæpe convenientioribus tum veteres tum recentiores rei herbariæ scriptores insignire consueverunt, (quorû quidem non pauca *Jo. Commelinus* jam indicaverat in notis,) præsentem accuratumque Horti illius Malabarici Catalogum componere voluit, plantarum nomina omnia in ordinem alphabeticum disposita complexum, ut quisque plantam sibi propositam, modo quæcunque ejus nomen noverit, sine molestia invenire posset. Nos ut non dubitamus, quin grato animo agnoscantur sint laborem istum Botanophi-

nophili: ita, ne specimen ejus desit, duo exempla producere non gravabimur. Tomo II p. 53 Reedius plantam sinit *Ericu* Malabarenfibus, *Roey* Bramanibus dictam. Eandem *Jacobo Breynio in Prodromo secundo Fasciculi variorum plantarum* Apocynum erectum majus latifolium Indicum, flore concavo, amplo, carneo, suavepurpurascete, *Paulo Hermanno in Catalogo Horti Academici Lugduno-Batavi* Apocynum latifolium Ægyptiacum, incanum, erectum, floribus spicatis maximis pallide violaceis, siliquis folliculatis rugosis, *Casparo Bauhino in Pinace* Apocynum Ægyptiacum lactescens siliqua Asclepiadis, *Abrahamo Munting in Curiosa Descriptione Terra Nascentium (Naukeurige Beschryvinge der Aardgewassen)* Apocynum Syriacum, *Pittomi Fournefort in Elementis Botanices (Elemens de Botanique)* Apocynum Ægyptiacum floribus umbellatis, *Joanni Parkinsonio in Theatro Botanico* Apocynum rectum Americanum majus sive latifolium, *Jo. Veslingio in Observationibus de Plantis Ægyptiacis* Beidelsar, *Jo. Bauhino in Historia plantarum uniuersali* Beidelsar Alpinj, sive Apocynum Syriacum, *Carolo Clusio in Historia variorum Plantarum* Apocynum sive Syriacum, sive Palæstinum, & forte Ægyptiacum, *Zeylonensibus* Waraghalam appellari, ex Catalogo nostro Commeliniano discēs. Tomo III p. 59 Reedius arborem exhibet *Malabarenfibus* Panja, *Bramanibus* Sangori, *Lusitanis* Algodano, *Malaccis* Kapock, *Belgis* Dousboom, ut ipse monet, dictam; quam ex Catalogo nostro comperies eandem esse, quam *Hermannus l. c.* Gossipium arboreum Orientale foliis falcis digitatis latioribus, *Jo. Rajus in Historia Plantarum* Gossipium Indicum falcis folio, fructu quinqucapsulari, *Leonardus Plukenetius in Phytographia* Gossipium seu Xylon, arborem Orientalem, seu digitatis foliis levibus, fructu quinqucapsulari alba & nitente lanugine fæcto, *Caspar Bauhinus in Pinace* Gossipium Javanense, falcis folio, *Car. Clusius in Historia Exoticorum & Jo. Bauhinus in Hist. Plant. Univ.* Lanigeram arborem peregrinam, *Jac. Bontius in Historia Naturali & Medica India Orientalis* arborem Lanigeram sive Gossampinum Plinij appellitant.

ERRATA.

Pag. 489. l. 17. 18. lege: *antiquissimam fuisse, & diu ante, quam eadem apud Græcos Romanosve invaluisset, apud alias gentes usitatam.*
 Pag. 492. l. 1. lege: *per insignem.* Pag. 493. l. 16. lege: *immunes nos non sinit Imperatoris ipsius.*

ACTA ERUDITORUM

*Publicata Lipsia
Calendis Decembris, Anno M DC XCVII,*

*A NEW THEORIE OF THE EARTH, &c. HOC EST:
NOVA TELLURIS THEORIA, AB EJUS ORIGINE USQUE
ad consummationem: in qua ostenditur, creationem mundi he-
xaemero, diluuium universale, & generalem conflagrationem, prout in
Scriptura proponuntur, perfecte congruere cum ratione & philosophia,
Auctore GUILIELMO WHISTON M. A. & Reverendi Epi-
scopi Norwicensis Capellano &c,*

Londini apud Benjam. Tooke, 1696. 8. Plag. 31.

TEntaminis hujus Philosophici, celeberrimoque viro *Isaaco Newtono*, (cujus subsidiis, consiliis, auspiciis id potissimum acceptum refert doctissimus Auctor) nuncupati recensio-
nem, quamvis paulo serius factam, non ingrattam fore spe-
ramus curiosis Lectoribus, cum multa nove, argute, eruditeque tra-
dita comprehendat, quæ more nostro censuram aliis relinquentes,
summatim referemus. Tota Theoria quatuor traditur libris, quorum
primus lemmata, secundus hypotheses, tertius phænomena, quartus
phænomenorum solutiones complectitur. Illis vero dissertatio
præmittitur, de natura, stylo & extensione historiarum creationis a Mose
descriptarum: in qua id præcipue ostendere satagit Whistonus, Mosen
non reliquisse nobis subtilem & philosophicam doctrinam de origine
hujus universi, sed historicam veramque repræsentationem formatio-
nis telluris nostræ, ex rudis inordinatarumque materiarum confusa conge-
rie, quam Chaos dicere solemus, & successivarum visibiliumque muta-
tionum, quales spectator in terræ superficie constitutus fideliter
annotasset diebus singulis, donec habitatio generis humani evaderet.
Existimat enim, hanc explicationem requirere ipsa Mosis verba, qui
primis Geneseos verbis omnium rerum productionem designet, dein-
de vero descendat ad enarrandam non illam terræ formationem, quæ

Y y

facta

facta ex nihilo, cum ea præcedentibus jam verbis fuerit comprehensa; sed ad explicandam ordinationem ejus, dispositionem, & in meliorem utilioremque statum mutationem, a Deo immortali adhibitis mediis naturalibus factam, quæ actio frequenter in Scriptura creationis nomine venire solet. Huic vero sententiæ non obstare putat, quod nonnquam cœlum & terra, tanquam objectum hujus creationis allegantur, disertisque verbis Gen. I, v. 16. creatio Solis Lunæque recensetur: quippe cum per cœlum & terram in Scripturis sacris sæpe mundus hic sublunaris, seu globus terraqueus cum sua atmosphæra, intelligendus sit, verbumque Mosis *וַיַּבְרָא* commodè per plusquamperfectum, & *fecerat*, possit explicari. Quæ responsio cum satisfacere non possit objicienti, creationem cœlestium corporum quartæ diei opus a Mose perhiberi: alia ipsi in promptu est, qua affirmat, Scripturam se accommodare ad vulgarem hominum apprehensionem, quoad illa philosophiæ naturalis dogmata, quæ non capere satis sunt idonei; speciatim autem quoad situm, distantiam, magnitudinem, usum & motum corporum cœlestium; quæ nobis repræsentet tanquam luminaria ignea, in atmosphæra nostra collocata, & ad eam non secus pertinentia a terraque dependentia, quam nubes aut alia aerea meteora, ac proinde in historia creationis telluris eorum quoque mentionem faciat. Quam sententiam tum variis Scripturæ locis, tum rationibus fulcire conatur. Neque enim Scripturam eum in finem literarum monumentis consignatam esse, ut homines Philosophiam doceat, ipsisque corpora cœlestia contemplanda proponat, quatenus sunt præcipuæ hujus universi partes, maxima nobilissimaque corpora, variis & immensis distantibus a terra remota, periodos motuum habentia regulares & harmonicas, aliasque hujusmodi affectiones, quas Astronomiæ scientia imbuti considerare solent: ac proinde mirum non esse, Scriptores sacros corpora illa cœlestia describere quasi appendices telluris nostræ, cum apparere oculis nostris non magis remota soleant quam nubes; præcipue cum alias etiam de aliis rebus soleant loqui, non uti revera sunt, sed ut constanter apparent. Unde putat Auctor, quando lumen factum dicitur, nihil aliud a Mose innui, quam superiorem chaos regionem tam claram defæcatamque fuisse redditam, ut Solis radios aliquo modo transmitteret, fieretque sensibilis distinctio inter noctem atque diem: Solem autem, Lunam & stellas tunc demum conditas asseri, cum

aer

aer ita pellucidus fuit redditus, ut luminaria hæc fierent conspicua, & corpora eorum ab oculo in terra constituto ita videri possent, uti nobis jam sudo cœlo interdum aut noctu apparent. Multas enim res in Scriptura sacra affirmari esse certa ratione, quando effectus tantum, quos sentimus, tales sunt, quales essent, si causæ revera ita se haberent, uti describuntur. Huic tamen doctrinæ, ne in abusum trahatur, hanc adjicit cautionem: sacros Scriptores non promiscue usos hac libertate, sed tum demum, cum sublimitas argumenti, capacitas populi, & facilius instillatio utilium principiorum in animos hominum, aliaque gravis ratio, talem accommodationem exposceret. Quod si autem requiras, quam igitur ob causam commemoret hæc corpora cœlestia Moses, cum de terræ nostræ origine exponit; id ideo factum affirmat, ut Judæos ab adoratione exercitus cœlorum avocaret, repræsentando illis sidera ut igneos lucidosque glôbulos in aere pendulos, & intra aut prope nubes revolutiones suas peragentes. Cui accedit, quod Moses, diarium quasi historicum mutationum chaos & mundi visibilis factarum diebus singulis consignans, insignem illam, quæ quarto die contigit, non potuerit omittere. Ulterius historiam creationis non porrigi ultra terram, & quæ ad eam pertinent, hinc etiam colligit, quod chaos non fuit materia corporum cœlestium. Expresse enim terra vocatur Gen. 1 & 2, in oppositione ad cœlum, neque corpus illud tenebricosum potuit includere materiam Solis & innumerarum fixarum: cum non adpareat, quomodo tenebris immersa possit esse massa, cujus centesima tantum pars obscura, reliquæ omnes sunt lucidæ. Addit, repugnare discessionem velocissimam particularum lucidarum ex chao in remotissima illa spatia ætherea proprietati certissimæ materiæ, gravitationi nempe universali, seu vi centripetæ, & inniti opinionem contrariam falsæ hypothese, tellurem esse centrum universi. Quam eo quoque refelli porro statuit, quod, nisi concedatur, creationem Mosaicam solam respicere tellurem nostram, tempus creationis singulorum corporum tam extreme disproportionatum sit ad opera ipsa, ut hæc asymmetria plane conciliari nequeat cum sapientia Creatoris, & recensione operum a Mose prodita literis: quoniam (quavis necesse non sit, ut omnibus in casibus cognoscamus rationes divinarum actionum aut providentiæ, antequam iis adhibeamus fidem, præsertim ubi revelatio est perspicua, aut objecti sublimitas captum no-

strum excedit) nostrum est, quotiescunque cognoscimus, quod Deo ascribi videtur, si ab hominibus fieret, in imperitiæ, imprudentiæ, indecorique reprehensionem incurrere, id a Deo amoliri, a quo imperfectio omnis alienissima, & commodam quærere interpretationem. Hæc ne gratis dixisse videatur, pluribus urget, secundum vulgarem interpretationem, longitudinem diei 24 horarum nullam habere proportionem ad opera in eo peracta: tertio diei duo distincta, imo incompatibilia assignari opera, cum reliquis unum aut unius generis tribuatur; terra, si ad reliqua respicias, tam exilis contemnendique corporis formationi & exornationi quatuor integros dies attribui, dum Sol, Luna & stellæ, vastissima illa & nobilissima corpora, in unius diei opus compinguntur. Præterea objicit, in vulgari Mosaicæ creationis schemate omnia ita confuse & minus philosophice representari, ut plane id non conveniat cum sapientia & perfectione Dei, dum corporibus naturæ similis origo dissimilis, contra rebus dissimilis naturæ similis tribuitur origo; de corporum illustrissimorum & maxime considerandorum origine vix ulla fit mentio; neque partium ullius corporis, nisi terreni, formatio specialius describitur; lumen apparuisse dicitur, antequam Sol, fons ejus & origo, creatus; excavatioque alvei oceanici & elevatio montium talis Deo tribuitur, quæ non naturalis & plane indecens est. Porro cum manifestum sit, quæ a Mose commemorantur omnia ad utilitatem terricolarum referri, absurdum vero sit statuere, tot millia corporum gloriosorum, vastissimorum & immensis a nobis distantis remotorum, ut ne quidem omnia in conspectum nostrum veniant, solius globuli terræ aut ejus incolarum in gratiam condita esse: vel hinc effici putat, Mosaicam creationis historiam non ultra terræ productionem esse extendendam; præsertim cum hoc neque intentio scriptoris requirat, nec populi Israelitici capacitas ferre poterit strictè philosophicam veramque enarrationem originis hujus universi. Idem consequi ex eo censet, quod etiam diluvium & conflagratio quæ eosdem habeant limites cum operibus hexaemeri, ad terram, quæque ad eam pertinent, tantum porriguntur: ut proinde satius sit statuere, uti hexaemeri spatio tellus propter hominem condita, ita reliqua etiam corpora caelestia aliis temporibus, propter alias creaturas formata: quarum multas posse esse myriades intellectu nobilitateque nobis præstantiores, facile intelligamus, si infinitam naturam

turam & nullis coarctatas limitibus perfectiones divini Numinis rite perpendamus.

Quæ quidem prolixius explicare consultum duximus, cum huius doctrinæ tanquam tibicini tota reliqua moles innitatur. Lemmatibus, quorum 83 primo libro exhibentur, Postulata præfiguntur sequentia: (1) obivum literalemq; Scripturæ sensum verum esse genuinumque, ubi nulla evidens ratio in contrarium dari potest. (2) Quod perspicue a naturali causa derivari potest, non arcessendum esse a miraculosa potentia. (3) Quicquid antiqua traditio de constitutione naturæ ejusque origine, & primitivo mundi statu asserit, non esse rejiciendum, si plene cum Scriptura, ratione & philosophia consentiat. De ipsis autem lemmatibus ideo parcius nobis dicendum erit, quod pleraque ex acutissimi Mathematici *Isaaci Newtoni* Principiis Philosophiæ Naturalis Mechanicis, quæ passim eruditorum versantur manibus, sunt depropta, & corollariis scholiisque ad argumentum, de quo agitur, pertinentibus aucta. Non abs re tamen erit sequentia huc transferre. (*Lem. 3*) omnia corpora in se mutuo gravitare, seu mutuo se attrahere. (*Lem. 11. 12. 13*) Motus corporum cœlestium circa Solem oriri ex attractione Solis composita cum motu projectionis, fierique in orbita circulari, si projectio perpendicularis sit ad lineam ex Sole ductam, ejusque celeritas in æquilibrio cum gravitatione corporis cœlestis in Solem; elliptica autem, si vel gravitatio celeritatem vincat, vel attractio a celeritate vincatur. (*Lem. 30*) Ferri jam tellurem circa Solem, non secus ac reliquos Planetas, in ellipsis suis, eo ordine, qui in Astronomia veriori definitur. (*Lem. 42*) Cometæ esse Planetarum species, revolutorum circa Solem in orbibus ellipticis, sed ita oblongis & eccentricis, ut quando sub observationem nostram cadunt, parum differant a parabolicis. (*Lem. 48*) Cometam, si vicinus fiat Planetæ moto in eodem plano, redditurum, accelerando aut retardando hujus motum, orbitam Planetæ ex circulari ellipticam. (*Lem. 54*) Cometam versus Solem descendentem, si prope Planetam, quem circumit fatelles, transeat, effecturum ut discedant a se invicem, moveanturque seorsim, nisi situs eorum talis fuerit, ut Cometa æque vicinus fiat Planetæ tam primario quam secundo. (*Lem. 58*) Atmosphæram Cometæ, seu fluidum quod corpus ejus ambit, esse confusam & irregularem inæqualiter disposituram & incerto motu agitatorum

corpufculorum maffam, cujus diameter decies aut quindicies quandoque major fit Cometæ nucleo, caudam vero effe atmofphæræ partem rariorem. (*Lem. 59*) Cometæ, propter accessum & recessum niniunt a Sole in orbitis fuis valde eccentricis, non poffe acquirere aut faltem non diu confervare talem conftitutionem, qualem habent Planetæ, & confervatio plantarum animaliumque requirit, ac proinde inhabitabiles illos effe cenfendos. (*Lem. 60*) Si orbita Cometæ mutetur in circulum Soli concentricum, aut in ellipfin non multum ab eo differentem, in convenienti a Sole diftantia, fore ut fubfidant atmofphæræ partes, fecundum leges gravitatis fpecificæ, & Cometa acquirat confervetque talem ordinatam fixamque conftitutionem, quæ Planetis eft propria, aptaque ad vegetationem plantarum & habitationem animalium. (*Lem. 65*) Cometæ nonnullos tam prope in Perihelio fuo accedere ad Solem, ut prodigiofum acquitant caloris gradum, quem multis annorum millibus non plane amittant. (*Lem. 67*) Si congeries heterogeneorum corpufculorum, feu chaos, in fua formatione annuo tantum circa Solem feratur motu, absque rotatione diurna, figuram ejus abituram in perfecte fphæricam, fed fi durante formatione circa fuum axem gyretur, evafurum fphæroides latum. (*Lem. 68*) Planetam jam formatum, fi magna ex parte conflet ex denfo interno fluido feu abyffo, & crufta terrea ejus fuperficii inducfta, inchoeturque rotatio diurna, degeneraturum, licet ab initio fuerit fphæricus, in fphæroides latum. (*Lem. 69*) Si crufta illa concreta & folidata fit ante initium diurnæ vertiginis, fore ut hac incipiente, Planetaque induente fphæroidis figuram, crufta illa extendatur, findatur, rumpatur, ejusque partes dividantur fiffuris perpendicularibus. (*Lem. 70*) In Planetis annum tantum motum circa Solem habentibus, diem ab anno non differre. (*Lem. 72*) Rationi maxime confentaneum effe, tantam varietatem in fluidis alicujus Planetæ, ratione denfitatis aut fpecificæ gravitatis reperiri, quanta in folidis deprehenditur. (*Lem. 74*) Si chaos aliquod componatur ex fluido fpecificè graviore, quam partes ejus folidæ & terrea, fluidum hoc in formatione ejus occupaturum proximum a centro locum, folidam autem terreamque maffam illud circumdaturam. (*Lem. 78*) Si in digeftione atmofphæræ Cometice major adfit quantitas folidarum & terrearum particularum, quam fluidi fpecie graviore, fore, quoniam non omnes columnæ materiæ
sub-

subfidentis ejusdem sunt gravitatis, ut una quoad majorem partem immergatur fluido, quam altera, fiatque hinc superficies globi inæqualis, seu montibus vallibusque distincta. (*Lem. 79*) Cometam, si propinquus satis fiat Planetæ, concitaturum æstum duplicem in ejus fluidis, sive illa inclusa orbi terreo, sive superfici ei ejus incumbant. (*Lem. 83*) Æstum talem, si vehemens fuerit subitoque productus in abyſſo subterranea, cujus superficiem orbis terreus contegat, conciliaturum Planetæ sphæroidis longi figuram, adeoque rupturum orbem terreum, ut fissuras undique acquirat.

Succedunt secundo in libro Hypotheses, quas Auctor multis non contemnendis rationibus probabiles reddere nititur. (1) Antiquum chaos, seu originem terræ nostræ, fuisse atmosphæram Cometæ. (2.) Montium columnas in terra tam densas gravesque non esse, ac partium reliquarum. (3) Licet annuus motus telluris initio statim creationis Mosaicæ locum habuerit, diurnam tamen ejus rotationem non coepisse nisi post lapsum hominis, ac proinde per sex creationis dies (*vid. Lem. 70*) sex annos esse intelligendos. (4) Paradisum seu hortum Eden fuisse circa confluentem Tigris & Euphratis; vel antequam devolvuntur in Sinum Persicum, vel infra insulam Ormuz, ubi Sinus Persicus sub Tropico Cancræ incidit in Mare Persicum. (5) Primitivam Eclipticam, seu circulum eidem in terra respondentem interfecasse præsentem Tropicum Cancræ in Paradiso, aut ejus saltem Meridiano. (6) Annum Patriarchalem, seu antiquissimum illum a Scriptura commemoratum, initium ab Æquinoctio sumsisse auctumnali. (7) Originales Planetarum orbitas, speciatim telluris, fuisse perfecte circulares. (8) Arcam Noachi non subsedis in Armenia, sed monte Caucaſo, aut Paropamisso, in confinio Tartariæ, Persiæ & Indiæ. (9) Diluvium incepisse 17 die mensis secundi ab auctumnali Æquinoctio seu 27 Novembris; secundum Julianum stylym anno 2365 Periodi Julianæ, & 2349 ante æram Christianam. (10) Cometam descendentem in plano Eclipticæ versus suum Perihelium, primo diluvii die transiisse prope terram.

Reliqui libri Phænomena eorumque solutiones continent, in propositiones centum digestas, quas afferre cum instituti nostri non patiat ratio, summam rei tantum dare conabimur.

Nimirum censet doctissimus Whistonus, tellurem Cometam fuisse ante hexaemeron Mosaicum conditum, diurna revolutione carentem

tem *per hyp. 3*, constantem centrali corpore & atmosphæra: atque illud quidem in Perihelio tantum concepisse calorem, *secund. lem. 65*, ut tellus nostra eundem adhuc in interioribus partibus retineat; hanc vero fuisse chaos illud famosum, *per hyp. 1*. Cum ergo inhabitabile hoc corpus, *per lem. 59*, plantarum animantiumque sedem efficere decrevisset Deus omnipotens, ipsum mutasse orbitam ejus valde eccentricam, in circularem circa Solem, in distantia convenienti, ut deinde partes in ejus atmosphæra confuse agitatz subsidere potuerint, secundum leges gravitatis specificæ, *juxta lem. 60*. Ac primum quidem nucleum Cometæ ambiisse densum aliquod gravissimumque fluidum, ut fieret abyssus, atque huic incubuisse particulas terreas solidasque mixtas aqueis & aereis, *sec. lem. 72 & 74*. Sed primo creationis die, hoc est anno, *per hyp. 3*, massam hanc superiorem in duas differentes quodammodo regiones secessisse, ut graviiores solidioresque constituerent orbem terræ montibus vällibusque præditum *per lem. 78*, quique hinc super abyssum fundatus dicatur, subtiliores autem levioresque, aereæ & aqueæ, quas terræ pori non absorpserant, halitusque variè atmosphæram formarent aliquo modo perviam Solis radiis, adeoque lux fieret, locumque habere inciperet *distinctio inter diem & noctem*. Hinc secundo die aërem magis magisque Solis calore rarefactum graviiores dimisisse particulas in terram stillantes; subtiliores vero vapores & halitus altius fuisse elevatos cum aere, & expansum illud constituisse, quod aër vulgo dici solet, atque ita distinctionem factam inter aquas superiores in aere hærentes, & inferiores, quæ vel in terræ poris & visceribus latent, vel ejus superficie continentur. Tertii porro diei nocte vapores in aërem elevatos, & cessante calore Solis concretos in terram descendisse, ex ejusque locis superioribus in inferiora defluxisse, ut orirentur flumina, lacus, maria, longe tamen hodie apparentibus minora; quo factum, ut adpareret arida, aptissima reddita ad plantarum vegetationem, quæ proinde hoc anno Sole exorto productæ. Quarto demum die, aëre jam plane serenato, conspicuum fuisse factum Solem cum Luna & stellis, iisque sua officia assignata. Quinto die femina tum piscium tum volucrum a Deo creata, & in aqua latentia, blandoque Solis calore fota, foetus suos exclusisse. Sexto tandem die, cum jam orbis terreus satis compactus siccatusque esset, ex terra producta animalia terrestria una cum Adamo & Eva, ita ut Dei Filius,

cura

cum reliquorum dierum opera pleraque mechanico quasi processu & via naturali absolvisset, in creatione hominis & inspiratione animæ viventis, immediatam & miraculosam potentiam exereret.

Terram ergo hoc modo formatam & exornatam, non multum a nostra diversam fuisse putat Cl. Auctor, quoad figuram, magnitudinem aliasque circumstantias; cum habuerit montes & valles, salsa maria & fluvios dulces, æstus marinos temperatos a præsentia Solis & Lunæ oriundos, eademque metalla & mineralia: nisi quod ejus figura perfecte fuerit spherica *per Lem. 67*, & strata continua, aeris perfecte transparentis temperies blandior, & expers nimii caloris aut frigoris, nec non vehementium meteororum, item iridis, (vaporibus in rorem tantum & tenues nebulas resolutis;) quod centralis calor undique æqualiter fuerit diffusus, majorque adeo terræ fertilitas, illo præsertim in loco, quem Deus protoplastis incolendum dederat, quodque terra solo lata fuerit motu annuo circa Solem, in orbita circulari, *per Hyp. 7*. Post hominum lapsum enim demum existimat Whistonus tellurem in motum vertiginis diurnæ actam *per Hyp. 3*, ita ut statim axis hujus motus ad axem eclipticæ esset obliquus; quo factum, ut non solum ex spherâ in spheroides latum degeneraret, sed & multis fissuris scinderetur *per Lem. 69*. Deinde cum vindex scelerum Numen diluvio terram obruere decrevisset, effecisse, ut Cometa prope tellurem transiret *per Hyp. 10*, ejusque non solum orbitam circularem in ellipticam mutaret, *per Lem. 48*, sed quoque sua atmosphæra & cauda involve-ret, in quibus illa commorata decem aut duodecim horas immensa vaporum nube fuerit obruta, quæ in guttas resoluta abierit in pluviam 40 dierum noctiumque. Porro Cometam vicinia sua duplicem excitasse æstum, & in aquis terræ superioribus & in fluido abyssi, *per Lem. 79*, quod elevatione sua orbem terræ dilatarit, in spheroides longum mutarit, fissurasque initio motus diurni factas, quæ sensim coaluerant, ruperit, ut hinc fontes abyssi aperirentur, *per Lem. 83*: vastum autem pondus aquæ pluvix terræ fragmentis incumbens altius illa in abyssum immergendo effecisse, ut fluidum abyssi hoc modo pressum, qua data porta erumperet, secumque veheret tum aquam in visceribus terræ contentam, tum partes terreas sibi obvias. Has pluvias deinde secutas alias minus violentas, cum terra denuo post 50 dies non in densiorem incurreret atmosphæram Cometæ, sed ejus caudam post

Perihelium ex rarioribus vaporibus constantem, quæ demum cessarint 150 die post diluvii initium: unde mirum non sit, ex triplici hac causa ad tantam altitudinem aquas excrevisse, quæ, quamdiu illis arca immatarit, satis fuerint tranquillæ, sed tum demum ventis procellisque agitata, cum particulæ nitrosæ, sulphuræ, minerales metallicæque, ex atmosphæra caudaque Cometicæ in terram descendentes, fermentationem concepissent in inferiori aeris regione, & horrenda nobis meteo-
ra peperissent. Hinc autem Theoriæ hujus Auctor non solum facile demonstrari posse judicat, diluvium illud universale fuisse, cum causæ fuerint universales, sed etiam calculo subducto ostendit, perpendicularium harum aquarum facile altitudinem trium milliarium superare, adeoque montes altissimos 15 cubitos excedere potuisse. Ut autem, cessante pluvia & conclusis fontibus abyssi, terra denuo siccaretur, docet, calorem Solis ventumque non contemnendam quantitatem vaporum elevasse in aerem; quod autem reliquum fuit, partim imbibisse terream crustam, partim ingressum terræ penetralia, cum aquæ ventis agitataë fissuris perpendicularibus admotæ fuissent, partim ad loca decliviora defluxisse, quorum nonnulla sensim siccata diu satis aqua oper-
ta manserint, quod multa loca hodieque testentur, nonnulla vero in lacus & maria evaserint. Inprimis autem cum æstu a Cometa excitato tellus in spheroides longum redacta fuisset, *per Lem. 83*, altioresque hinc redditæ duæ continentis oppositæ, quarum centra sunt circa 16 aut 18 gradum latitud. borealis & australis, intermediæ vero humiliores, in has maximam confluisse aquarum vim, & formasse vastum illum Oceanum, qui Americam a reliquis orbis partibus jungit. Cæterum cum aquæ a Cometa profectæ non expertes essent terrearum particularum, & pluvia in terram descendens vi maxima procellisque agitata confunderetur cum partibus orbis terræ, præsertim illis, quæ ex montium jugis decerpebantur, facile intelligi, eluvionis aquas impuras lutosasque fuisse, cessante autem pluvia & aquarum motu sedato limum sensim subsedisse, sedimentumque hoc terram antediluvianam crusta obduxisse 166 $\frac{2}{3}$ circiter pedes crassa, quæ non statim habitabilis fuerit, nisi in regionibus terræ altissimis, seu prope arcam, in Caucaſo omnium montium illo tempore editissimo, ubi strata lutea, quippe tenuiora, citius potuerint exsiccari. Huic massæ limosæ cum immixtæ essent exuvie ossaque animalium tum ter-
reſtri-

restrium tum aquatiliū, nec non vegetabilia varia, illa quoque una subfeditse secundum leges gravitatis specificæ, atque hinc in terræ variis stratis jam nobis occurrere, solidis quandoque inclusa corporibus, quæ tum fluida fuerint, & sensim coaluerint induruerintque, eodem quippe modo ex eademque materia chaotica formata, ut orbis telluris antediluvianæ: ut adeo terra antediluviana, quoad usum nostrum, perdita plane & destructa dici possit. Strata porro illa ex subfidente vario sedimento composita satis lævia initio, continua & parallela fuisse, sed cum partes orbis terræ difflsi fractique sensim denuo, cessante æstu, pristinum recuperarent locum, pristinamque figuram affectarent, ita ut nonnullæ eleventur, deprimerenturque; aliæ, superiorem quoque crustam easdem subiisse mutationes, adeoque & strata illa fuisse fracta, nisi ubi in rupes solidata, ruente licet basi inferiori, instar arcuum sustinebantur, formabantque caveas specusque subterraneos, & vasta subterraneanum aquarum receptacula. Cæterum quod Luna in hemisphærio ad nos converso non adquisiverit atmosphæram aëri nostro similem, ex eo factum censet Cl. Auctor, quod in primo transitu Cometæ lapsis tribus a Novilunio diebus latuerit post terram, in spatio ab atmosphæra Cometica vacuo, in secundo autem tribus a Novilunio diebus hemisphærium a nobis aversum a Cometæ cauda tantum affici potuerit, unde etiam terræ satelles manserit, *per Lem. 55.*

Tandem ad conflagrationem terræ futuram quod attinet, Cl. Theoriae Auctor satis ad exurendam terram virium habere censet ignem centralem, si removerentur aquæ terræ circumfusæ & frigus aeris. Quæ omnia a Cometa quodam fieri posse conjicit, si quis post suum Perihelium in ascensu a Sole prope tellurem transierit, quum manifestum sit, fore hoc in casu, ut denuo horreni æstus in fluido abyssi concitentur ob maximam Cometæ viciniam, summaque vi rumpatur terræ crusta, *per Lem. 79 & 83*, ut a fissuris in alveo oceani factis aquæ illius absorbeantur; atmosphæra autem Cometica, intensissimo calore pollens *per Lem. 85*, ita aeris regionem totamque adeo terram excalefaciat, ut præter æstus terræque motus in aere exhalationibus jam repleto Cometicis, inusitata appareant meteora, ita ut Sol Lunaque splendorem amittere antiquum, stellæque de cælo cadere videantur, tellurisque tandem orbis superior destruat, (cum fluidum abyssi tam grave densumque sit, ut maximo etiam calore dissolvi & rarefieri

nequeat) ita tamen, ut cessante calore ex illo chaos, in quod tellus reducta, nova terra sit emersura. Addit quoque, si Cometa in latere terræ orientali ascendens in terram incurrat, tantumque retardet ejus motum diurnum, ut isochronus fiat motui annuo, fore ut unum hemisphærium semper Soli sit expositum, alterum vero supernaturali fruatur lumine, nec egeat Sole aut Luna, totusque adeo globus careat vicissitu line dierum & noctium: Lunæ quoque cursum forsan ita immutatum iri a Cometa, ut desinat esse terræ comes, alioque plane cursu feratur, *per Lem. 54.* In fine denique millennii & consummatione seculi, suspicatur Whistonus Cometam quendam directe incursum in terram, ex sua sede illam exturbaturum, ejusque orbitam in ellipticam valde eccentricam mutaturum, ut non amplius inter Planetas reperiat, sed Cometa fiat pro futuris hujus universi seculis.

Sed hæc *ὡς ἐν ἐπιτομῇ*. Muta enim scitu non indigna, v. g. quæ contra Burnetium & Woodwardum disputantur, quæ de vero Paradisi loco, altitudine Caucasi, terræ perihelio mutato, anni Solaris quantitate variata, decremento ætatis humanæ, multiplicationeque generis humani tanta, ut circiter spatio 360 annorum in duplum excrescat numerum, docentur, brevitati consulentes omittere cogimur.

NAUWKEURIGE BESCHRYVING DER AARDGEWASSEN.

Hoc est :

CURIOSA DESCRIPTIO PLANTARUM, PER ABRAHAMUM MUNTING, Professorem Medicinæ & Botanices, dum viveret, in Academia Groningensi Publici.

Lugduni & Ultrajecti apud P. vander Aa & F. Halma 1696, fol.

Constat plag. 141, & 259 icon. Plantarum.

Celebre jam diu inter illos, qui de Plantis docte commentati sunt, nomen fuit Muntingii, ejusque liber de Plantarum cultura anno 1672 editus, tanto cum applausu exceptus fuit, ut A. 1682 recuderetur. Cum vero Muntingius horto gauderet plantarum vernaculis, tum exoticis instructissimo, & in hoc excolendo torus esset, multa usu assiduo & experientia didicerat, post editum librum commemoratum, nondum passim nota, eaque in literas relata, amicorum precibus publicique amore boni adductus, edere decreverat. Sed morte præventus aliis editionem operis relinquere coactus est, qui nullis pepercerunt sumptibus, ut comitum satis nitidumque in lucem prodiret.

Com-

Complectitur id tres libros, quorum primus, (cui præmittitur Oratio in funere Muntingii a Cl. Viro, Ioh. Minsinga habita, & a P. Rabo ex Latino idiomate in Belgicum conversa,) agit de arboribus, secundus de fruticibus & subfruticibus, tertius de herbis & floribus. In singulis explicandis hac utitur methodo Auctor, ut primo plantæ reconseat nomen Belgicum, Latinum, Germanicum, Gallicum & Italicum, deinde varias ejusdem generis species sibi observatas enumeret, & ex his nonnullas rariore prolixius describat, additis non paucis iconibus elegantissimis; porro singularum specierum culturam tradat, quomodo scilicet terræ illis conveniens vario fimo præparanda, quo riganda modo, quo tempore plantæ, quæ hyemem non ferunt, in hybernacula sua transferendæ, & denuo proferendæ in apricum, quove caloris gradu fovendæ; ulterius propagationem earum accurate describat, monendo quænam plantæ per semen, quæ per insitionem, delibrationem &c. propagatæ citius lætiusque excreseant; tandemque cujusvis plantæ vires ex celeberrimorum, quos citat, Auctorum sententia enarret. Nos specimen aliquod operis exhibituri, pauca excerpemus eaque generaliora horticulturæ præcepta. Arborum ex nucleis prognatarum, elapso triennio, radicem recta descendentem (*Herzwurzel*) usque ad laterales amputare jubet, vulnereque cera obducto, Luna decrecente eas denuo terræ committere, confirmans futurum, ut tales arbores longe præstantiores fructus ferant, quam illæ, quæ insitione procreatæ. Insitionem furculorum præstantium faciendam præcipit in arbores ejusdem speciei, quibus radix demta media, uti jam jam commemoratum, & copiosum præstantissimorum fructuum proventum promittit. Plurimis quoque fructibus luxuriare arbores frigoris patientes, v. g. malos, asserit, si quotannis circa Novembris finem ab earum radicibus superioribus & crassioribus terra auferatur, spatium trium circiter quatuorve pedum, ipsæque nudæ & undique purgatæ aeri expositæ relinquuntur, usque ad Februarii medium, donec frigore corripiantur, ac tum demum stercore animali vaccino contactis ad digiti altitudinem terra comminuta interponatur. Si quis arbores, dum florent, a muscis nigris & erucis defendere velit, hunc recipere jubet Rutæ, Absynthii & Tabaci Virginiani ana manipulum unum, vel Tabaci solus duos manipulos, eosque dimidiam horam in cacabo duabus circiter amphoris aquæ pluvie repleto coquere, & hac aqua

aqua per colum trajecta arbores bis terve conspergere. Aliud quoque remedium contra insecta commendat, aquam nimirum pluviam, in qua, dum Soli exponitur, stercus columbinum vel ovillum, parumque nitri solutum fuit, qua perfundendæ arbores, conspergendæque pulvere Tabaci. Eandem aquam ad semina duriora emollienda adhibet. Arboribus a rore frigidiori nocturno nullam inferri noxam dicit, si quovis vespere illarum radices, quamdiu florent, aqua rigentur. Plantas, quæ morbo quasi correptæ videntur, restitui affirmat, si perfundantur lacte, cui æqualis portio aquæ pluviz addita. In locum, quem arbor emortua occupavit, prohibet inferre arborem aliam, nisi terra prior remota, & fossa terra alia, probe cum stercore vaccino biennali mixta, repleta fuerit. In arboribus omnibus quotannis corticem bis a ligno secedere observavit, arboresque illis temporibus transplantatas interire. Cæterum & alia passim insperfit Auctor scitu non injucunda, qualia v. g. sunt, quæ refert p. 85, de libro tiliz foliis inscripto, qui Ciceronis de ordinanda Republica & inveniendis orationum exordiis scripta continebat, pro Imperatore a Comite de St. Amour, pretio 8000 florenorum emto; p. 149 de arboribus caryophyllis a Societate Indiz Orientalis in insulis Moluccis consensu Regis earundem, cui singulis annis 24000 florenos dono hanc ob causam mittat, extirpat, & in insulas Amboine, quas possidet, transplantatis, ut totam caryophyllorum mercaturam sua habeat in potestate; p. 909 de infano Tuliparum amore & commercio, per edictum Statuum A. 1637 coercito, & prægrandi Tuliparum pretio, dum v. g. tres bulbi Tulipæ, cui nomen *semper Augustus*, pro 30000 florenis fuere venditi.

M. JOH. ANDR. Gleichens neu-verfertigter Redner.

Id est,

M. JOHANNIS ANDRÆ GLEICHII, ELECTORALIS SAXONICI Concionatoris Aulici, Orator recens adornatus.

Lipizæ apud J. Chr. Wohlfard, 1696, 8. Alph. 3. pl. 2.

PRincipis cujusdam jussui, nec non amicorum monitis satisfactus Reverendus Auctor, Orationes auditoribus suis in Academia Wittebergensi olim propositas collegit, & cum aliis quibusdam uno volumine jam A. 1691 luci publicæ exposuit, denuo nunc, quod prioris editionis exempla distracta dudum essent, typis exscriptas. Constat autem

tem Oratoriz Germanicæ studioſis merito commendandus liber, tribus partibus. In *prima* diverſi generis & argumenti ſermones, quibus in ſolennitatibus publicis negotiisque aliis uti quis ex dignitate poſſit, Vir clariffimus exhibet, notisque ſubjectis illuſtrat. In *altera* tringinta orationes funebres eleganter elaboratas notisque itidem illuſtratas ſiſtit, & ſub ſinem ſcite oſtendit, quomodo Orator ſingulorum Evangeliorum Dominicalium & Feſtivalium occaſione lugubrem ſermonem habere poſſit. In *tertia* notabiliorum e quamplurimis ſcriptoribus magno ſtudio collectorum, quorum in habendis orationibus uſus eſſe poteſt, luculentam farraginem tradit. Univerſo vero operi quatuor utiſſimi indices ſubjiciuntur.

AN ACCOUNT OF THE NATURE, CAUSES, SYMPTOMS and Cure of the Diſtempers, that are incident to ſeaſaring people.

Hoc eſt :

RECENSIO NATURÆ, CAUSARUM, SYMPTOMATUM ET Curationis morborum, qui navigantes ſolent carripere, cum obſervationibus circa dietam claſſiariorum Reginum; quibus illuſtrationis gratia accedit hiſtoria quorundam morborum in claſſe regia, proxima aſtate, obſervatorum a W. COCKBURN. Collegii Medici Londinenſis membro & medico turma in claſſe regia.

Londini, apud Hugh Newmann, 1696, 12 plag. 8.

Cum Medicorum hucusque pauci admodum accurate in morbos inquiſiverint, quibuscum nautæ claſſiariiſque conſictari ſolent, utiſſimam hanc operam in ſe ſuſcepit experientiſſimus Cockburnius, præſertim quia vel ipſum, quo fungitur, officium eum ad hoc invitabat, occaſionemque ſuppeditabat omnia exactius indagandi. Exhibet vero hoc libro particulam tantum futuri operis, continentem generaliora de morbis navigantium, & hiſtoriam morborum ætatis proxime 19 obſervationibus traditam, cui deinde quotannis addet hiſtoriam morborum ſingulorum annorum ſequentium, cum curationis modo & ſucceſſu, ut hinc de theoria, quam hoc libro propoſuit, legitimum ferri poſſit judicium. Ejus hæc ſumma eſt: morbos navigantium ex transpiratione inſenſibili impedita, & hinc orta plenitudine nimia, nec non falſis, quibus veſcuntur, cibus trahere originem. Id ut oſtendat, vivendi rationem & inprimis cibum potumque nautarum conſiderat, quem ſatis eſſe bonæ notæ cenſet ac utilem hominibus perpetuo labo-

re

re exercitis, quippe qui motu continuo efficiant, ut chylus attenuetur satis, perspiratioque fiat continua & sufficiens. Quoniam vero idem cibus ab hominibus quieti indulgentibus, (præsertim panis bis coctus carnesque sale conditi,) nimia quantitate, ut fieri solet, ingestus, in viscidum crassumque chylum mutatur, sanguisque hinc acredine inficitur, & ex infausta hac radice scorbutus & febres variæ propullulant, mirum non esse existimat, si & classarii, quibus a laboribus satis est otii, præcipue cum solenne illis sit, non satis a frigore corpus defendere, his morbis sint obnoxii, in aere nebuloso, humido & frigido. Hanc theoriam ut stabiliat, symptomata morborum commemoratorum accurate recenset, & ex sanguinis viscidi acrisque nimia quantitate derivat, statuitque totam curandi rationem in eo positam esse, ut minuatur sanguinis massa & alteretur. Id vero cum optime fieri possit per evacuationem, qua sanguis reliquus in majorem vindicatur libertatem, ut velocitatem acquirat naturalom, & secretiones debito peragantur modo; disquirat, quo illa faciendâ modo, cum & per purgantia & sudorifera & sanguinis missionem peragi possit. Quæ singula media suo tempore adhibita quamvis præstantissima esse censeat, maxime tamen purgantia laudat, & venæ sectionem rite administratam, cum sudorifera non raro frustra exhibeantur, præsertim in juvenibus, quorum sanguinem & spiritus in tantam abripiant velocitatem, ut secretiones vel plane cessent, vel parce fiant, sudorque nullus provocetur. Hac ergo methodo, ut ex observationibus adjectis constat, feliciter in curandis morbis usus est, ut primum ægroti aliquot uncias sanguinis detraheret, sequenti die emeticum propinaret, post aliquot dies perpurgaret alvum, atque interim pulverem testaceum, aliaque pro re nata remedia præscriberet, quæ ex ipso Auctore petenda. In febribus acutis post vomitum non dat paregorica, ut alias solet, cum observarit opiata exacerbare febrim, & ægrotum in delirium præcipitare. In abigendis intermittentibus febribus, quarum periodos ex viscida lentaque materia statis temporibus in sanguinem delata deducit, Cortice Chinæ utitur in forma electuarii ab ægro assumendi post paroxysmum, postquam ante illum vomitu fuit purgatus. Corticis hujus vim totam in eo sitam esse censet, quod sanguinem fluxiliorem reddat, omittendumque proinde illius usum, ubi sanguis fluidior ex motu nimio est redditus. Helvetii methodum forma clysteris injici-

jiciendi corticem sub censuram vocat, & modum per os assumendi defendit, longeque majoribus incommodis probat laborare Helvetii modum, quam usitatam exhibendirationem, quæ effectu optato non careat, si modo corticis illius detur quantitas debita, v. g. uncia, stomacho evacuato, nullaque præsentente diarrhœca. Observatione 14 refert, curatam a se diarrhœcam drachma pulveris cujusdam cum conserva rosarum rubrarum veteri in pilulas redacti, quem tamen silentio involvit, cum præstantiorem censeat ipsa Spicochoana, ob virtutem ejus in plusquam 200 ægris exploratam, quod scilicet certo sistat fluxum ventris, sine vomitu aut aliis incommodis, quæ alterius usum sequuntur. Observat. 18 gonorrhœam sanatam refert sine assumptione vel grani Mercurii aut Mercurialium remediorum, terebinthinæ, decoctionis lignorum, sine injectionibus aliisque vulgo usitatis medicamentis. Sed & hoc remedium celat, judicans incertam curandi hujus morbi rationem ex non satis intellecta ejus natura duxisse originem: causam enim hujus mali non latere affirmat in prostaticis aut vesiculis seminalibus, sed ipsa virga, ejusque anteriori parte exulcerata, & ex ulceribus illis saniem, ut alias, stillare, carnemque illam excrescere spongiosam, quæ urethram occupat, perinde ut hypercarcoses, quæ in ulcerum aliorum vulnerumque curationibus observantur. Receptam autem opinionem vel hinc refelli putat, quod injectionibus fluxus ille sisti potest; quæ cum non possint pertingere ad prostaticas & vesiculas seminales, ob valvulam regurgitationem urinæ prohibentem, malum utique illud, quod tollunt, ipsa in virga, quam perluunt, esse oportet. Observat. 19 nullius dicit esse usum in praxi distinctionem inter cynanchen & paracynanchen, cum musculus laryngis externus & internus tam sint propinqui, & tenui tantum membrana divisi, ut uno inflammato alter quoque prematur & inflammetur, nulloque signo unius inflammatio ab alterius inflammatione discerni possit.

S. S. D. SUCCINCTÆ ANNOTATIONES AD W. A. LAUTERBACHII Compendium Digestorum.

Prostant Lipsiæ apud Joh. Ludovicum Gleditsch, 1697. in 4.
Constant 5. alph. & 7. plag.

NON tam ex literis, quas nomen illustre Autoris initiales habet, quam ex styli decora gravitate, ac rerum, quæ proponuntur, per-

spicuitate & studio indefesso, ad Auditorum commoda unice directo, noscibilem se satis reddidit, qui annotationes hæc in Compendium Lauterbachianum exhibere sustinuit. Animadvertit Autor illi. Quis, famam singularem in plerisque per Germaniam Academiis Compendium modo dictum obtinuisse; animadvertit tamen & illud, libellum istum Instituto Doctorum magis, quam Auditorum, qui post Institutiones simplici forte vice prælectas ad hunc Autorem præpropere accedunt, esse accommodum. Sane dum pleraque brevissimis verbis, & sæpius per simplices remissiones ad textus singulares aut ad Commentatores proposita sunt, Interpretes quidem promptam semper differendi occasionem habet; Auditor vero cum ea, quæ notari digna, nec calamo accurate concipere, multo minus omnia memoria tenere possit; hinc vix aliter evenire potest, quam ut spes concepta & incrementum studiorum retardetur sæpissime. Istum proinde usum præstant Autoris celeberrimi annotationes, ut cupida LL. Juventus post prælectionem Compendii Lauterbachiani a Doctore factam, privata industria ea, quæ tradita sunt, repetere facilius & animo imprimere possit. Theses etenim nervosæ, sed & sæpe obscure in Compendio Lauterbachiano conceptæ, in notis perspicuæ sunt redditæ. Adjectæ sunt & rationes, quibus theses innituntur, & simplices remissiones ad textus singulares & Commentatores supplementa necessaria impetrarunt.

ALEXANDRI ARNOLDI PAGENSTECHERI JCTI ET ANTEBAC in Academia Duisburgensi, jam in Groningensi P. P. Sicilimento- rum ad Compendium Juris Lauterbachianum Manipuli.

Tres

Coloniz Agrippinæ apud W. & Fr. Metternich, 1694. & 1696. 8.

Constant 2. alph. & 4. plag.

NOtis anterioribus ab illustri Viro editis proxime adjicimus Sicilimenta a celeberrimo Pagenstechero ad eundem Lauterbachii libellum sparsim hæcenus exhibita. Sunt autem istæ meditationes a prioribus & genere & ordine commentandi non minus, quam scopo diversæ. Placuit videlicet consultissimo Autori, occasione Compendii Lauterbachiani Auditores suos, quos habuit frequentes, exercitiis disputatoriis instruere; quem in finem ea præ cæteris selegit loca, quæ
vel

vel controversiam in se continent, vel spatiosum differendi campum aperiunt; unde factum, ut unius sæpe thesæos explanatio per plures paginas decurrat. Cumque trium, qui oblati hæctenus fuerunt, Tomorum seu Manipulorum quilibet ex toto Compendio Lauterbachiano per saturam quasi, servato tamen pagellarum ordine, sit collectus mutua ideo inter eos semper collatio est instituenda. Quemadmodum autem hac ratione de Lauterbachio, imo potius de studiosa Juventute optime sunt meriti Duum-Viri celeberrimi: ita optandum foret, ut unum, quod superest, incommodum, quodque usum libelli haud leviter affligit, removeretur. Est illud incommodum sphalmarum multitudo, quæ per iteratas editiones hac sub proportionem inducta videtur, ut, si in prima editione mille circiter sphalmata circa Auctorum allegationes & textus juris potissimum (obveniunt etenim subinde & thesæos sensum a jure alienum referentes) irreperisse non temere supponamus, in singulis recentioribus editionibus quingenta ad minimum nova sphalmata non tantum prioribus circa ea, quæ notavimus, oca accesserint, sed etiam integræ subinde lineæ omissæ sint. Cui depravationi si non propediem sedula adhibeatur cura, quid de Compendio Lauterbachiano sperandum denique sit, facili conjectura quilibet assequi poterit. Ut autem querelæ huic ceu justæ motæ fidem aliquam conciliemus, ad has diversas sphalmarum sectas demonstrandas loca nonnulla ex Lauterbachio conferre juvabit. In Tit. de Stat. Hom. pro *licet sint quodammodo imperfecti, & illico voce emissa decedant*, legendum, *illico voce non emissa decedant*. In Tit. de Adopt. pro *causa cognita adoptant major LX annis*, legendum *minor LX annis*. In Tit. de in jus voc. pro *qui contra editum in jus vocatus est & heredi*, legendum, *non heredi*. In Tit. de Inoff. testam. pro *Nepotum representantium stirpes, succedentium capita numerantur*, legendum, *Nepotum representantium stirpes Parentes numerantur; quando soli nepotes & ex unico filio adsunt, succedentium capita numerantur*. In Tit. de Jurej. ubi de Juramento Purgatorio agitur, pro *Expensa autem ipsi non etiam adjudicantur*, legendum, *Expensa inter accusatorem & accusatum compensantur, non vero uni adjudicantur*. In Tit. de Compens. pro *Compensari potest quod debet heres cum eo, quod debebatur defuncto, licet hereditas cum beneficio inventarii &c.* legendum, *Compensari potest quod debet heres, cum eo quod debebatur defuncto, & vicissim*

cissim quod defunctus debet, cum eo quod debebatur heredi &c. In Tit. Depositi, ubi de directa actione agitur, pro *nec (admittitur) exceptio rei non tradita contra depositi instrumentū &c. quod tamen de jure civili non est certum.* legendū, *nec (admittitur) exceptio rei non tradita contra depositi instrumentum; ut nec libellus nec sententia requiratur, sed statim ab executione incipiatur, quod (posterius) tamen de Jure civili non est certū.* In Tit. de Leg. & fideic. sub finem, ubi de Jure accrescendi agitur, pro *Et quidem hereditas ac pars mixtım conjuncti cum onere; re vero tantum conjuncti absque onere,* legendum, *Et quidem hereditas scmpor cum onere; in legato autem pars verbis & mixtım conjuncti cum onere; re vero &c.* Simili modo ex pag. 498, in qua conjunctiam tituli de Conditionibus institutionum & de Jure deliberandi exhibentur, textus Juris corruptos speciminis loco notamus. Lin. 4. pro §. 5. *I. de H. I.* legendum, *l. 4. pr. & §. f. ff. de H. I.* lin. 9. pro §. f. *C. de Instit. lib.* legendū §. 5. *Inst. de exhered. lib. f. C. de lib. prater.* lin. 12. pro 8. legendum *16.* lin. 16. & 17. pro 15. 41. legendum *15. §. 4. 41. de testam. milit.* lin. antep. pro 19. §. 3. *C.* legendum 22. §. 13. *C.* Quæ denique in editione quarta integræ deficiant lineæ, obiter notamus: pag. 150. lin. antepen. post verba *si sunt indivisibiles.* pag. 201. lin. 11 & 12. post verba *quod vero in diem.* pag. 216. lin. 6. post verba *ubi directa actione.* pag. 302. lin. 4. post verba *in perpetuum, Pistor.* pag. 667. lin. antepen. post verba, *ante usum cena dominica.* pag. 712. a lit. E. lin. 15. post verba *tantum priori accusationi.* Hæ lineæ, quæ uti modo dictum, in editione quarta defunt, non tantum defunt & in editione quinta, sed in ista adhuc aliz lineæ noviter sunt omisæ, pag. 237. a num. 3. lin. 3. post verba *hanc pratergressus.* pag. 705. a num. 3. lin. 4. post verba *non tamen publicam accusationem.* Quæ ita deficiunt lineæ, ex collatione priorum editionum facile supplendi possunt. Et hæc speciminis loco sufficiant.

*A PHYSICO-MEDICAL ESSAY CONCERNING ALKALY
and Acid &c.*

Id est:

Tentamen Physico-Medicum de Alcalibus & Acidis, quatenus habent respectum ad morborum curationem &c. Auctore JOHANNE COLBATCH, Medico.

Londini apud Dan. Brown, 1696. 8. plag. 10.

Sa-

Satis decantata est illa de acido & alcali hypothesis, quæ sensim ad Sipsam traducta Medicinam, opinionem peperit: Acidum omnium morborum esse causam, solaque ideo alcalia remedia in usum vocanda. Quæ quamvis confutata a plurimis doctissimis viris jam fuerit, suas tamen Auctor vires experiri hoc in argumento etiam voluit, ostendendo, plurimorum morborum causas esse alcalia, usumque remedium alcalinorum multum quandoque afferre damni. Quod ut probet, de variolis agit in cap. primo, putatque pulverum testaceorum, aliorumque diaphoreticorum usum huic morbo non satis convenire, quoniam frangantur ita dividanturque globuli sanguinis ab his remediis, ut non solum copiosæ expellantur pustulæ, sed ipse quoque sanguis per glandulas cutaneas transeat, purpureas pingens in cute maculas, certissimæ necis nuncias, & parvos cerebri mæandros ingressus animalium spirituum motum per nervos impediatur, deliriaque producat. Cui accedat, quod sanguis ita rapide a diaphoreticis moveatur, ut vasis suis difficulter contineatur, profluviaque sanguinis consequantur; cumque serum per sudores omne prodigatur, pustulæ, quæ ad maturitatem pervenire non possunt, concidant, & acris corrosivæque materia in sanguinem resorbeatur. Alcalibus ergo & diaphoreticis repudiatis, suam profert methodum, quam non sefellisse expectationem in plus quam 500 ægris affirmat. Primum ergo, si stomachus viscidâ materia repletus, lene propinat emeticum, hujusque operatione finita, syrupum emeconio, aut aliud opiatum. Ut vero inordinatum sanguinis motum, ortum ab intromissis heterogeneis particulis, quas natura expellere conatur, sedet, texturamque sanguinis confirmet, julepum ex saccharo, decocto hordei, aqua cinnamomi, succoque aurantiorum vel limoniorum componit, ab ægro pro lubitu bibendum, cui etiam concedit potum cerevisiæ secundariæ acidulatæ. Si delirat jam æger, sanguinem mittit, acidaque adhibet validiora, v. g. spiritum volatitem vitrioli, nitri, sulphuris, decocto hordei & aquæ cinnamomi admistum, saccharoque aut syrupo convenienti dulcoratum. Si spiritus ægri sunt languidi, cordialia non omittit, & postquam pustulæ evanuerunt, quinquies vel sexies lenia præscribit purgantia, hisque in usum vocatis, tandem corroborantia. Capite secundo scorbuti symptomata non ab acidis, sed acribus potius, lixiviosis, alcalibusque particulis deducenda esse contendit, quippe cum chymica analysis

ostendat, sanguinem scorbuticorum majorem continere copiam particularum volatilium alcalium, quam sanorum sanguis habet, & præterea partem aliquam alcali fixi lixiviosi, quo sanguis sanorum hominum plane destituitur. Idem quoque hinc probat, quod scorbuto laborantes nautas esu malorum aurantiorum & limoniorum hoc morbo levari, experientia testatur. In hoc autem affectu tincturam antimonii a Glaub. Part. 1. Oper. Miner. traditam, & in decocto granorum juniperi propinatam, maxime commendat. In tertio capite, ubi de podagra agit, neque hanc ortum suum acidis debere concedit, cum materia ex nodis extracta manifeste sit alcalina. Nodos autem illos oriri existimat, cum spiritus vinosus, congressus cum volatili alcalico sanguinis sale, in ossam coagulatur, quæ obstructions, doloresque acutissimos parit, tandemque accedentibus particulis terreis in cretaceam substantiam induratur. Unde infert, non ideo podagra laborantibus infestum esse vinum Rhenanum, quod sit acidulum, sed quod spirituosis particulis plus quam alia vina abundet. Eodem modo cap. quarto & quinto, ubi de rheumatismo & phthisi agitur, acida ad morborum horum curam commendantur. Rheumaticorum enim sanguinem alcalibus magis particulis quam sanguinem sanorum esse refertum, nihilque continere acidum, & visciditatem ejus a copia salis volatilium alcalicorum, ut in gelatina cornu cervi, ortam asserit Auctor. Unde huic morbo potius acida remedia, v. g. tincturam antimonii commemoratam, & chalybeata, quam alcalica convenire judicat. Chalybeata enim non alcalibus, sed acidis annumerat, cum non agant, nec profint, nisi in vitriolum redacta. Laudat autem in primis chalybis præparationem Willisianam, (dum calcinatur cum sale ammoniaco) contra rheumatismos pariter ac inveteratas mensium obstructions, nec non cinnabarim tum antimonii, tum vulgarem, mixtam cum gummi guajaci, & satis magna quantitate exhibitam. Si autem pulvis ille Willisianus vertatur in oleum Martis per deliquium, 50 aut 60 guttas ejus, bis de die exhibitas in forti corticis quercini decocto, feminalem fluxum feliciter sedare affirmat. In phthisi sanguinis globulos nimium comminutos in glandulas pulmonum delatos existimat, atque hinc obstructions, inflammationes & exulcerationes consequi; quibus malis occurri possit, si principio statim acida convenientia in usum vocentur. Conclusio libri historiam continet tympanitidis in juvencula decen-

decennali curatæ per submerſionem in aqua frigida maris, nec non de remediis ſpecificis nonnulla, quæ quandoque neque acida neque alcalia eſſe concedit. Sua enim confirmat experientia, quæ Boyleus memoriz prodidit de virtute paronichiz foliis rutaceis, in curandis ſcrophuloſis tumoribus; provocatque ad corticem Peruvianum, quem febres certo, ſine recidivæ metu, extirpaſſe obſervavit, ſequente in eo aſſumendo methodo adhibita. Duabus ante paroxyſmum horis lene detur ægro emeticum, ejuſque operatione finita, opiatum, paroxyſmo autem ceſſante quantitas nucis moſchatæ de electuario, quod ex cortice febrifugo & ſyrupo ſimoniorum paratum, cum quarta parte ſextarii (pint) decocti corticis Chinæ, radicis gentianæ, & herbæ centaury: eademque remedia quaternis ſemper horis repetantur, ſpatio quinque aut ſex dierum, ita tamen ut æger elapſa hora poſt ſingulas doſes aſſumat parum cibi digeſtionis facilis. Sex diebus elapſis, mane tantum & poſt meridiem hora quinta idem aſſumatur electuarium & decoctum, eodemque modo per hebdomadem integram. Hac methodo ſi aſſumatur cortex, ejuſ unciæ tres aut quatuor quartanam ſine recidiva curaffe aſſerit, fruſtra vel integra libra adhibita ſecundum morem vulgarem. Denique optat Auctor, ut diligentius obſerventur communicenturque cum publico ſpecifica remedia, inter quæ etiam refert recens inventum illud a Domino Piz Pharmacopœo Worceſtrenſi, folia nimirum *Aſſarabacca*, contra vehementiſſimam cephalalgiam. Nempe tria, quatuor aut quinque grana pulveris foliorum arefactorum cubitum euntibus inſtar ſternutatorii exhibentur, quæ, non turbata ægri quiete, efficiunt, ut mane ſequenti per naſi glandulas materiæ ſeroſæ non parva quantitas exoneretur. Reſtat ut moneamus, promittere diligentiſſimum Auctorem editionem completæ Hiſtoriz humani ſanguinis, tam in naturali quam morbido ejuſ ſtatu, quam procul dubio non ſine applauſu eruditus Orbis excipiet: falli vero eundem, dum in Præfatione, ubi Pharmacenticam commendat, beatum *Etmullerum* noſtrum, quem inter eminentiſſimos Europæ Medicos merito numerat, octo annis pharmacopœo *cuidam ſerviviſſe* refert.

* * *

IN-

INDEX AUCTORUM

quorum Libri aut Inventa hoc
volumine recensentur.

I. Theologica & ad Historiam Ecclesiasticam spectantia.

- A** *Anonymi Anguis in herba latens, sive Satanas in lucis Angelum transformatus: scriptum Quakeris oppositum.* 391
Anonymi Felicitatis vera indagatio. 118
Anonymi Latitudinarius Orthodoxus. 493
Anonymi Evangelium infantia, vel Liber apocryphus de infantia Servatoris. 518
 Benoist (*Elia*) *Dissertationes in priores XVIII primi capituli Evangelii secundum Johannem versiculos.* 498
 Bonjour (*Guilickmi*) *Dissertatio de Nomine Patriarcha Josephi a Pharaone imposita.* 6
 Bray (*Thoma*) *Bibliotheca Parochialis.* 436
 Bulli (*Georgii*) *Judicium Ecclesie Catholicae trium primorum seculorum de necessitate credendi, quod D. N. Jesus Christus sit verus Deus.* 504
 Burneti (*Gilberti*) *Episcopi Salesburiensis Animadversiones in libellum quendam &.* 363
 Bynæi (*Antonii*) *de Morte Jesu Christi Liber II.* 68
 Caroli (*Andrea*) *Memorabilia Ecclesiastica seculi a N. C. decimi septimi.* 353
 Cene (*Caroli Le*) *Lineamenta nova versionis Gallica Sacrarum Literarum.* 227
 Chrysostomi (*Joannis*) *Opera omnia.* 351
 Constantini (*Antonii*) *de Canonibus Apostolorum Dissertatio.* 523
 Coulan (*Antonii*) *Examen Critica Novi Testamenti Simoniana.* 33
 Diefenbachii (*Martini*) *Judaus convertendus.* 162

Exc-

INDEX AUCTORUM.

Exneri (Caspari) <i>Harmonia Juris Humani & Divini in Pacto ultimarum voluntatum inter extraneos.</i>	559
Gonzalez (Thyrsi) <i>Veritas Religionis Catholica evidenter demonstrata.</i>	319
Hartmanni (Joannis Ludovici) <i>Pastorale Evangelicum.</i>	272.
Heeser (Joannis) <i>Prodronus Criticus, Eduardi Leigh Critica Sacra premissus.</i>	389
Jaquelot (Isaaci) <i>Dissertationes de Existentia Dei, quibus veritas illa demonstratur.</i>	191
Jurii (Petri) <i>Religio Latitudinarii, cum Apologia pro Sancta Trinitate.</i>	165
Kahler (Joannis) <i>Augustana Confessionis Pars altera de Abusibus mutatis, Dissertationibus proposita.</i>	54
Kettneri (Friderici Ernesti) <i>Loci L. Joh. V. 7. Divina auctoritas, sensus & usus demonstratus.</i>	47
Köberi (Joh. Friderici) <i>Dissertatiuncula de Sanguine Jesu Christi.</i>	198
Kortholti (Christiani) <i>Historia Ecclesiastica Novi Testamenti.</i>	503
Leigh (Eduardi) <i>Critica Sacra.</i>	438
Martini (Davidis) <i>Novum Testamentum notis illustratum, prefationibusque exornatum.</i>	191
Mayeri (Joh. Friderici) <i>Ecloga de fide Baronii & Bellarmini ipsis Pontificiis ambigua.</i>	194
Menjoti <i>Opera posthuma.</i>	306
Nicholls (Gulielmi) <i>Collationis cum Theista Pars secunda.</i>	322
Norris (Joannis) <i>Consideratio Rationis & Fidei, prout ad Mysteria Christiana Religionis referuntur.</i>	367
Odhelii (Erici) <i>Conciliationis Religionum pericula.</i>	442
Patricii (Simonis) <i>Episcopi Eliensis Commentarius in Exodum.</i>	82
LaPlacete (Joannis) <i>De insanabili Romanae Ecclesiae Scepticismo.</i>	424
Poiteri (Adriani) <i>Aula sancta Imperatoris Theodosii.</i>	264
Rechenbergii (Adami) <i>Summarium Historia Ecclesiastica.</i>	123
Saurini (Elia) <i>Vindicia doctrinae suae contra duos Petri Jurii libros.</i>	352
——— ——— <i>Defensio verae doctrinae Ecclesiae Reformatae de Principio Fidei, adversus Petrum Jurium</i>	732
——— ——— <i>Considerationes jurium conscientiae,</i>	354
	426. 466

Bbbb

Schel

Schelguigii (<i>Samuelis</i>) <i>Quakerismus confutatus.</i>	17
Schmidii (<i>Sebastiani</i>) <i>Compendium Theologiae.</i>	435
Sfondrati (<i>Celestini Cardinalis</i>) <i>Nodus Praedestinationis dissolutus.</i>	281
Van Toll (<i>Theodori</i>) <i>Jura Regis & ratio administrandi ea sub utroque Testamento, e Psalmo LXXII. 1.</i>	III
Vaffor (<i>Michaelis Le</i>) <i>Traëtatus de ratione controversias de Religione examinandi.</i>	195
Veiel (<i>Elia</i>) <i>Romano-Catholicus Dubitanti in Disputatione de conceptione B. V. Mariae.</i>	483
Winckleri (<i>Joannis</i>) <i>Defensio Padobaptismi adversus objectiones Anabaptistarum.</i>	35
Whiston (<i>Gulielmi</i>) <i>Nova Telluris Theoria, ab ejus origine usque ad consummationem.</i>	535

II. Juridici.

Alteferræ (<i>Antonii Dadini</i>) <i>de Origine & Statu Feudorum pro moribus Galliae.</i>	147. 162
Baraterii (<i>Bartbol.</i>) <i>Libellus Feudorum reformatus.</i>	147. 162
Exneri (<i>Caspari</i>) <i>Tabula Testamentaria Humano-Divina, sive Harmonia Juris Humani & Divini in pacto ultimarum voluntatum.</i>	319
Gilleti <i>Advocati Parlamenti Parisiensis Actiones & Opera alia.</i>	64
Gravinæ (<i>Jani Vincentii</i>) <i>Opuscula.</i>	74
Menckenii (<i>Luderi</i>) <i>Traëtatio Synoptica Pandectarum Theoretico-Practica.</i>	23
Mincuccii (<i>Antonii</i>) <i>Libri sex de Feudis.</i>	147. 161
Pagenstecheri (<i>Alexandri Arnoldi</i>) <i>Sicilimentorum ad Compendium Juris Lauterbachianum Manipuli tres.</i>	552
Schilteri (<i>Joannis</i>) <i>Codex Juris Alemannici Feudalis, cum Commentario ad singula capitula & Dissertationibus.</i>	147
S. S. D. <i>Succinctæ Annotationes ad W. A. Lauterbachii Compendium Digestorum.</i>	551
Wächleri (<i>Christoffridi</i>) <i>Epistola ad Virum Illustrem Jac. Bornium.</i>	419

III. Medici ac Physici.

Apini (<i>Jo. Ludovici</i>) <i>Febris Epidemica A. 1694 & 1695 grassari deprehensa Historica Relatio.</i>	25
---	----

BOR-

INDEX AUCTORUM.

Borrichii (<i>Olas</i>) <i>Conspectus Scriptorum Chemicorum illustriorum.</i>	179
Çockburn (<i>Wilhelmi</i>) <i>Recensio natura, causarum, symptomatum & curationis morborum, qui navigantes solent corripere.</i>	549
Colbatch (<i>Joannis</i>) <i>Tentamen Physico-Medicum de Alcalibus & Acidis, quatenus habent respectum ad morborum curationem.</i>	554
Commelini (<i>Caspari</i>) <i>Flora Malabarica, sive Horti Malabarici Catalogus.</i>	533
Floyer (<i>Joannis</i>) <i>de Praternaturali statu animalium humorum.</i>	166
Hartsoecker (<i>Nicolai</i>) <i>Principia Physica.</i>	1
Listeri (<i>Martini</i>) <i>Conchyliorum Bivalvium utriusque aqua Exercitatio Anatomica tertia. Accedit Dissertatio de Calculo humano.</i>	327
Malpighii (<i>Marcelli</i>) <i>Opera posthuma.</i>	508
Mandosii (<i>Prosperi</i>) <i>Theatrum Maximorum Pontificum Archiatros exhibens.</i>	182.
Marsiglii (<i>Ludovici Ferdinandi, Comitis</i>) <i>Epistola de Phosphoro Bononiensi.</i>	400
Menjoti <i>Consiliarii & Medici Regii Parisiensis Opuscula posthuma.</i>	322
Munnicks (<i>Joannis</i>) <i>De Re Anatomica Liber.</i>	518
Munting (<i>Abrahami</i>) <i>Curiosa Descriptio Plantarum.</i>	546
Reyheri (<i>Samuelis</i>) <i>Experimentum novum, quo aqua marina dulcedo examinata describitur.</i>	397
Ruysehii (<i>Frederici</i>) <i>Epistola Anatomica Problematica IV, V, VI.</i>	14
Sturmii (<i>Job, Christophori</i>) <i>Physica Electiva, sive Hypoherica.</i>	474
Tenzelii (<i>Wilhelmi Ernesti</i>) <i>Epistola de Sceletio Elephantino.</i>	10
Verduin (<i>Petri</i>) <i>Dissertatio de nova artuum decurtandorum ratione.</i>	119
Wedelii (<i>Georgii Wolfgangi</i>) <i>Exercitationes Pathologico-Therapeutica.</i>	83
• Whiston (<i>Gulielmi</i>) <i>Nova Telluris Theoria, ab ejus origine usque ad consummationem.</i>	535

IV. Mathematici.

Bernoulli (<i>Jacobi</i>) <i>Solutio Problematum Fraternalium, una cum propositione reciproca aliorum.</i>	211
—— ——— <i>Solutio Difficultatis cujusdam circa naturam Flexus contrarii.</i>	410
—— ——— <i>Addenda ad constructionem Problematis Beaumiani.</i>	412

Bbbb 2

Bcz-

Bernoulli (Joannis) Problema pure geometricum Eruditis propositum.	95
———— De Conoidibus & Spharoidibus Quaedam &c.	113
———— Principia Calculi exponentialium seu percurrentium.	125
———— Curvatura Radii in Diaphanis non uniformibus: Solutio Problematis a se propositi de invenienda linea brachyochrona, &c.	206
Bilebergii (Joannis) Refractio Solis inoccidui, in septentrionalibus oris aliquot observationibus Astronomis detecta.	91
Fontane (Caroli) Tractatus de Aquis profluentibus.	395
Goldmanni (Niculai) Introductio in Architecturam Civilem.	49
Hospitalii Marchionis Analysis infinite parvorum.	137
———— Solutio problematis de Linea celerrimi Descensus.	217
———— Solutio Problematis alterius a Jo. Bernoullio propositi.	218
Leibniti (Godofredi Wilhelmi) Solutio problematum a Jo. Bernoullio Geometris publice propositorum.	201
———— Epistola ad Actorum horum Collectores.	254
R. Mosi, Filii R. Gersom Chaperz, Explicatio figura structuraque Templi ultimi destructi.	449
Newton (Isaac) Solutio duorum problematum Mathematicorum a Jo. Bernoullio propositorum.	223
Nieuwentit (Bernhardi) Considerationes secunda circa calculi differentialis principia.	124. 256
Sturmii (Leonhardi Christophori) Nota in Goldmanni Architecturam Civilem.	49
De Tschirnhaus (Ehrenfried Waltheri) Quadratura universalis figurarum curvilinearum per series infinitas.	113
———— De Methodo Universalis Theoremata eruendi, qua curvarum naturas simplicissime exprimunt; de problemate item Bernoulliano &c.	220
———— Specimen Methodi, cujus ope datum spatium in ratione data dividitur, licet ejus quadratura sit ignota.	409
———— De magnis lentibus seu viis causticis, eorumque usu & effectu.	414

V. Historica & Geographica.

Anonymi Historia Antonii Regis Lusitania.	133
Antonii (Nicolai) Bibliotheca Hispana vetus.	241. 297

INDEX AUCTORUM.

Begeri (Laurentii) <i>Theſauri Brandenburgiſi Pars altera.</i>	563
Borrichii (Olai) <i>Conſpectus Scriptorum Chemicorum illuſtriorum.</i>	179
Burridge (Ezechielis) <i>Hiſtoria nupera rerum revolutionis in Anglia.</i>	454
Cæſaris (C. Julii) <i>Opera.</i>	318
Cellarii (Chriſtophori) <i>Origines & Succeſſiones Comitum Weſſenſium.</i>	531
Celfus (Julius) <i>de Vita & Rebus geſtis C. Julii Cæſaris.</i>	321
Grenii (Thoma) <i>Animadverſionum Philologicarum & Hiſtoricarum</i> <i>Pars II.</i>	224
Eutropii <i>Breviarium Romane Hiſtoriae, recenſente Chriſtoph. Cellario.</i>	517
Fabricii (Jo. Alberti) <i>Bibliotheca Latina, ſive Notitia Auctorum.</i>	108
Foſcarini (Michaëlis) <i>Hiſtoria Reipublica Veneta.</i>	133
Jacobæi (Oligeri) <i>Muſcum Regium.</i>	381
Leibnitii (Gothofredi Gulielmi) <i>Noviſſima Sinica Hiſtoriam noſtri tem-</i> <i>poris illuſtratura.</i>	491
DeMaily <i>Equitis Hiſtoria Reipublica Genuenſis.</i>	388
Mandofii (Proſperi) <i>Theatrum Maximorum Pontificum Archiatros ex-</i> <i>bibens.</i>	182
Nicolſoni (Gulielmi) <i>Bibliotheca Hiſtorica Anglicana.</i>	27
Palatii (Joannis) <i>Faſti Ducales ab Anaſeſto I. ad Silveſtrum Valerium</i> <i>Ventorum Ducem.</i>	94
Paulaniae <i>Deſcriptio Gracia, cum Xylandri, Sylburgii & Joach. Kühni</i> <i>notis.</i>	97
Pufendorffii (Samuelis L. B.) <i>Libri VII Commentariorum de rebus a</i> <i>Carolo Guſtavo Suecia Rege geſtis.</i>	184
P. Suarii (Joſephi) <i>Libertas Evangelium Chriſti annuntiandi & propa-</i> <i>gandi in Regno Sinarum.</i>	498
C. Suetonius Tranquillus <i>ex recenſione J. G. Grævi.</i>	312
Teiſſerii (Antonii) <i>Elogia doctorum virorum.</i>	90
Tyrrel (Jacobi) <i>Hiſtoria Anglia generalis.</i>	399
Vertotii Abbatis <i>Hiſtoria viciffitudinum religionis & imperii in Regno</i> <i>Suecia.</i>	98
Victoris (Sexii Aurelii) <i>Hiſtoria Romana Breviarium cum notis integris</i> <i>variorum, edente Samuele Piſico.</i>	45
Vollii (Dionyſii) <i>Nota in C. Julium Cæſarem.</i>	318

Bbbb 3

Wa

VI. Philologica, & Miscellanea.

<i>Anonymi Liber Ethico-Politicus per vetustus, cum versione nova Latina</i>	
<i>Sebast. Gottofredi Starckii.</i>	379
<i>Aristotelis de Poëtica liber, ex versione Theod. Goulstoni.</i>	377
<i>Arnoldi (Simonis Joannis) Nota in Jo. Seldeni Titulos honorum.</i>	48
<i>Barlzei (Caspari) Epistola ad Joachimum Vicofortium.</i>	46
<i>De Boria (Joannis) Emblemata Moralia Latinitate donata.</i>	437
<i>Buddei (Jo. Francisci) Elementa Philosophia Practica.</i>	293
<i>Burmanni (Petri) Gudiana & aliorum Epistole.</i>	139
<i>Callimachi Hymni, Epigrammata & Fragmenta, cum notis variorum.</i>	487
<i>Chevraei (Urbani) Opuscula Miscellanea.</i>	233
<i>Crenii (Thoma) Animadversionum Philologicarum & Historicarum</i>	
<i>Pars II.</i>	224
<i>Francii (Petri) Poëmata.</i>	350
—— ——— <i>Specimen Eloquentia exterioris, ad Orationem Cicero-</i>	
<i>nis pro Archia accommodatum.</i>	464
<i>Frencelii (Abrahami) De Originibus Linguae Sorabica Tomus I.</i>	96
<i>Gleichii (Jo. Andrea) Orator recens adornatus.</i>	548
<i>Grævii (Jo. Georgii) Thesaurus Antiquitatum Romanarum.</i>	439
<i>Gravinæ (Jani Vincentii) Opuscula.</i>	74
<i>Gronovii (Jacobi) Thesaurus Græcarum Antiquitatum.</i>	529
<i>Gudii (Marquardi) & doctorum Virorum ad eum Epistole.</i>	139
<i>Kühnii (Joachimi) Nota ad Pausaniam.</i>	95
<i>Lomeieri (Johannis) Dierum Genialium, sive Dissertationum Philologi-</i>	
<i>carum Decas secunda.</i>	84
<i>Morhofii (Danielis Georgii) Opera Poësica, cum præfatione Henr. Mub-</i>	
<i>lii.</i>	261
<i>Newmanni (Caspari) Exodus Lingua S. Vet. Test. ex captivitate Ba-</i>	
<i>bylonica, tentatus in Lexico Etymologico.</i>	313
<i>Nicolai (Joannis) Tractatus de Græcorum luctu lugentiumque ritibus.</i>	52
<i>Poirters (Adriani) Aula Sancta Imperatoris Theodosii.</i>	123
<i>Sarravii (Claudii) Epistola.</i>	139

Schurz-

INDEX AUCTORUM.

Schurtzfleischii (<i>Conradi Samuelis</i>) <i>Orationes Panegyrica & Allocutiones varii argumenti.</i>	569
Seldeni (<i>Joannis</i>) <i>Tituli Honorum.</i>	365
Spanhemii (<i>Ezechielis</i>) <i>Commentarius in Opera Callimachi.</i>	48
Starckii (<i>Sebastiani Gottofredi</i>) <i>Specimen Sapiencia Indorum veterum</i>	487
Vicofortii (<i>Joachimi</i>) <i>Epistola ad Casparum Barlaam.</i>	379
	46

INDEX RERUM
NOTABILIORUM
in hoc Volumine obviarum.

A. <i>In characteris Hebraici valor, & derivata line simplicia, geminata, aëta, composita, mixta.</i>	316	<i>Equationis differentialis a Jacobo Bernoullio proposita solutio analytica.</i>	11-
<i>Abyssifontes quomodo aperti?</i>	542	<i>Equatio una eademque differentialis differentes numero gradumque Curvas designat.</i>	414
<i>Abyssus magna quid sit?</i>	542	<i>Æquilibrium corporum unde derivandum?</i>	1
<i>Acidorum usus in rheumatismo & phthisi.</i>	556	<i>Ær cur levior tempore pluvio?</i>	2
<i>Acidum num omnium morborum causa?</i>	555	<i>Æris gravitas probata.</i>	2
<i>Actionis Oratoria specimen.</i>	464	<i>Æstus maris causa.</i>	4. 541.
<i>Adami primum peccatum quodnam?</i>	434	<i>effectus.</i>	541
<i>Adoptio actibus legitimis accensita.</i>	75	<i>Agrippa (Henricus Cornelius) Magia falso suspectus.</i>	225
<i>Adriani Imperatoris libri Catacrani qui?</i>	246	<i>D' Aguirre Cardinalis nova in Remplicam Literariam merita, edita Nic. Antonii Bibliotheca Hispanica.</i>	248
<i>Ægyptiorum Serapis, Osiris, Isis Josephum Patriarcham referunt.</i>	8. 9.	<i>Alberti (Valentini) obitus.</i>	485
<i>Chronologia fabulosa.</i>	172	<i>Alcalia remedia saepe noxia.</i>	559

Alci-

- Alciati *Iti Epistola, aliaque de eo notatu digna.* 143
- Alcorani *versio Latina Petri Abbatis Cluniacensis auspiciis facta* 299
- Alemannici *Feudalis Juris Codex.* 147
- Alemannicum *Jus Feudale Saxonicum antiquius.* 148
- Alexander (*Natalis*) *refutatus.* 523
- Allantoides *tunica seu urinaria fecui humano vindicatur.* 519
- Alphonfi *X Regis Hispania Tabula Astronomica, & scripta alia,* 302
- De Alva & Astorga (Petri) Funiculi Nodi indissolubilis de conceptu mentis & conceptu ventris.* 482
- Amputandi *artus nova methodus.* 120
- Analysis *infinitae parvorum.* 137.
- Anatome *pettunculi striati vulgaris.* 328
- Aquila.* 511
- Musculorum fluxuasilium.* 327
- Mytuli.* 328
- Ostrearum.* 328
- Pholadis alte striata.* 329
- In Anglia qua origo Quakerismi fuerit?* 393
- qua olim regiminis Anglo-Saxonici forma?* 400
- nupere rerum mutationis Historia.* 454
- Angliae Historia generalis.* 399
- Theologi num sententiam mutarint de non resistendo Magistratus religionis causa?* 363
- Status num recte Jacobo II regnum abrogarint?* 363
- Anglicanae Historia universalis scribenda difficultas.* 27
- Anglicana Historica Bibliotheca.* 29
- Ecclesia num potuerit se subtrahere Romani Pontificis imperio?* 199
- Angli num olim triplici lege usi?* 32
- Anglo-Saxonici in Anglia regiminis qua olim forma?* 401
- Animae humanae spiritualitas asserta.* 175
- Animalium testaceorum exuvia cur nobis in terra occurrant?* 545
- Annæa gens apud Romanos olim literarum cultu celebris.* 245
- Anni Patriarchalis initium.* 541
- Anthologiae nova editio a Petro Francio promissa.* 351
- Antiquitatis monumenta varia.* 168
- Antiquitatum Romanarum Thesaurus J. G. Graevii.* 439
- Græcarum Thesaurus Gronavii.* 529
- Antonii (Nicolai) Scriptores Hispani seculorum XVI & XVII.* 241
- Antonii Lusitaniae Regis Historia.* 134
- Aphe-*

NOTABILIORUM.

Aphelii planeta cur tardius, peribellii velocius moveantur? 4	ligno recedit. 567
Apocalyptica sigilla septem illustrata. 86	fructus copiosus ut acquirentidi? 548
Apocyni latifolii Indici varia nomina. 534	Arcadum Roma Societas. 80
Apostolici Canones quinquaginta vindicati. 523	Arca Noachinum in Armenia subfederit? 545
De Aprigii Commentariis in Apocalyptin quid statuendum? 249	Archiatri Romanorum Pontificum. 182
Aqua marina dulcedo experimento comprobata. 397	Architecturæ ordinum divisio & altitudo. 51
ex percussa petra effusa exemplum in Historia Mosaica obviat. 488	In Architectura symmetria. 50
exempla a Poetis conficta. 489	Argaizius (Gregorius) notatus. 247. 253
Ductuum vel emissariorum fistula quomodo disponenda? 396	Arianorum doctrina num faverint Patres Ante-Nicani? 61
Diluvii quomodo terram reliquerint? 544	Aristotelis in tradenda Arte Poetica egregium studium. 377-379
Aquarum deductio. 395	Arnaldi Villanovanipatria & obitus. 303
mensuratio. 396	Arteriæ bronchialis in homine exortus atque cum arteria pulmonali anastomosis. 15. 17
medicarum abusus calculi occasio. 332	Arteriæ novæ tum hepatis tum diaphragmatis. 387
Aquilæ Anatome. 511	Arteriarum cysticarum ramificatio. 15
Arabico-Hispana Bibliotheca Nicolai Antonii. 305	per piam meningem distributio. 386
Arbores quomodo plantanda & insitione propaganda? 547	Artus amputandi nova methodus. 120
quomodo ab insectis defendenda? 547	Asthma. 108
quomodo custodienda a rore frigidiori nocturno? 548	Astrologici presagii exemplum. 184
Arborum cortex bis quotannis a	Astronomiæ profectus. 173
	Astronomicæ Tabule Alphonsina a quibus concinnata? 302
Cccc	Athei-

Atheismus profligatus.	165. 175	Beryti urbis nummus explicatus	45
Atomorum ex Epicurimente motus explosus.	174	Bibliotheca Theologica.	436
IN quam significandi vim habeat?	316	Hispanica Nicolai Antonii.	241
Averrois vita.	306	Latina Fabricii.	108
IN quid significet?	317	Bilis ad vesiculam felleam via.	15
Auguriorum apud Gentiles origo.	489	Blondellus (David) quomodo abstractus fuerit a refutando Baronio?	309
Avicennae patria non Hispania sed Persia.	298	Bononiensis phosphori descriptio.	404
verum nomen.	299	preparatio.	406
S. Aurelii Victoris Opera doctorum virorum studium experta.	45	usus.	407
Axis Eclipticae num semper obliquus fuerit ad axem motus diurnus?	543	Gypsi tres species.	408
B Alaam Madianitarum Augur.	439	Bortax Venetas quale sal?	331
incantator.	370	Borrichii (Olai) vita, scripta, mors.	179. 180
Balbi (Lucii Cornelii) duo non confundendi.	244	Bossuetus (Jacobus Benignus) Episcopus Meldensis refutatus.	193. 325
Baptismus infantum defensio.	35	Bourignoniam (Antonia) notata.	391
Bardi antiquissimi apud Britannos Historici.	31	Braccianensis lacus derivatio.	396
Barlaam notatus.	262	Brachystochrona linea.	203. 207. 213. 217. 223.
De Baronii Cardinalis Annalibus judicium.	307. 308. 309	Bradeus Regnum Angliae hereditarium tempore Anglo-Saxonum fuisse docens refutatur.	401. 402
S. Beati Vita a Joanne Tamajo edita nullius auctoritatis.	251	Brandenburgicum cimeliarium.	41
Beauniani Problematis solutio.	413	Bremenensis Reipublica status & in eam praeensiontes Regis Sueciae.	185
Beda Venerabilis num librum de fide & mirabilibus Britanniae reliquerit?	30		
De Bellarmini Cardinalis scriptis diversa doctorum judicium.	310		

Britannicæ olim Ecclesiæ ab imperio Romanorum Pontificum immunes.	199	unde?	524
Britannorum veterum Historiographi.	31	Capellus (Ludovicus) notatus.	69
Bronchialis arteria in homine exortus atque cum arteria pulmonali anastomosis.	15. 17	Capitolinus notatus.	244
vena nulla necessitas.	16	Carmina Dan. Georgi Morhofii.	261
Buceri (Martini) religio.	165	Caroli Gustavi Sueciæ Regis res gesta.	184. 199
Burggraviorum Noribergensium cum Civitate Noriberga controversia.	345	Caroli Magni Testamentum.	429
Burius (Arthurus) Arrianismi postulatus.	64	Regna & ditiones qua ratione & ab ipso & a successoribus fuerint divisa.	420.
C Alculi Differentialis præstantia.	137	422	
Præcepta.	138	Carolo M. vindicata corona Germanica, quæ Noriberga servatur.	346
Utilitas.	202	Cartesianorum principium, quod verum sit, quicquid clare & distincte percipimus, explicatum.	445. 448
Calculi genesis.	332	445. 448	
occafio, medicarum aquarum abusus.	332	Cartesius refutatus.	323
Calculus expellentia remedia.	332	notatus.	477. 485
Calculus differentialis defensus.	125. 213	Casaubonorum Historia ab Almenio promissa.	309
Callimachi editiones varia.	487	Casaubonus (Isaacus) defensus.	308
Caloris febrilis causa.	26	Cautica vitra, quorum diameter trium quatuorve pedum.	414
Calor terra internus unde?	542	Cauticorum vitrorum, quorum diameter trium quatuorve pedum, effectus.	415
Camdenus (Guilielmus) notatus.	32	Centralis ignis, terra conflagrationis causa.	545
Candelabri Templi Hierosolymitani descriptio.	454	Cephalalgia remedium.	557
Canones Apostolici vindicati.	523	Cerebri meningis intermedia.	386
Canonum Apostolicorum cum præceptis Mosaicis convenientia		Cerinthianos inter & Ebionitas consensus ac dissensus.	405

Chaldæorum antiquitas falso ja- data.	171	Jura Regia ex Psalmo LXXXII. i. deducta.	111.
Chaldaicarum in Daniele, Esra & Jeremia vocum explicatio.	192	Christina Succia Regina num spon- te Regno cesserit?	235
Chalybeata medicamenta in rheumatismo commendata.	556	De Christi sanguine dissertatio J. F. Kœberi.	503
Chamæ fusca Anatome.	328	Christus num Pascha cum discipu- lis comederit ante passionem?	88
Chaos ex quo terra formata, quid sit?	541. 542.	Chyli preparatio.	107
Chemicorum illustriorum Histo- ria.	179	Ciceronis orationes a Gilletto in Gallicum sermonem translata & illustrata.	64
Chevraï (Urbani) Elogium.	233	Liber de ordinanda Republi- ca & invenendis oratio- num exordiis.	548
In China quomodo paulatim Reli- gio Christiana incrementa cepe- rit?	492	Circularium segmentorum repræ- sentatrix Curva.	205
Chinæ corticis usus in febribus.	550	Circuli quadratura.	410
vis in quo posita?	550	Osculatoris radius qualis sit in flexu conerario?	411
pulvis an chysteris forma in alvum injiciendus?	550	De Claudiano judicium Henr. Mublii.	262
assumendi methodus.	557	Clericorum Jura Feudalia.	150
Chinam Chinæ per os assumendi modus optimus.	551	Clericus (Joannes) resuscitatus.	498.
Chinensium chronologia fabulosa.	172		502
Chorearum in Festis antiquitas.	489	Clypeus militaris non unjus gene- ris.	150
Christianæ Religionis excellentia.	178	Codex Juris Feudalis Alemannici.	147
capita ex mente Latitudi- nariorum.	495. 496	Cœlestia corpora cur commemoret Moses in historia creationis?	537
libertas in China permessa.	491	Cœlestium corporum motus cau- sa.	539
Christiani II Dania Regis in Succos sevitia.	104	S. Coenæ mysterium a Latitudina- riis labefactatum.	497
Christi Divinitas creditu jam pri- mis tribus Ecclesie seculis neces- saria.	504		Co-

Columnæ scapi contractio.	51	Concilium Oecumenicum num un-	
In Columnis membrorum divisio		quam fuerit celebratum ?	267
Goldmanniana.	51	Nicanum num immune fue-	
Cometæ atmosphaera quid sit ?	539	rit a Trisheismo ?	334.
Cometæ quid sint ?	536		337. 341
a Sole calefunt.	540	Ephesinum num immune fu-	
quam mutationem efficiant		erit ab Eutybianismo ?	
in orbibus Planetarum ?			343
	539	defensum.	63
In Cometam Terram mutanda.	564	Conflagratio terre quomodo fu-	
Cometa quomodo fieri possit Pla-		tura ?	545
neta ?	540	Conradus quous, cujus nomen	
Diluvii causa.	541	Corona Germanica Noriber-	
olim Tellus.	541	ga asservata refert ?	346
conflagrationis terra causa.		Conringius (Hermannus) nota-	
	245	tus.	346
Comitum Wettinensium origines		Conscientiæ erronea qua obliga-	
& successiones.	531	tio ?	428. 430
Commentarii Philosophici Autor		In Conscientias subditorum quale	
impugnatus.	430	jus competat summis Imperan-	
Comœdiæ num apud Judæos olim		tibus ?	466
fuerint usitata ?	347. 348	Consequentiarum in S. Theologia	
Concharum Anatiferarum Ana-		usus.	36
tomæ	329	Contiguitas corporum quam de-	
Conchyliorum testarum fabrica		tur ?	
& materia.	330	Corona Germanica qua Noriber-	
		ga asservatur, Carolo M. vindi-	
convenientia.	331	cata.	346
In Conciliis num pluralitas suffra-		Corpora cœlestia cur commemoret	
giorum attendatur ?	168	Moses in historia creationis ?	537
Conciliis num Spiritus S. peculiari		Corporis animalis fluidorum pra-	
modo auctori ?	196	paratio.	107
Conciliorum auctoritas oppugna-		Corporum contiguitas nulla.	
ta.	195. 267. 269	Æquilibrium unde derivan-	
	propugnata	dum ?	
	276		

- Cortex bis quotannis ab ligno recedit. 548
- Corticis Obina usus in febris. 550
 Vis in quo posita? 550
 Pulvis an Clysteris forma in alvum injiciendus? 550
 in febris epidemicis ac peccetibialibus quoque efficacia. 27
 Virtus ex sapore adstringente haud dependet. 27
- Craigius (Thomas) notatus. 400
- Creatio Mosaica ad tellurem solam pertinens. 535
 Hominis miraculosa. 543
- Creationis historia natura, stylus & extensio. 535
- CrySTALLINI humoris textura. 509
- Cujacius (Jacobus) notatus. 149
- Curandi morbos nauarum methodus. 550
- Curvæ aqualem rectam quis primus invenerit? 255
- Curva, in qua solidum sub uno, & quadrato alterius segmentorum aquatur semper eidem. 96
 in qua segmenta ad quamcunque potentiam elevata & simul sumta faciunt ubique eandem summam. 96. 205. 215. 219. 223.
 Logarithmica ejusque usus. 126, 128.
 Segmentorum circularium representatrix. 205
- Curvam inveniendi methodus ex sola data relatione punctorum curva ad se invicem. 215
- Curvarum superficierum & solidorum qua notatione gignuntur, dimensiones. 114
 Descriptio per focos. 116
 Naturas simplicissime experimentium theorematum inventio. 220
- Curvatura unde radiationibus formata. 204. 210
- Curvilinearum figurarum quadratura per transpositionem. 113
- Cuticulæ lamina duplex. 518
- Cycloidis inventor primus. 255
- Cyclois linea est & tautochrone & brachystochrona. 207. 214
- Cynanche & Paracynanche non distinguenda. 551
- Cyrillus Eutybianismi accusatus. 338. 342
 num Eutybianus fuerit? 63
- Cysticarum Arteriarum ramificatio. 15
- Cystici Ductus dispositio valvulosa & cellulosa. 17
- D**Amasi Papa patria & scripta. 247
- Dandulorum apud Venetos familia unde cognomen Canis illarum? 95
- Daniz Regis Augustissimi Muscum. 381

Da-

Danica Numismata.	382. 383	Diluvii universalis vestigia hodie- que obvia.	14
Danos inter & Suecos bellorum Historia.	101	causa Cometa.	541
De Jo. Davisi Lexico Britannico judicia diversa.	30	Universalitas probata.	544
Dei Spiritualitas asserta.	176	Causa.	543. 599.
Voluntas universalis omnes homines salvandi asserta.	282. 284. 290	Aqua quomodo terram reli- querint?	544
Bonitas infinita.	283. 289.	De Diluvio asserta historia Mosai- ca.	344
Existentia demonstrata.	165.	Diluvium universale quomodo po- tuerit contingere?	374
	175. 478. 479. 481	quando inceperit?	541
Delrio (Mart. Anton.) notatus.	245	Dio Gotthica Historia scriptor.	301
Democriti scripta chemica.	180	Divinitas Christi jam primis tribus Ecclesia seculis creditu fuit ne- cessaria.	504
Descensus brevissimi linea.	203.	Divortium num ob sterilitatem lo- cum habeat?	364
	207. 217. 212. 227.	Doctorem Ecclesia consensus num sufficiat gignenda fidei?	270. 333
Deus ad beatitudinem consequen- dam gratias abundantes omni- bus hominibus concedit.	288.	Doctorem virorum elogium.	90
Ad Dextram sedere, quid innuat?	490	Vita & scripta.	225
Dextri (Lucii) Pseudo-Chronicon.	247. 248	Epistola quadam.	226
Diaphoreticorum usus in variolis noxius.	555	Dominicani ex domesticis princi- piis de immaculata conceptione B. V. Mariae convicti.	483
Diaphragmatis arteria nova.	387	Domitellæ plures.	245
Diarrhoeam curandi methodus.	551	Ductus cystici dispositio valvulosa & cellulosa.	17
Dies creationis num anni?	542	Ducum Venetorum Historia.	94
Differentialis Equationis a D. Jac. Bernoullio proposita solu- tio analytica.	115	E Bion auctor hæreseos revera ex- stitit.	506
Calculi præstantia.	137	Ebionitæ unde dicti?	35
Utilitas.	202	Ebionitas inter & Cerimbianos consensus ac dissensus.	505
Præcepta.	138	Ecclesiæ testimonium quanta sit auto-	
Differentialis calculus defensus.	125. 213		

<i>auctoritatis in controversiis Fi-</i>	Elyriorum nummus explicatus. 43
<i>dei?</i> 193	Emblemata <i>Moralia</i> Joannis de
<i>infallibilitas nunquam a</i>	<i>Boria.</i> 437
<i>Christo & Apostolis ad-</i>	Enthusiasmus <i>divinus & diaboli-</i>
<i>versus adversarios in sub-</i>	<i>cus quomodo differant?</i> 392. 394
<i>sidium vocata.</i> 194	Ephesinum concilium defensum.
<i>impugnata.</i> 195	63
<i>perpetuitas asserta.</i> 274	Eutychianismi
<i>visibilitas adstructa.</i> 278	<i>postulatum.</i> 343
<i>auctoritas quomodo ex Scri-</i>	Epicuri de <i>Mundi origine sententia</i>
<i>ptura, & hujus vicissim a</i>	<i>explosa.</i> 174
<i>testimonio Ecclesia, ut</i>	Episcopus (<i>Simon</i>) <i>refutatus.</i> 505
<i>circulus evitetur, pro-</i>	Episcoporum in <i>Suecia</i> nimia <i>po-</i>
<i>banda?</i> 279. 280	<i>tentia Regibus damnosa.</i> 99
<i>Ministros vocandi jus penes</i>	Epistolæ <i>Vicofortii & Barlai.</i> 46
<i>quos?</i> 324	<i>quedam doctorum viro-</i>
<i>Ecclesia quo sensu dici possit super</i>	<i>rum.</i> 226
<i>Petrum fundata?</i> 197. 273	<i>Urbani Chævri.</i> 234
<i>Romana oppugnata.</i> 264	Error <i>ab ignorantia distinguendus.</i>
<i>propugnata.</i> 272	428. 434
<i>si fine infallibilis?</i> 269. 271.	<i>quatenus excuset?</i> 420. 433
274	<i>omnis num sit consequens</i>
<i>Eclipticæ axis num semper obli-</i>	<i>peccati?</i> 434
<i>quus fuerit ad axem motus di-</i>	Essentia & <i>Persona</i> quomodo <i>Pa-</i>
<i>urni?</i> 543	<i>tribus Nicanis distincta fue-</i>
<i>Ædda in Bibliotheca Guelferbytana</i>	<i>rini?</i> 334
<i>exstat manuscripta, auctior</i>	Etymologici <i>Magni auctor Me-</i>
<i>quam edita.</i> 32	<i>galus.</i> 145
<i>Elementa rerum naturalium ex</i>	Evacuatio <i>quo facienda modo in</i>
<i>mente Hartsoeckeri.</i> 1	<i>morbis navigantium?</i> 550
<i>dub rerum naturalium.</i> 1	Evangelica <i>lex quo sensu suavis?</i>
<i>Elephantia ossa in Thuringia effossa.</i>	288
10	Evangelistarum in <i>Historia mortis</i>
<i>Elogia doctorum virorum.</i> 90	<i>Christi Harmonia asserta.</i> 68
<i>Eloquentiæ exterioris specimen a</i>	Evangelium <i>Infantia Christi, scri-</i>
<i>Petro Francio editum.</i> 465	<i>ptum</i>

ptum, ineptum, antiquum ta-
men. 521
Evidentia rerum credendarum
qualis? 336. 337. 355. 356. 357.
445. 448.
num fidem
gignat? 356
Eustathii *insigne Fragmentum pu-*
blicatum. 110
Eutychnianismus *subtilior quis?* 342
Excentricitas *telluris an minua-*
tur? 4
Excerpta ex *Nieuwentys Considera-*
tionibus secundis. 256
Excommunicatio *Ecclesiastica a*
quibus exercenda? 324
In *Exodum commentarius Simo-*
nis Episcopi Eliensis. 424
Expectatarum *in Feudis qua ra-*
tio? 153
Expeditionis *Romana origo.* 151
Exponentialis *calculi principia.*
125
Fabularis *apud Orientales alias-*
que gentes Philosophia. 378
Fabularum *in arte Poëtica usus ge-*
nuius. 80
Fasti *Ducales Veneti.* 94
In *Febribus epidemicis ac petechi-*
alibus quoque corticis Peruviani
efficacia. 27
Febrilis *horroris causa,* 26
caloris causa. 26
Febrim *opiatam exacerbant.* 550
Febris *A. 1694 & 1695 in ditone*
Norica epidemice grassantis de-

scriptio. 26
epidemica occasio pluvia cre-
berrima. 26
Febris *quid sit?* 108
qua ratione per Chinam
China optime curetur?
557
Februm *causa.* 550
intermittentium periodus.
550
Felicitas *vera in quo consistat?* 118
Fermentatio *in fluidis animalium.*
107
In *Festo reos dimittendi consuetu-*
do. 89
Feudalia *judicia.* 152. 154. 159
Feudalis *Juris Alemannici Codex*
147
In *Feudis qualis successio obtineat?*
157. 161
Feudorum *nomen, origo, divisio.*
149
acquisitio alia originaria,
alia derivativa. 150
refutatio quid? 151
investitura varia ratio. 150.
152. 153.
Feudum *quibus modis amittatur?*
154. 156
Fidei *articulorum in essentielles &*
accidentales distinctio rejecta.
276
objectum sunt res evidentes
non evidencia objecti, sed
revelationis. 336. 337. 355.
357. 445. 448.
prim-

Dddd

- principium.* 354
maximum in Religione omni momentum. 494
Fides infantum asserta. 37. 40
num gignatur per evidentiam rerum credendarum? 356
 359
quo sensu a Spiritu S. immediate produci dici possit? 357
num habitus infusus? 361
simplicium qualis? 358. 359
nihil aliud quam assensus evidens. 443
quo sensu actus rationalis dicitur? 448
quomodo in credulitatem degenerare queat? 495
Finales causa num in Philosophia Naturali locum habeant? 481
Fixæ stelle cur non minuantur? 3
Flamma quomodo producat? 3
Fluidorum particula quales? 2
corporis animalis preparatio. 107
varietas. 540
Per Focos descriptio Curvarum. 116
Folliculi fellei tunica glandulosa. 15. 17
Formæ quæ Physica dicantur? 479
Friderici Augusti, Electoratus Saxonici Hæredis, hodie Potentissimi Regis Poloniae, Natalis oratione panegyrica celebratus. 366
Friderici III. Danica Regis infelix adversus Suecos bellum. 187
generofitas. 188
Friderici Wilhelmi Electoris Brandenburgici gesta in bello Sueco-Polono. 186
A Frigidiore rore nocturno quomodo custodienda arbores? 548
Frigoris propagandi ratio. 398
A Frisen (Henr. L. B.) Elogium. 366
Frontalium sinuum membrana cum tunica spongiosorum ossium narium communicatio. 386
Fructus arborum copiosi quomodo acquirendi? 547
Fulgentii Astigitensis Expositionis in omnes Psalmos editio promissa. 250
Funerum apud Græcos ritus. 53
G*Allion, coram quo Paulus Apostolus accusatus fuit, quis?* 245
Garimbertus notatus. 184
Geminus quo tempore scripserit Elementa Astronomica? 9
Generales sacrorum Ordinum in Ecclesia Romana non ejusdem cum Papa auctoritatis. 277
Generatio insectorum æquivocæ negatur. 330
Gentilibus num ad salutem aditus pateat? 369
revelationes divina obtigerint? 370
rituum variorum & fabularum occasiones ex Historia sacranata. 489. 490
 Gen-

NOTABILIORUM.

Gentilium <i>Theologia explosa.</i>	368	<i>impostoribus confictum.</i>	241
Genuens <i>Reipublica Historia.</i>	388	Grotius (<i>Hugo</i>) num religioni <i>Pontificia fuerit addictus?</i>	304
Gerhardi <i>de Zutphania duo.</i>	85	Gryphiander <i>notatus.</i>	346
Gildæ num <i>plures in Anglia fuerint?</i>	31	Gudii (<i>Marquardi</i>) <i>in colligendis manuscriptis industria.</i>	139. 141
Glacies <i>ex aqua marina concreta falsedimis expers.</i>	397	Gustavi <i>Erici in Suecia Regno sibi afferendo solertia.</i>	104
Glandulæ <i>pinealis usus.</i>	519	Gypsi <i>Bonomiensis tres species.</i>	408
Glandularum <i>conglobatarum strutura vindicatur a Malpighio adversus Nuckium.</i>	515	Hæretici <i>quatenus in Republica tolerandi?</i>	426
Glandula <i>subrubra in Thunni oculo.</i>	510	Hæreticorum <i>baptisma num validum?</i>	524. 525
Gonorrhœæ <i>sedes genuina.</i>	551	In Hæreticos <i>quale jus Imperantibus competat?</i>	468. 470. 472
Gonorrhœam <i>curandi methodus.</i>	551	Hafniæ <i>obsidio a Carolo Gustavo Suecia Rege suscepta, cur fuerit irrita?</i>	188. 189
Gossipii <i>Orientalis varia nomina.</i>	534	Halonis (<i>Auli</i>) <i>Carmen de Adventu Jacobi Apostoli in Hispaniam supposititium.</i>	300
Græcarum <i>literarum dignitas.</i>	75	Hauberti <i>Pseudo-Chronicon.</i>	253
<i>Antiquitatum Thesaurus Gronovii.</i>	529	Hebraicæ <i>lingua genesis.</i>	313. 316
Græcorum <i>luctus, lugentiumque ritus.</i>	52	Hebraicarum <i>literarum valor & significatio.</i>	314
Grævii (<i>Theodori</i>) <i>in expoliendo Callimacho studium.</i>	488	<i>comparatio cum Sinicis.</i>	314. 315
Gratiæ <i>quas Deus hominibus omnibus dat, non necessaria solum sunt, sed & abundantes.</i>	288. 290	Helvetius <i>notatus.</i>	550
Gratia, <i>per quam fides confertur, partim mediata, partim immediata.</i>	361	Cum <i>Hepatis, cum diaphragmatis Arteria nova.</i>	387
Gravitatis <i>specificæ quaratio?</i>	374	Hermes <i>Trismegistus Chemicorum princeps.</i>	180
Gravium <i>descensus.</i>	2	Hermetis <i>secundi scripta chemica.</i>	180
Gregorii <i>Batici Martyrologium ab</i>		Hiatus <i>in membrana tympani.</i>	519

Dddd 2

Hic

Hieronymi <i>de providentia opinio.</i>	61	Hypotheticæ <i>Physica qua ratio?</i>	475
Hieronymus <i>vindicatus.</i>	6		
<i>in depradicanda vita</i>		Jacobo num recte <i>Regnum Ma-</i>	
<i>solitaria nimius.</i>	67	<i>gna Britannia abrogatum?</i>	363
Hierosolymitani <i>Templi Descri-</i>		<i>non abrogatum Regnum ob</i>	
<i>ptio.</i>	433	<i>religionem.</i>	455
Higuerae (<i>Hieronymi Romani</i>)		<i>qua causa exitio fuerint?</i>	456
<i>frans in Chronicis fictitia Orbi</i>		Jacobus, cognomento <i>Justus, non</i>	
<i>Literato obtrudendus.</i>	243, 253	<i>Jacobus Minor, Epistola Cano-</i>	
Higuera notatus.	301	<i>nica auctor.</i>	35
Hilarius <i>excusatus.</i>	61	Jesuitarum <i>in propaganda per Cbi-</i>	
Hispana <i>Bibliotheca vetus.</i>	241	<i>nam Religione Christiana studi-</i>	
Historia <i>Ecclesiastica N. T. Kort-</i>		<i>um.</i>	492
<i>bolzi.</i>	438	Ignis <i>ortus.</i>	3
<i>Romana Eutropii.</i>	517	<i>centralis, terra conflagratio-</i>	
<i>generalis Anglia.</i>	399	<i>nis causa.</i>	545
Historiæ <i>Ecclesiastica Summarium</i>		Ignorantia & <i>error quomodo dif-</i>	
<i>Ad. Rechenbergii.</i>	352	<i>ferant?</i>	428
<i>Seculi XVII; autore An-</i>		<i>omnis num sit consequens</i>	
<i>drea Carolo, Pars I.</i>	353	<i>peccati?</i>	434
Historica <i>Bibliotheca Anglicana.</i>	27	Ildefonsi <i>scripta supposititia.</i>	250
Homeri <i>ologium.</i>	81	Ex <i>Imaginatione vehementi falso</i>	
Hominis <i>forma non est anima ra-</i>		<i>derivata prophetia.</i>	372
<i>tionalis, sed unio anima illius</i>		Imagines <i>Græcorum veterum.</i>	330
<i>cum corpore.</i>	478	Impetantium <i>circa Sacra potestas.</i>	200
Horroris <i>febrilis causa.</i>	26		
Horti <i>Malabarici catalogus.</i>	533	Indifferentismus <i>Religionis ex-</i>	
Howelius <i>notatus.</i>	401	<i>plosus.</i>	369. 430. 431. 432
Hoyeri (<i>Francisci Henrici</i>) <i>me-</i>		Indorum <i>Sapientie Specimen, liber</i>	
<i>thodus convertendi Judæos.</i>	164	<i>antiquissimus & in varias lin-</i>	
Huartus <i>notatus.</i>	283	<i>guas translatus</i>	379
Humoris <i>crystallini textura.</i>	509	De <i>Infantia Servatoris liber in-</i>	
Humorum <i>defluxus.</i>	108	<i>ptus.</i>	519
			Infan-

Infantum sine baptismo deceden- tium status ex mente Cardinalis Sfondrati. 285. 287. 290	Isidororum Hispalensis & Pacen- sis historia. 250
baptismus defensus. 36	Isidorus Cordubensis num unquam extiterit? 249
fides asserta. 37. 40	Isiorum solennium apud Aegyptios tempus. 9
Infiniti Scientia promissa. 137	Isis Aegyptiorum ad Josephum Pa- triarcham relata. 8
Ab Insectis quomodo arbores de- fendenda? 54. 7	Isooperimetrarum figurarum qua maximum comprehendant spa- tium? 214
Insectorum generatio aequivoca ne- gatur. 330	In Italia qua fuerint literarum fata? 77. 78
Intellectus operatio solum perceptio est, non item iudicium aut dis- cursus. 44.	Judæis an non nisi in urbibus muni- tis Synagogas licuerit exstruere? 349
perceptio quotuplex? 44.	A Judæis cur resera laforia soleant exigi? 348
Investituræ in Feudis ratio. 150.	Judæ mors. 73
152. 153. 157. 158.	Judæorum mos reum in festo Pa- schas dimittendi improbatum. 89
Joannes Hispalensis Episcopus un- de Cacic Almitran dictus? 251.	Ludi varii. 347
252.	Judæos convertendi methodus. 162
Johannes Georgius II. & III. Ele- ctores Saxonici orationibus Pa- megyricis celebratis. 366	Judaicarum legum & religionis Divinitas asserta. 177
J. Johannes non Philonem, sed Ha- reticos sui temporis confutare instituit. 499. 500	Judicia Feudalia: 152. 154. 159
J. Johannis Evangelii capituli primi versiculi priores octodecim ex- plicati. 498. 501	Judicium non intellectus, sed vo- luntatis operatio. 442
Jonas num Gentilis fuerit? 370	Juliani Chronicon & scripta alia a Laurentio Ramirezio edita, supposititia. 301
Josephi Patriarcha nomen Zaph- nath-Pabaneach quale? 6	Julianus noxius. 489
Josepho locus de Christo vindica- tus. 178	Jupiter cur citius circa axem re- volvatur, quam tellus? 4
Josephus Patriarcha Aegyptiorum Serapii, & Osiri. 7	
Iris an fuerit ante lapsum? 543	

Jureconsultorum <i>veterum scripta,</i>		<i>Compendium il-</i>	
	110	<i>lustratum.</i>	551. 552
Juris <i>Civilis Origines a J. V. Gra-</i>			<i>emen-</i>
<i>vina promissa.</i>	74	<i>datum.</i>	553. 554
Jurisprudentiæ <i>fata.</i>	78	Legum <i>Civilium origines.</i>	74
Jurium <i>inter & Saurinum contro-</i>		<i>Mosaicarum sanctitas vin-</i>	
<i>versia.</i>	55	<i>dicata.</i>	375
Jurius (<i>Petrus</i>) <i>refutatus.</i>	332.	Lentes <i>optica, quarum diameter</i>	
	354. 466	<i>trium quatuorve pedum.</i>	414
Justiniani (<i>Marci Antonii</i>) <i>Vene-</i>		Ex Lentibus <i>magnis telescopia con-</i>	
<i>torum Ducis elogium.</i>	94	<i>struenda.</i>	419
Justinus <i>Martyr emendatus.</i>	507.	Lentium <i>opticarum, quarum dia-</i>	
	508	<i>meter trium quatuorve pedum,</i>	
K Eithi (<i>Georgii</i>) <i>Quakeri cum</i>		<i>effectus.</i>	415. 599.
<i>Guilielmo Penn iidem.</i>		Liberi <i>num in vitis parentibus in-</i>	
<i>Quakero lites.</i>	393	<i>monasteria possint intrudi?</i>	66
L Abbeus <i>notatus.</i>	251	Licetus <i>notatus.</i>	405
Lactis <i>materia chylus, an san-</i>		Lieni <i>humano nulla glandula, nec</i>	
<i>gui?</i>	322	<i>cellula, nec fibra.</i>	15
Laga <i>Angliæ olim non legem, sed</i>		Lienis <i>humani substantia.</i>	14
<i>regionem notavit.</i>	32	Ligamenti <i>umbilicalis in homine</i>	
Lapidis <i>Bononiensis Descriptio.</i>	404	<i>adulto arteria & lymphadu-</i>	
		<i>tus.</i>	15
	406	Linden (<i>Jo. Anton. Vander</i>) <i>no-</i>	
	407	<i>tatus.</i>	299
Latinæ <i>Lingua præstantia asserta.</i>	75	Linea <i>brevissimi descensus.</i>	203.
			207. 212. 217. 223
Latinorum <i>auctorum veterum ca-</i>		Lingua <i>Latina præstantia asserta.</i>	
<i>talogus.</i>	109		75
Latitudinariæ <i>religionis summa</i>		Lingua <i>unica olim toto orbe.</i>	168
<i>capita ex mente Jurii.</i>	54	Lipsii (<i>Justi</i>) <i>ultima verba.</i>	327
Latitudinarii <i>unde dicti?</i>	57	Lipsius <i>notatus.</i>	245
Latitudinariorum <i>dogmata de-</i>		Literarum <i>fata.</i>	77
<i>fensa.</i>	493	<i>Hebraicarum valor &</i>	
Laudemialia <i>bona.</i>	160	<i>significatio.</i>	314
Lauterbachiani <i>Juris Compendii</i>		Liturgia <i>nova Suecic obtusa.</i>	82
<i>Supplementum.</i>	24		Loga-

Logarithmica <i>Curva</i> , ejusque usus. 126. 128	Magnetis proprietates explicata. 5
Λόγ⊙ cur dicatur Dei Filius? 339	Mahomedani negant Christum fuisse crucifixum. 522
Longobardicum jus Feudale in subsidium Alemannici receptum. 148	Malabarici horti catalogus. 533
Lucis radiorum curvatura in medio continue difformi. 203. 208	Malpighii Præceptores, honores & obitus. 509
Luctus lugentiumque apud Græcos ritus. 52	De Marca (Petrus) refutat. 197. 198
Ludi Judaorum scenici. 347 348	S. Marcus Evangelista quo tempore passus? 10
Luitprandi Chronicon spurium. 253	quo sensu Petri interpres dici possit? 35
Lullii (Raymundi) scripta. 304	Margareta, Semiramis Septentrionis, quibus artibus in Suecia auctoritatem stabiliverit? 100
Lullius (Raymundus) Chemicus. 181	Margaritarum fabrica & materia. 330
Lumen, quod Quakeri jaçant, quale? 19. 392	B. Mariæ Virginis immaculatae conceptio adversus Dominicanos asserta. 483
quomodo generetur? 3	Mariani Scoti Chronicon in Bibliotheca Bodlejana. 33
Luna per caustica vitra collectum non excitat calorem. 419	Maria telluris primæ minora hodierni. 542
Luminis natura a Cartesio non recte explicata. 323	Marinæ aqua dulcedo experimento comprobata. 393
Lunæ lumen per caustica vitra collectum non excitat calorem. 49	Marinæus Siculus notatus. 299
Luna quomodo terra comes facta? 4	Maris æstus causa. 4
cur idem hemisphærium semper ad terram convertat? 4	Materia motum non nisi a Mente quadam superiore recipit. 174
cur non acquisiverit atmosphæram aëri nostro similem? 545	prima num desur? 476
Lutheranæ Ecclesiæ recentior origo objecta. 274. 276	num sola sit substantiale principium internum corporis naturalis? 476
M Agnistratui quatenus resisti possit? 363	qualis Physico sit supponenda? 477
	Mathe-

Matheos pericia quantum profuerit Jesuitis in Religione Christiana per Chinam disseminanda?	492	Mensa panum facierum in Templo Hierosolymitano descriptio.	454
Matthæus num Evangelium suum lingua Hebraica scripserit?	35	Menti cuidam intellectu prædita Mundi origo adscribenda.	174
Maxima & minima determinandi ratio singularis.	204. 206	Merlini num plures in Anglia fuerint?	31
Medicorum ad magnas dignitates promotorum exempla.	183	Meteora uehementia num in aëre primævo?	543
De Medicorum recentium studio Dissertatio a Malpighio refutata.	517	Methodus disputandi alia contra Gentiles, alia contra Hereticos.	279. 280
AMelancholia falso derivata propheta.	372	datum spatium, cujus quadratura ignota, in data ratione secandi.	410
Melchiadis Papa patria & scripta spuria.	249	Microscopia ex magnis lentibus componenda.	419
De Meleagro aprum confodiente fabula ad Josephum Patriarcham relata.	9	Mincuccii (Antonii) de Prato Veteri Opusculi Feudalis fata.	161
Membranzæ tympani arteriola.	386	Minima & maxima determinandi ratio.	204. 206
osficulorum auditus arteriola.	386	Ministros Ecclesia vocandi jus quibus competat?	325
sinuum frontaliū cum tunica spongiosorum osficulorum communicatio.	386	Miracula Mosaica vindicata.	375
Membrana tympani e tribus consistat cancellis.	386	Miraculorum gloria num vera Ecclesia nota?	277
Membrorum in columnis diuisio Goldmanniana.	51	Monasteriis num liberi inuitis parentibus intrudi possint?	66
Per Meningem piam arteriarum distributio.	386	Montanus (Jo. Baptista) notatus.	299
Meningis pia in cerebrum ac cerebellum insinuatio per modum processuum.	384	Montium formatio.	542
Meninx cerebri intermedia.	386	Monumenta Antiquitatis varia.	168
		Moralis Gentilium Philosophia descriptus.	368
		Morbi navigantium.	549
		Morborum periodi.	108

omnium

<i>omnium causa num ex</i>	<i>terra explicatus.</i>	3
<i>Acido?</i>		555
<i>causa transpiratio in-</i>	<i>Mundi aternitas explosa.</i>	169.170.
<i>sensibilia impedita.</i>		173
	<i>Mundus Menti cuidam intellectu</i>	
	<i>pradita originem debet.</i>	174
<i>decem genera.</i>		84
<i>Morhofii (Danielis Georgii) elogi-</i>	<i>Musæum Regium Danicum.</i>	381
<i>um.</i>		261.263
<i>Morientibus prestita apud Gre-</i>	<i>Musci semina.</i>	510
<i>cos officia.</i>	<i>Musculi subclavii ortus ac insertio.</i>	519
		53
<i>Morus (Henricus) notatus.</i>	<i>Musculorum fluviatilium Anato-</i>	
	<i>me.</i>	327
<i>Mosaica de diluvio historia vindi-</i>	<i>Mysteria religionis non contra, sed</i>	
<i>cata.</i>	<i>supra fidem.</i>	445.448
		373.374
<i>miracula vindicata.</i>	<i>Mytuli Anatome.</i>	328
	N <i>arium septi membrana duplex.</i>	385
<i>Mosaicæ creationis Mundi Histo-</i>		
<i>ria veritas asserta.</i>	<i>Nasi cartilagine novem describun-</i>	
	<i>tur.</i>	385
		166.174
<i>con-</i>	<i>depingun-</i>	
<i>venientia cum aliis antiquis</i>	<i>tur.</i>	387
<i>monumentis.</i>	<i>periebondrium.</i>	385
	<i>figura deformis & plana un-</i>	
<i>Mosaicæ leges vindicata.</i>	<i>de?</i>	385
	<i>Naturalium rerum Elementa duo.</i>	
<i>Mosaicarum Legum Divinitas as-</i>		
<i>serta.</i>	I	
	<i>Nautarum & clasfiariorum mor-</i>	
<i>A Mose an descripta creatio uni-</i>	<i>bi.</i>	549
<i>versi?</i>		535
<i>Mosis num Qeſ cognomine inter</i>	<i>Nazaræi num Divinitatem Cbri-</i>	
<i>Judeos fuerit celebratus?</i>	<i>sti agnoverint?</i>	506
		425
<i>Mosis stylus in recensenda creatio-</i>	<i>Norveſi succi existentia demonstra-</i>	
<i>ne.</i>	<i>tur.</i>	510
		536
<i>Motus localis non alia causa, quam</i>	<i>Nervi periostii.</i>	518
<i>voluntas Dei infinite potens.</i>		480
	<i>Nestorius num jure damnatus? &</i>	
<i>quantitas quid sit?</i>	<i>excusatus.</i>	338.343
		I
<i>corporum caelestium causa.</i>	<i>Nicænum concilium num immune</i>	
	<i>fuerit a Tritheismo? 334-337-341</i>	
<i>Motus non materia solum, sed &</i>	<i>Eccc</i>	
<i>forma & compositi, non nisi a</i>	<i>Nicius</i>	
<i>summa Motore.</i>		478.479.480

Nicius (<i>Janus</i>) <i>Erythraeus</i> notatus.		Osiris <i>Aegyptiorum</i> <i>Josephus</i> <i>Patriarcha</i> .	7
	184		
Nicolius <i>refutatus</i> .	194	Ossa <i>Elephantis</i> in <i>Thuringia</i> <i>effossa</i> .	10
Ex <i>Nieuwentyt</i> <i>Consider. secundula</i> <i>Excerpta</i> .	256	Ossiculorum <i>auditus</i> <i>membrana arteriola</i> .	386
Nitrum <i>veterum</i> .	331	Ostrearum <i>Anatome</i> .	328
Noachi <i>arca</i> <i>num</i> in <i>Armenia</i> <i>subfederis?</i>	541	Pædobaptismus <i>defensus</i> .	35
Noa <i>columbam</i> <i>ex arca</i> <i>demitens</i> <i>occasionem</i> <i>dedit</i> <i>auguriis</i> .	489	Pandectarum <i>Synoptica</i> <i>Tractatio</i> .	23
Noribergenſis <i>Civitatis</i> <i>Historia</i> .		Paradisi <i>locus</i> .	541
	345	Parentibus <i>invitiis</i> <i>num</i> <i>liberi</i> in <i>monasteria</i> <i>recipi</i> <i>possint?</i>	66
In <i>Nubibus</i> <i>cæli</i> <i>venire</i> , <i>iram</i> <i>ac</i> <i>vindictam</i> <i>notat</i> .	72	Parliamenti <i>Anglicani</i> <i>antiquitas</i> <i>&</i> <i>autoritas</i> <i>asserta</i> .	402
Numismata <i>Danica</i> .	382-383	Partium, <i>ex</i> <i>quibus</i> <i>ordines</i> <i>Architectorum</i> <i>componuntur</i> , <i>dimensio</i> .	51
	illustrata. 8. 4 ² . 43.		
	44. 227. 382	Pascha <i>num</i> <i>Christus</i> <i>ante</i> <i>suam</i> <i>passionem</i> <i>cum</i> <i>discipulis</i> <i>comederit?</i>	88
Obligatio <i>ad</i> <i>actus</i> <i>contrarios</i> <i>quomodo</i> <i>consistat?</i>	429	In <i>Paschatos</i> <i>festo</i> <i>reum</i> <i>dimittendi</i> <i>consuetudo</i> <i>apud</i> <i>Judeos</i> .	89
Oceani <i>formatio</i> .	544	Patres <i>Ante-Nicani</i> <i>num</i> <i>Arianorum</i> <i>doctrina</i> <i>faverint?</i>	61
Officia <i>hominis</i> <i>erga</i> <i>Deum</i> , <i>se ipsum</i> , <i>&</i> <i>homines</i> <i>alios</i> .	234		
Olei <i>terebinthina</i> <i>vis</i> <i>stiptica</i> <i>insignis</i> .	119	Post-Nicani <i>num</i> <i>Trithesimo</i> <i>faverint?</i>	62
Ὁμοῶσος <i>quid</i> <i>Patribus</i> <i>nonnullis?</i>	341		
		Ante-Nicani <i>necessariam</i> <i>creditum</i> <i>statuerunt</i> <i>Christi</i> <i>Divinitatem</i> .	505
Opiata <i>febrim</i> <i>exacerbant</i> .	550	Patriam <i>alii</i> <i>amore</i> , <i>alii</i> <i>odio</i> <i>prosequuntur</i> .	85
Orationes <i>Schurzſleischi</i> .	365	Patriarchalis <i>anni</i> <i>initium</i> .	541
Oratoriae <i>Actio</i> <i>specimen</i> .	464	Patrum <i>primitiva</i> <i>Ecclesia</i> <i>defensio</i> .	61
Ordinum <i>Architectura</i> <i>divisio</i> <i>&</i> <i>altitudo</i> .	51	Pausania <i>editiones</i> <i>varia</i> .	97
Orientalium <i>gentium</i> <i>genus</i> <i>philosophandi</i> <i>mysticum</i> .	378		
Origenes <i>unde</i> <i>errores</i> <i>quosdam</i> <i>suos</i> <i>hausserit?</i>	230		
	notatus.		
	527		

NOTABILIORUM.

Pausanias notatus.	42	Petronius emendatus.	585 238
Peccata contra conscientiam num semper graviora sint peccatis per ignorantiam?	428	Super Petrum quo sensu fundata dicatur Ecclesia?	273
Pectunculi striati vulgaris Ana- tome.	328	Pitfeus (Jobannes) notatus.	30.31
Penn (Gulielmi) Quakeri cum Quakero alio Georgio Keitbo lites.	393	Pharao num idem quod Rex?	171
Perichondrium nass.	385	Philologica Miscellanea Chevrai.	234.238
Perihelii planeta cur velocius, a- phelii tardius moveantur?	4	Philonem refutare num propofit- tum fuerit S. Jobanni Evangeli- sta?	499
Perioftu vasa sanguifera. nervi.	15 518	Philosophiz Practica Elementa.	293
Perronii Cardinalis de Bellarmino judicium.	310	Philosophia fabularis apud Orien- tales aliasque gentes.	378
Personæ vox num in S. Trinitatis mysterio rite adhibeatur?	60	Moralis Indorum, li- ber antiquissimus.	379-380
non proprie, sed per ana- logiam, in mysterio S. Trini- tatis accipitur.	335	Pholadis alte striata Anatome.	329
Personam ab Effentia quomodo diftinxerint Patres Niceni?	334.341	Phonacti Germanorum, Meister- Cânger.	349
Peruviani corticis assumendi me- thodus.	557	Phosphori Bononiensis Descriptio. preparatio.	404 406
in febris epi- demica ac petechialibus quoque efficacia.	27	usus.	407
virtus ex sapore adstringente haud dependet.	27	Phthiferos causa & remedium.	556
Petavii (Dionysii) notatus.	9.62	Physicæ principia ab Harisoeckero tradita.	I
Petitus notatus.	372	doctrina difficultas.	474
Petri abnegatio Christi quomodo contigerit?	68.72	usus Theosophicus & Mo- ralis.	482
Petrificationis ratio,	331	Pinealis glandula usus.	519
		Piscis Xiphia Anatome.	509
		Planetæ cur in uno fere moveantur plano?	4
		Aphelii cur tardius, Peri- helii velocius moveantur?	4
		Planetæ formatio ex Cometa.	540
		Ette a	Planq.

Planetarum formatio.	2	Pontificum Romanorum Archia-	
<i>motus cur non cre-</i>		<i>tri.</i>	182
<i>scant velocitate?</i>	4	<i>quanta</i>	
<i>figura.</i>	540	<i>olim fuerit auctoritas?</i>	198
Plantarum languentium curatio.		<i>infalli-</i>	
	548	<i>bilitas oppugnata.</i>	265.269
Platonis commentatores vetusti, a-		<i>pro-</i>	
<i>tas &c.</i>	141	<i>pugnata.</i>	276
Plenitudo nimia unde?	549	Porticus Porta in Templo Hieroso-	
<i>morborum cau-</i>		<i>lymitano Descriptio.</i>	453
<i>sa.</i>	549	Prædestinationis series ex mente	
Plinius notatus.	144	<i>Cardinalis Sfondrati.</i>	285
<i>emendatus.</i>	244.245	<i>nodus dissolutus.</i>	
Pluvia creberrima febris epidemica			281
<i>occastio.</i>	26	<i>absolutum decre-</i>	
Podagræ ortus num ab acidis?	556	<i>tum reiectum.</i>	284.286
<i>nodi unde?</i>	556	Prætorium quid?	73
Poëmata Lomeieri.	90	Precum vis in impetranda gratia	
<i>Dan. Georgii Morhofii, &</i>		<i>Divina.</i>	291
<i>de iis Henr. Mublii iudicium.</i>	261	Principibus num in conscientias	
<i>Petri Francii.</i>	350	<i>subditorum jus competat?</i>	466
Poësis qua ratione fabulas in usus		Principum Germania investitura-	
<i>suos convertat?</i>	81	<i>rum simultanearum, qua ratio?</i>	
Poëtæ veteres cum recentioribus			160
<i>comparati.</i>	262	<i>jura.</i>	156.157
Poëtarum veterum Fragmenta a		Priscilliani historia expedita.	247
<i>quibus collecta?</i>	110	Problematis Beaumianisolutio.	413
Poëtica Aristotelis.	377	Prophetæ cur civibus suis invis?	86
Poirters (Adriani) Poëmata.	124	<i>vera revelatione Divina</i>	
Polonia bello a Suecis petita.	185	<i>gavisi.</i>	371
Politheismum inter & Trithei-		<i>num melancholici omnes</i>	
<i>smum Christianorum nonnullor-</i>		<i>fuerint?</i>	372
<i>um quid intersit?</i>	342	<i>num non nisi vehementi</i>	
Pontificatus apud Judæos num fue-		<i>imaginatione occupati futura</i>	
<i>rit annuus?</i>	70	<i>pradixerint?</i>	372

Pul-

Pulmonalium vasorum per tussum ejectio nulla. 16	Rationis iudicium in rebus Theolo- gicis quanti? 63
Pulverum testaceorum usus. 331	usus in rebus ad fidem pertinentibus. 448
Purgantium laus. 550	Ratio num Scriptura repugnet humanae mensurae & ca- non veritatis? 445. 446. 447
Pylori circulus carneus accuratus illum ocludens. 519	Refractio insolita Solis. 92
Q uadratura figurarum curvili- nearum per transpositionem. 113	Regnum Christi quale? 111
circuli. 420	Regum potestas circa sacra. 200
Quakeri oppugnati. 391	Religio naturalis num olim obti- nuerit? 367
Quakeri mi in Anglia origo. 393	num Gentilibus salvandis suffecerit? 368
Quakerismus confutatus. 17	De Religione controversia quomo- do examinanda? 195
unde incrementa ce- perit? 18	Religionis causa num Principi ob- sequium renunciare liceat? 362
Quakerorum, quod jaectant, lu- men quale? 19	Indifferentismus explo- sus. 369
tremor unde? 21. 23. 394	libertas quousque exten- denda? 426. 430
infallibilitas explosa. 392	evidentia qualis? 432
disidia intestina. 393	cura quatenus ad sum- mos Imperantes spectet? 467
Quantitas motus quid sit? 1	libertas quomodo con- stringi ab Imperantibus possit? 468
Quantum num sit divisibile in infi- nitum? 323	Christiana libertas in China permessa. 491
R adiorum lucis curvatura in medio continue difformi. 203. 208	capita ex men- te Latitudinariorum, 494. 495
Radius circuli osculatoris qualis sit in flexu contrario? 411	excellencia. 78
Ragotzii Transylvania Principis infelices adversus Polonos cona- tus. 187	Religionum conciliatio periculosa. 82
Supra Rationem & contra ratio- nem esse, quomodo differant? 445. 447	Ren monstruosus. 332
	Reve- Eccc ?

Revelationes Divinae num Gentilibus etiam obrigerint?	370	versa.	55
Rheumatismo acida remedia convenientiora.	556	Scaliger (Josephus) notatus.	9. 246
Romana Ecclesia oppugnata.	264	Scapi columnae contractio.	51
propugnata.	272	Scepticismi accusata Ecclesia Romana.	264
Romanæ Ecclesie veritas propugnata.	274. 279	Scepticismus impugnatus.	430. 432
antiquitas.	275	Schall (Joannis Adami) in China fata.	492
apostasias negata.	275	Schottus (Andreas) notatus.	245
ta.	275	Scientia infiniti promissa.	137
Romanarum Antiquitatum Theaurus J. G. Gravii.	439	Scioppius (Gaspar) notatus.	308
Romani civis character.	79	Scorbuti origo.	550
Romanorum Pontificum infallibilitas oppugnata.	265	symptomata unde?	555
pro-pugnata.	276	Scotiae Reges num homagium olim Angliae Regibus praestiterint?	400
Sacerdotia apud Gentes plures hereditaria.	490	Scribae qui & quales apud diversos populos fuerint?	89
A Sacerdotio exclusi aliqua corporis parte mutili.	490	Scriptura S. num Traditionum adminiculo indigeat?	34
Salis coquendi ratio promota.	398	num rationi repugnet?	343
Salmasius notatus.	226	Scripturae S. Divinitas quomodo ex characteribus ejus internis probari queat?	355. 359
Sandius (Christophorus) notatus.	300	quomodo ex testimonio & operatione Spiritus S. innotescat?	355. 357
De Sanguine Christi Dissertatio-uncula J. F. Koberi.	503	evidentia asserta.	355. 359
Sanguinis Christi reliquia sub examen vocata.	503. 504	Ex Scriptura S. Veteris Testamenti multarum fabularum nata olim Gentilibus occaso.	489. 490
humani Historia promissa.	557	Scripturae S. versiones Gallicae, imprimis Genevensis, reprehensa.	228
Sanguis materia lactis.	322		ver-
Sari Chaldaei quid?	471		
Saurium inter & Jurium contro-			

NOTABILIORUM.

589

Versionis nova Linea- menta.		227	Malach.	I. 10. 11.	370
auctoritas quomodo ex testimonio Ecclesie, Ecclesia vicissim ex Scriptura probari possit?		279. 281	Matth.	XI. 20. XVI. 18. XXII. 19. XXIII. 2. 3. XXVI. 17. sqq. 53. 75.	288 197. 273 227 195 88 70 73
Scripturæ S. loca illustrata				XXVII. 2. 9.	73 73
Gen. III. 8.		376		XXVIII. 19.	37. 199
IV. 7.		230	Marc.	X. 14.	36
XI. 1.		229		XIV. 12. sqq. 41. 51. 62. 71. 72.	80 70 71 72 73
XLI. 4.		6		XVI. 15.	37
Exod.			Luc.	III. 2. XIV. 26. XXII. 7. sqq. 31. 39. 44.	70 67 80 68 68 70
III. 2.		424			
IV. 16.		425			
VI. 3.		425			
VIII. 26.		426			
IX. 31.		317			
XVII. 6.		489			
Num.					
XI. 15.		319			
XXIV. 1.		489			
Deuter.					
XXI. 11. sqq.		232			
Jud.					
XV. 19.		231			
2. Reg.					
V. 18.		232			
Psalms.					
LXXII. 1.		111	Job.	I. 1. III. 5. XVII. 9. XVIII. 1. 13. 24.	339 41. 42 286 69 70 71
Eesai.					
XIII. 10.		228			
XXIV. 17. 18.		340			
Ezech.					
XX. 25.		230			
Hof.					
XIII. 6.		310			

481.

		Septi narium membrana duplex.	
I.	18.	73	385
IV.	6.	70	Sepulturæ apud Græcos ritus. 54
XV.	28.	195	Serapia quo tempore apud Ægyptios celebrata? 10
XVIII.	12.	245	Serapis non alius quam Josephus Patriarcha. 7
XXIII.	5.	72	Sfondrati (Celestini Cardinalis) scripta edita & inedita. 281
Rom.			Simonis (Richardii) Critica Novi Testamenti refutata. 33
IX.	13.	286	Sindon Marci XIV. 51. quale vestimenti genus? 71
X.	14.	290	Sinenfium Chronologia fabulosa. 172
1. Cor.			37 Sinicæ literæ cum Hebraicis comparata. 314. 315
II.	14.	358	Smaragdina Tabula Hermetis. 180
IV.	7.	287	Sociniani ditone Norica pulsi. 146
Eph.			192 Socinianorum cum Laticudinariis comparatio. 58
V.	26.	40	A Sole cometa calefiunt. 540
Gal.			Soliditatis origo. 2
V.	24.	37	Solidum æquale spheroidi oblongo & depresso quomodo invenendum? 114
1. Tim.			Sol innocidus. 91
II.	14.	228	Solis refraëctio insolita. 92
1. Job.			Sorabicz lingua origines. 56
V.	7.	192	Spanhemii (Ezcebielii) de Vestia & Pryranibus Græcorum Diatriba auctior edita. 441
Hebr.			60. 357 Spartianus emendatus. 246
XI.	1.	60. 357	Specus subterranei quomodo orti? 545
Apoc.			Spel-
VI.	1. sqq.	86	
VII.	1. sqq.	87	
VIII.	1. sqq.	87	
XXII.	18.	228	
Seestedii (Hannibalis) in Cornificium Ulfeldium dolus. 190			
Semina plantarum quam in aqua emollienda? 548			
Seminis masculini vermiculi an fetus materiam constituant, dabitur. 330			
Seneca emendatus. 238			
Sensus quomodo falli possint? 431			

Spelmannus (<i>Henricus</i>) notatus. 32	Symbolum, quod vocant, <i>Apostolicum</i> , privatum fuit <i>Ecclesie Romanae</i> Symbolum. 507
Sphaeroides cellus unde? 543	Synagogæ etiam in vicis <i>extructa</i> . 349
Spinoza refutatus. 175. 176	Synedria apud <i>Judaos</i> quando <i>ceperint</i> ? 177
Spiritus S. quomodo <i>fidem</i> in <i>credentibus</i> <i>gignat</i> ? 357	Synodorum in <i>Fœderato Belgio</i> multus <i>usus</i> . 55
Sponsiones quam <i>vim</i> habeant <i>obligandi</i> ? 65	
<i>num</i> <i>citra</i> <i>conscientia</i> <i>lesionem</i> <i>fieri</i> <i>possint</i> ? 65	
Stellæ <i>fixæ</i> <i>cur</i> <i>non</i> <i>minuantur</i> ? 3	
<i>in</i> <i>hexaëmero</i> <i>creationis</i> <i>Mosaica</i> <i>facta</i> . 536	T Amajus (<i>Joannes</i>) <i>fraudis</i> <i>postulatus</i> . 300
Stigmatum <i>varia</i> <i>genera</i> . 89	Tangentes <i>ducendi</i> <i>methodus</i> . 138
Stylus <i>Mosis</i> <i>in</i> <i>recensenda</i> <i>creatione</i> . 536	Tarnovix <i>latitudo</i> . 92
Successionis <i>Feudalis</i> <i>qua</i> <i>ratio</i> ? 157. 160	<i>longitudo</i> . 93
Succi <i>nervi</i> <i>existentia</i> <i>demonstrata</i> . 510	Tarfeorum <i>nummus</i> <i>explicatus</i> . 44
Sudor <i>Christi</i> <i>sanguineus</i> <i>qualis</i> ? 69	Telescopia <i>ex</i> <i>magnis</i> <i>lentibus</i> <i>construenda</i> . 419
Sudorifera <i>quando</i> <i>non</i> <i>adhibenda</i> ? 550	Tellinæ <i>fasciata</i> <i>Anatome</i> . 328
Sueciæ <i>Regibus</i> <i>Episcoporum</i> <i>nimia</i> <i>potentia</i> <i>damnosa</i> . 99	Telluris <i>excentricitas</i> <i>an</i> <i>minuatur</i> ? 4
Sueciam <i>ad</i> <i>Romanam</i> <i>Religionem</i> <i>reducendi</i> <i>conatus</i> . 82	<i>theoria</i> <i>nova</i> . 535
Suecici <i>Regni</i> <i>vicis</i> <i>studines</i> . 98	<i>formatio</i> . 542
Suecorum <i>in</i> <i>Polonos</i> <i>bellum</i> . 185	<i>primæva</i> <i>maria</i> <i>minora</i> <i>hodiernis</i> . 542
Suecos <i>inter</i> <i>ac</i> <i>Danos</i> <i>bellorum</i> <i>historia</i> . 101	<i>status</i> . 543
Suidas <i>emendatus</i> . 238	<i>orbita</i> <i>circularis</i> <i>ante</i> <i>lapsum</i> . 543
Symboli <i>Apostolici</i> <i>successiva</i> <i>incrementa</i> . 196	<i>vertigo</i> <i>diurna</i> <i>quando</i> <i>inceptis</i> ? 543
<i>Hierosolymitani</i> <i>antiquitas</i> <i>asserta</i> . 507	<i>fissura</i> <i>uride</i> ? 543
	Tellus <i>num</i> <i>diurno</i> <i>motu</i> <i>semper</i> <i>mota</i> <i>fuerit</i> ? 541
	<i>olim</i> <i>cometa</i> . 541
	<i>sphaeroides</i> <i>unde</i> ? 543
	Efff
	Templi

Templi Hierosolymitani ichnographia.	449	genera?	331
Templorum sacraria apud Gentiles.	490	In Testiculis vasculorum seminalium exortus.	519
Terebinthinæ olei vis siptica insignis.	319	כִּנֹּר quid significet?	318
Termini Scholastici num e S. Theologia eliminandi?	59	Theodosii Imperatoris Aula sancta descripta.	123
Terminorum Scholasticorum in Theologia usus.	335	Theologiæ systema sub schemate doctrinæ ꝑꝑtorum de Testamento.	319
Terræ motus explicatus.	3	Compendium Sebastiani Schmidii.	436
calor internus unde?	542	Theologia Gentilium explosa.	368
conflagrationis causa centralis ignis.	545	Theologica dogmata expressis verbis non tradita, recte per consequentias stabiliuntur.	36
conflagratio quomodo futura?	545	Thuani (Jac. Augusti) Elogia doctorum hominum.	90
status post conflagrationem.	546	In Thunni oculo subrubra glandula.	510
motus ex fermentatione orti.	5	Tillotson (Joannes) defensio.	362
Terra primæva non multum diversa a nostra.	543	Tinca quale sal?	331
ante-diluviana quomodo perditæ, quoad usus nostros?	544	Tinctoriæ artem Christus exercuisse Persis creditur.	522
in Cometam mutanda.	546	Tolandus (Joannes) auctor libri de Christianismo nihil mysterii habente refutatus.	442
Testaceorum animalium exuvia cur nobis in terra occurrant?	545	Tostati (Alphonsi) ingenium & scripta.	305
pulverum usus.	331	Traditiones Apostolorum vindicata.	523
Testamentum Caroli M. illustratum.	420	Traditionis quæ auctoritas in controversiis Fidei?	193
Testarum conchyliorum cum lapidibus convenientia.	331	Traditionum incertitudo.	265
fabrica & natura.	330	Traditio num Scripturam S. suppleat?	34
fossilium quot dentur		Transpiratio insensibilis impedita, morbo-	

<i>morborum causa.</i>	549	<i>auctoribus saepe fraudi sunt.</i>	144
Tremor <i>Quakerorum unde?</i>	21. 23	Tzetzes <i>notatus.</i>	42
Triglyphorum <i>distributorum ratio.</i>	51	Variolas <i>curandi methodus.</i>	555
S. Trinitas <i>num Patribus Nicanis recte intellecta?</i>	334. 335	<i>In Variolis num diaphoretica usui sint?</i>	555
<i>evidens est evidentia testimonii, non evidentia objecti.</i>	337	Vasallorum <i>servitia judicialia.</i>	152
S.S. Trinitatis <i>in Deitate ratio ex mente Latitudiniorum.</i>	496	Vasallum <i>inter & Dominum obligatio qualis?</i>	151
Tritheismo <i>num Patres Post-Nicani fuerint additi?</i>	62	Vasconcellorum <i>de Figueredo (Antonii & Scipionis) gestapro Antonio Lusitania Rege.</i>	134
<i>Nicani & Post-Nicani fuerint additi?</i>	334	Vasculorum <i>seminalium in testiculis exortus.</i>	519
Tritheismus <i>a Polytheismo Genesilium distinctus.</i>	342	Vasorum <i>pulmonalium per tussum ejectio nulla.</i>	16
Tritheitarum <i>haeresis unde orta?</i>	62	Vas <i>peculiare uterum vacca perreptans.</i>	514
Trithemius <i>illustratus.</i>	248	Venæ <i>bronchialis nulla necessitas.</i>	16
Tuliparum <i>commercium & pretium enorme.</i>	548	<i>umbilicalis in fetu humano arteria & lymphaductus.</i>	15
Tunica <i>vesicula fellea glandulosa.</i>	15. 17	Venatio <i>Judæis recepta.</i>	348
<i>allantoides seu urinaria fetui humano vindicata.</i>	519	Veneta <i>Bibliotheca expilata.</i>	145
Turcæ <i>Christum crucifixum fuisse negant.</i>	522	Venetæ <i>Reipublica Historia.</i>	133
Tutelæ <i>Feudalis ratio.</i>	157. 158	Venetorum <i>Ducum Historia.</i>	94
Tympani <i>membrana arteriola.</i>	386	Ventorum <i>causa ordinaria.</i>	5
<i>membrana ex tribus constat cancellis.</i>	386	Veritas <i>num certo ab hominibus cognosciposset?</i>	430. 431
In Tympani <i>membrana hiatus.</i>	519	Vetitatis <i>regula num humana ratio?</i>	445. 446. 447
Tympanitidis <i>curatio.</i>	556	<i>infinitas.</i>	446. 447
Typographorum <i>errata librorum</i>		Vermiculi <i>seminis masculini qualia animalcula?</i>	330
		Versiones <i>S. Scripturae Gallicæ, imprimis Genevensis, reprobensæ.</i>	228

<i>inbarentes inepta.</i>	229	<i>litera nimis</i>	Vossii (Gerhardi Johannis) <i>Historia Pelagiana suppleta.</i>	226
Versionis <i>nova S. Scriptura Lineamenta.</i>	227		Vossius (Isaacus) <i>notatus.</i>	142
Vesiculæ <i>fellea tunica glandulosa.</i>	15. 17		Ureteres <i>in cadavere virili aliquando quatuor.</i>	519
Vigilantius <i>Hispanusne an Gallus natione fuerit?</i>	249		Urim & <i>Thumix quid?</i>	426
Ulfeldi (Cornificii) <i>fata.</i>	190		Usurpatio <i>num actibus legitimis accensenda?</i>	75
Umbilicalis <i>ligamenti in homine adulto arteria & lymphaductus.</i>	35		W Eidenfeld (Jo. Segeri) <i>de Secretis Adeptorum liber.</i>	181
<i>vena in fœtu humano arteria & lymphaductus.</i>	35		Wettinensium <i>Comitum origines & successiones.</i>	531
Universa <i>creatio an a Mose descripta?</i>	535		De H. Whartoni <i>Anglia Sacra judicium.</i>	28
Vocatio <i>Ministorum Ecclesie penes quos?</i>	324		Wilhelmi <i>Principis Auriaci in Anglia solum euecti historia.</i>	460
Voluntatis <i>Divina in antecedentem & consequentem distinctio explicata.</i>	282. 287		X Imenez (Roderici) <i>Chronicon auctori vindicatum.</i>	302
<i>universalis efficacia explicata.</i>	283 288		Xiphiaz <i>piscis Anatome.</i>	509
Voluntatis, <i>non intellectus, operatio est judicium.</i>	443		Z Abiorum <i>gens nulla.</i>	375
			Zaphnath-Pahaneach <i>nomen Josephi Patriarchæ.</i>	6
			Zurphanienses <i>viri clari.</i>	85

ERRATA.

In Actis A. 1696. pag. 118. lin. 25. pro *Canonici Regularis lege ex Clericis Regularibus, vulgo Theatinis.* In Actis hujus anni pag. 49. lin. ult. lege *indignitatem.* Pag. 50. l. 1. pro *Gochofredus lege Georgius.* Pag. 366. l. 7. pro *fratribus Knauthiis, lege Fratris ipsius & Knauthio.* Pag. 391. l. 17. pro *quos lege que.*



